# CONSILIA

Seù

# IVRIS RESPONSA DECISIVA;

MARCO SALON DE PACE

Celeberrimo, conſumatiſsimoq; Doctore Burgenſi, Authore.

*IN HAC POSTREMA EDITIONE NEDVM MENDIS, quibus antea ſcatebant expurgata,*

Verùm etiam

D. FRANCISCI BALBOA ET PAZ

I. C. PINTIÆ,

Sanctæ, & Illibatæ Inquiſitionis Conſultoris in Hiſpania, & Iudicis maleficiorum vindicis in maiori criminum Tribunali in Regno Neapolitano nouis Additionibus illuſtrata, & aucta.

*OPVS PRAGMATICIS, AC I. C. OMNIBVS IN FORO, & Scholis uerſantibus, non ſolùm vtile, ſed apprimè neceſſarium.*

Cum duplici Indice, Argumentorum ſcilicet, & rerum locupletiſsimo.




NEAPOLI, Typis, & Expenſis Ægidij Longhi Regii Impreſſoris [illegible]

Digitized by Google

ILLVSTRISS.MO ATQVE EXCELL.MO PRINCIPI

# RAMIRO PHILIPPEZ DE GVSMAN,

Domino Domus de Guſman.

# DVCI DE MEDINA DE LAS TORRES,

*SABIONETAE, MONDRAGONIS, ET TRAECTI, Principi Hoſtiliani, Marchioni de Toral, de Monaſterio, & de Pradena, Comiti Fundorum, de Porma, Aliano, Collea, Satriani, Valdereta, & Carinula, Domino Ciuitatis Theani, dela Villa, & Montaneis de Boñar, Valliſque de Curuendo, & Caſtelli de Abiados, necnon Conciliorum delos Cilleros, Equiti Ordinis Calatrauę, Supremoq; ſuæ Maieſtatis Cubiculario, Magnoq; Cancellario Indiarum, Theſaurario generali Coronę Aragonum, Comendatario de Valdepeñas, Capitaneo centum Nobilium cuſtodiæ Suæ Maieſtatis, Caſtellanoq; Caſtri noui Neapolis.*

## Et in præſenti Regno Viceregi, Locumtenenti, & Capitaneo generali.

BEneficijs nullam aliam eſſe ad ſubigendos nobilium animos militiæ machinam fortiorem, Excellentiſſime Domine, non opus eſt Senecæ authoritas, veritate ipſa, ac rerum magiſtra experientia comprobante. Ego ſaltem hac vna de cauſa tam me Tibi deuinctum ſentio, vt nō opera mea tantum ad Te vnum dirigantur, ſed vel ipſa principis animi pars cogitatio in Te vno defixa ſit, vna eſt ma-



Digitized by Google

gnitudo tua, quæ efficere poterit; vt meritis æquentur deſideria, quæ ſemper erga te foui, iam inde, cum bono meo fato contigit, vt te iam à puero cognoſcentem vſque dum te virum ſuſpicio magnum ſane adeo, atque ad heroicam virtutem euectum, vt vltra omnem inuidiæ iactum ſis conſtitutus iam enim præclariſſimi tui ingenij ſol in tam alta ſui circuli magnitudine conſtitutus eſt, vt nullam obiecti corporis vmbram efficiat: quis enim ad pene diuinas tuas virtutes æmulatione aſſurgat? habet hoc vnum, Excellentiſſime Princeps, prodigij ſpeciem, nempe res geſtas mirum in modum amplificare, per quam breuiſſimi temporis anguſtijs definitas, teſtis eſt Ioſue, cuius virtutes, vel ipſum ſibi ſolem demeruerunt: id ipſum in Te vno admiramur; qui tanto tem poris compendio, qui huius Regni clauum tractaſti, ea concluſiſti, quæ diuturnum vix caperet tempus: quod ſi non miraculo, prouidentiæ ſaltem tuæ tribuendum eſt, quam Diuina illa Puonœa moderator à modeſtia, ac pietate tua excitata.

Menſis Nouembris, Anni milleſimi ſexcenteſimi trigeſimi octaui magiſtratui tui initium dedit auſpicaciſſimum; quo tempore in Regnũ exhauſtum viribus oſtendiſti, quod vt ſileam, & modeſtia cogit tua, & hoſtis cogit ne noſtra conſilia exploret. publico militiæ ærario decies centena inſuper aureorum millia deficiebant, quæ tu omnia ſuppeditaſti publicorum conuentuum beneficio, quibus licet alias monſtra non vno capite viſa fuerint, tu tamen tanta in agendo induſtria, & conſilio, vt vna eſſet voluntas vnum ſtudium effeciſti, qua pecunia illatum mediolano auxiliũ vſque dum perſeuerat; vbi complures feliciſſimos belli exitus, nemo eſt, qui tibi non acceptos referat, non ſolum rem numerariam ſufficienti, ſed etiam quatuor millia militum in quatuor ordines diuiſorum, quos triremes Genuæ, & huius Regni vexerunt eodem quaſi temporis puncto, quibus maritimis auxiliis, terreſtria quoque ſeptagenorum equitum ſubſidiis tria millia Alemannorum ſteterunt. Belgium quoque beneficio tuo vires adauxit ſuas, vbi eminentiſsimus Purpuratus decies centenis millibus aureorum quatuor mille milites comparauit,

uit,

Digitized by Google

uit; quingenta millia tu in reficienda vetuſta claſſe inſumpſiſti hoc in portu deſerta atque armamentis deſtructa, & in noua quoque inſtruenda ornandaque, quam tu apparaueras munitam rebus omnibus, quod tibi centum, & quinquaginta aureorum millibus partum eſt, ne vigilias aſsiduamque curã enumerem; eaque omnia (quis credat?) anno non dum abſoluto ſunt per acta.

Anno milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo nono experiri iam cæpiſti te amari, ac diligi, & populari aura prouehi; publicus enim conuentus, iterum tibi decies centena millia decreuit, ac nonaginta inſuper aureos mille in ſingulos annos erogauit: dum bella conſederint; denuo claſſem inſtruxiſti militibus mille, & quingentos etiam equites terreſtri expeditione miſiſti totidem miſſurus, quæ omnia quanto tibi impendio ſteterunt? quæ ſollicitudines non te abſumpſerunt? hæ pene fuerunt innumerabiles, ac nullo comparandæ; ſed dicta pecuniæ ratio tricies centena atque octuaginta milla aureorum equat omnia ciuium ſtipendia à quibus licet abhorreant, eis tamen ægritudinem leuat à tuis ea perſolui manibus, quas argento ipſo puriores grauantur, & ſuſpiciunt; maximè verò conſidunt in eo, quo teneris deſiderio Regis, ac Regni neceſſitatibus ſubueniendi, quod exploratum habuere ſatis, ſuperque cum palam eorum inopiam ſolatus ad eam leuandam dixiſti, vel ipſum filium tuum apud Saracenos ære mutatum iri, ſi neceſſitas augeret, (ò dictum ad omnẽ poſteritatis memoriam propagandum) quod ſi Alphonſus de Guſman cognominato bonus, Regis beneficio filium tradidit, pari ſane animi ſenſu filium Ramirus dicam magnus, exponit. ne ſtirpi deficiat, quod pullulauit è germine.

Sed militaria hæc ſubſidia à me relata, te ab adminiſtranda domi iuſtitia non præpediuerunt; qua tu ſumma æquitate omnibus te parem exhibuiſti, non ſeueritate nimia formidandus, nec facilitate nimiâ contemnendus, nullam non muniẽs viam qua Regni tranquillitati conſuleres, teſtis eſt chirographum elapſis ante diebus exaratum, quo homicidio pecunia tranſigendum prohibuiſti, à qua vna id temporis tot redimuntur facinora. teſtis eſt in audiendo aſſiduitas, in cauſis

præ-

præſentia,quam tu vbique compilatim declaras:quò liberius miſeri ſuas exponant calamitates, non ſine aliqua religionis cauſa, cum templa inuiſis feſtis diebus, quo nihil deſiderare dignius in principibus Regnum aliquod moderãtibus poteſt in quo,& tuum imitatione exprimis Regem, & cæleſti quoque rem gratam geris.

Ne mecum modeſtia cõqueratur,& expoſtulet tua, quod tam magna audiat,à te parata,quaſi adulatorem exoſa,vulgaris enim omnium ſermo in adulationem non obit,præcipuè, quod omnia tua, & auriuntur oculis, & pęne manibus contrectantur, atque adeo narrantis fide non egent,quod enim tu agis in omnium huc verſatur, omnibus in admirationem cedit,& mihi quoque vtpote deditiſſimo famulo reuerentiã parit, ad quam exhibendam opus hoc tibi ſtatui conſecrandum. Vale.

Veſtræ Excellentiæ

*Deditiſſimus ſeruus*

*D. Franciſcus de Balboa,& Paz.*

Pro-

Digitized by Google

Proæmium

# D. DIDACO DE SORIA MORALES

## A Conſilijs Regis, ac S. Claræ Neapolis, & Iuris Interpreti Veſpertino in Celebri Valliſoleti Academia.

*DVO potisſima ſunt (Didace amantisſime) quæ Authorum animos inducere ſæpe ſolent, vt in ipſo voluminum edendorum quaſi veſtibulo Proæmia ſtatuant collocanda. Primum, vt inſtituti ſui quamdam veluti ſignificationem, ſuſceptiq; conſilij cauſam exponant: alterum vt legentis, animum ad beneuolentiam, gratiamq; traducant quo fortaſſe mitiùs de eorum operibus iudicium feras: doctrinam quoque in eo amant, vt iteris nimirùm excultus authoris ingenium pro dignitate perpendat, & abſque vlla vel inuidia, vel pertinacia, quę digna ſunt pro meritis laudēt. Vtrumque mihi tua vel ſapientia vel humanitas pollicebatur, quare hoc proæmium tuo nomini cenſui conſecrandum: vt tibi quantum ex me eſt, ſignificarem, à me huiusmodi lectores, vt tu es, vbique deſiderari, nàm ſi ad animi tui candorem intuear, quis eum verius teſtabitur, quam ego, qui vna fui tecum (quod mihi ad venerationem vſque ſemper occurrat) à teneris vnguiculis educatus cum eadem nobis patria idem prorſus genium ſit elargita, præceptor idem rudimenta ac diſciplinas, eadem Academia præceptores, & gradus, inquiſitio eadem, Magiſtratus, quos tu ſolo ductus benemerendi ſtudio ad pauperum patrocinium, atq. tutelam contuliſti. Iam ſi literas ſpectem, quis te ab omni literarum laude felicior extitit, qui eas tãta ingenij facilitate es aſſequutus, totque ac tdm uarijs honoris ac dignitatis præmijs decoratus ſuſtinuiſti: poſtquam enim gradus illos decu rriſti, qui tyronibus occurrere ſolent ad maiorum vſque contentionem, vigeſimum vix annum attigeras cum ad gradum illum mb · hiſpanicè dicitur Licenciado aſcendiſti, vix vigeſimo ſecundum addideras, cumprimus Canonum In-*

*terpres*

Digitized by Google

*terpres ſubſtitutus eſt, & hanc primo, ac duas deinde etiam alias nactus Academias, licet in ijs aſſequendis tecum doctiſſimi quique contenderent. Itaque vigeſimo vix abſoluto eo vſque doctrinæ ac dignitatis perueniſti, vt proprius à prandio Iuris Interpres creareris, vnde te Rex tandem extulit, atque hoc in Regno te mihi Collegam adiunxit, vt ego haberem vſque à quo diſcerem, ac tibi quoque non deeſſet, quem doceres. Quamobrem fateor me tuo potius imperio, quam voluntate mea ductum, vt Additiones has Typis darem, cum enim videres Burgos de Paz, at quem virum? nempè in quo vno ingenium ſuſpicias, monumenta deprædices, antiquitatem venereris (non enim licet vel etiam nepoti, quæ illi natura indidit dona reticendo detrahere) cum inquam videres tantum virum hic in Regno abditum tenebris, ac detruſum deliteſcere, non niſi paucis voluminibus eius ingenij teſtibus, mihi author fuiſti, vt hoc de Conſilijs quod extat, in Solem iterum educerem, addendo etiam authores Italos, qui ab illo ſcripſeruut meæ cum illo vtpote Auo meo neceſſitudinis amor, ac meum in te officium mandata exequi coegerunt, idem de Gloſſæ uolumine ad ll. Tauri acturus eſſem, niſi illa tam vberrima ex ſe ſe foret, ut eam amplificarè potius eſſet tenebris abdere, hoc igitur ſub tua cenſoria virga venit ad lucem, vt tuum ſuſcipias, ac foueas, quamquam vt alienum potius quam vt proprium tibi committendum cenſeo, es enim vt ſæpe expertus ſum, in exteros magis quam in te ipſum ingenio propenſus. Vale.*

DO-

# DOMINO D. FRANCISCO
# DE BALBOA ET PAZ
Omnium Optimarum Artium Coryphęo,

IN MAG. VICAR. CVR. IVDICI IN CRIMINALIBVS,
qui nouis Typis Conſilia Conſultiſsimi Viri Burgos de Paz,
eiuſdem ex Matre Aui, Commentarijs illuſtrauit,
recentique iubare auxit,

*D. GABRIELIS DE CORRAL ABBATIS TAVR.ˢ*
*in Patria Conſortis, & in Studijs ſodalis,*

## EPIGRAMMA:

*EDita quæ à proauo ſtudioſa volumina legum,*
*(Ille, inquam, ancipitis gloria rara fori)*
*Semmeſſa ingluuie annorum, crebriſque lituris*
*Temporis, exciderant obliterata ſitu.*
*Nunc rediuiua nitent, veteris nec damna ruinæ*
*Apparent; ſtudio conſpicienda nouo.*
*FRANCISCI in melius reuocat labor ecce nepotis,*
*Et collapſa recens nobilitauit opus.*
*Macte animi, Pacis ſoboles, cui dulcia libat,*
*Nexibus alma pijs, oſcula Iuſtitia:*
*Muneris eſt cuius duro damnare nocentes*
*Supplicio, aut miti parcere lege reis.*
*Quæ deleuit edax proaui monumenta vetuſtas*
*Officijs auges, reſtituiſque tuis.*
*Credibile eſt ipſum primam profundere vitam.*
*Nobilior cineri cui ſupereſſe licet,*
*Soligena vt flammis ſe ſeipſa reſeminat ales,*
*Cui rogus Aſſyrius dat iuuenile decus.*

b Impri-

Digitized by Google

Imprimatur,

*Iacobus Terragnolus Vicarius Generalis.*

*Ioannes Dominicus Pizzella Canonicus Neap. & Deput.*

*EXCELLENTISSIME PRINCEPS.*

ADditiones copioſas ad erudita Conſilia Celeberrimi Doctoris Marci Salon de Pace, collectas à Digniſſimo Collega D. Franciſco de Balboa de Pace, quas iuſſionibus tuis legi, & perlegi, nihilque reſpuendum offendi, quin potius in foro, & ſcholis præ manibus habeantur, proindeque prælo tradantur digniſſimas eſſe diiudico.

Excellentiæ Tuæ

*Seruus deditiſſimus*

Ioannes Franciſcus Sanfelicius.

Imprimatur,

*Tapia Reg.* *Vrſinus Reg.* *Brancia Reg.*

INDEX

Digitized by Google

# INDEX CONSILIORVM, ET MATERIARVM,

Quæ in hoc volumine continentur alphabetico ordine digeſtus.

ALlienatio maioratus acta per vnum ex nominatis in facultate regia cõceſſa alienãdi an valeat, ſi alij nominati non interuenerint, & quid data præſcriptione cauſata ex titulo dictæ venditionis, ac bona fide, ita vt reſtitutio nequaquã aduerſus eã poſsit obtineri, etiam ex cauſa ignorantiæ, eò magis exiſtente iuramento, quæ quidem omnia tutiſsimè exarantur, conſ.41.

Baro impediri an poſsit à vaſallis, ne ab eis ius tritici exigatur, non obſtante ſententia arbitrali prolata in beneficium Domini, vigore compromiſsi inter eos habiti, prætextu cuiuſdam ſcripturæ aliàs factæ per vxorem alterius Domini antiqui, qua ipſi liberabantur à ſolutione iuris prædicti, ſi ſigillum vitioſum præſupponeretur, ac alios defectus, ita quod ex ea præſcriptio impediri non poterat, vti longeua, diſſeritur, conſ.33.

Bona vinculo maioratus ſuppoſita, an poſsint alienari pro dotibus filiarum, ac etiam in ſimilibus cauſis, ita quod poſsit impetrari facultas à Rege alienandi, ac etiam ſi pro alimentis frater teneatur dũ poſsidet bona prædicta, fuſius diſcutitur, conſ.9.

Clericus coniugatus quod vnicam, & virginem duxerit in vxorem, ſi homicidium commiſerit, an erit remittendus ad Iudicem Eccleſiaſticum, dato quod non incederat in habitu, & tonſura per annos quatuor ante delictum, iuxtà Bullam Alexandri Papæ, ſed tantùm per annum vnum, nec aliter proditorium dici poterat homicidium, dũ grauiſsimis iniurijs affectus ipſe clericus in occiſum prorumperit, omnia adamuſsim exarata diſputantur, conſ.22.

Collegia, ſiuè Cõfraternitas à laico erecta, an per eorum confrates poſsit aliquid ſtabilire ſuper alijs confratribus recipiendis ſine ipſius laici aſſenſu, ita vt aliqui ad ipſam admitti debeant, aut excludi, diffusè proſequitur, conſ.47.

De Conuentione inter coniuges habita in teſtamẽto condito ab eis, quod eorum ſuperuiuẽs bonis fruatur, & duas perſonas nominet, quibus poſt matrimonij contractum bona iure maioratus tribuantur, ac facta nominatione inde alter ex illis obierit, ſuperuiuens aliam perſonam eligat, cum qua matrimonium contrahi debeat, ſi ſuccedente obitu viri, vxor ſuperuiuens aliquem nominauerit, vt omnia bona ſui viri, & propria iure maioratus conſequatur, ac contrahat matrimonium cum ea, pacto adiecto, quod ſi ea viuente ſine filijs decederit electus, ipſa iterùm eligeret alium maioratum potiturum, & quod ei certa ſumma



Digitized by Google

daretur ex bonis ſui viri, verum ex altera ſcriptura infauorem electi confecta inter viuos ex contractu celebrato ante teſtamentum confirmata fuerat maioratus cõceſsio ex pura donatione, dummodò matrimonium cum ipſa eligente, electus cõtraheret, quo poſt matrimonium contractum defuncto, iterùm ipſa eligens alium eligendo ad maioratum abrogando teſtamentum cum viro confectum, vndè reſultat ſi ius nominandi alium maritum eidem liceat, & ex ſctiptura tertio loco confecta electus primo loco ius habuerit in bonis, ita quod amplius vxor pacto ſine lege frui nequiuerit, neque alium nominare virum, conſ.2.

Creditor ſi nulla facta ceſsione iurium, nec cõſtitutione Procuratoris in rem propriam promiſerit, vt eius debitor ſibi, vel Titio ſoluerit ſummã per eum debitam, an eidem debitori prohibere poſsit ne Titio ſoluat, iuridicè fundatur id fieri poſſe, conſ.28.

Decimarum exactio longiſsimo tempore peracta à laico, an impediri debeat ab Epiſcopo prætendente eas ſibi deberi, ſi non cõſtet territoria ex quibus debeatur nõ eſſe intrà fines ſuæ Diœceſis, ampliſsimè omnia diſcutiuntur, conſ.50.

Donatio facta cõtemplatione matrimonij pacto expreſſo, quod in bonis ſuccedere debeat ille, qui in maioratu ſuccederet, retento vſufructu tantùm bonorum, translata proprietate in donatarium, an reuocari poſsit per aliam ſequentem donationem alteri factam, ex his, quæ Doctor. aſſerunt, quod per acta donatione, cum conditione, vt per certum tẽpus perueniat ad aliũ, quod reſpectu illius abrogari poterit, ſimiliter ſi donatarius alteri ſtipulari an poſsit, hoc eſt pro ſucceſſoribus, omnia dilucidè diſcutiuntur, conſ.26.

Donatio facta per militem Ordinis Calatrauæ, habitus de rebus, quæ ſupererint ex perceptoria, an iure ſubſiſtet, obſtante quadam decima deffinitione edita per certum Abbatem, & prohibente, & qualiter hæc omnia intelligantur, ſuccintè diluuntur contraria in beneficium executoris dictæ diſpoſitionis, conſ.17.

Donatio, ſeù conceſsio oppidorum à Rege facta alicui obſeruantia cum certo taxato numero vaſallorum, an poſtea poſsit à Rege reuocari in præiudicium donatarij reſpectu dictorum vaſallorum vltrà numerum taxatum nil refragare ſcriptura lite pendente facta per donatarium ſe referentem donationi, vndè ſi contingerit ſpoliari, etiam accedente Regis mandato erit ante omnia reſtituendus, diffusè iura donatarij diglutiuntur, conſ.25.

Duo teſtamenta per aliquem condita, in quibus filius naturalis hæres inſtituebatur quamquã fuiſſent diſperſa, aut igne conſumpta, ſed probata inſtitutione formiter, an cenſeantur reuocata per vltimum teſtamẽtũ, vbi alius inſtitutus fuerat, & verificatum eo tẽpore teſtatorem fuiſſe mente captum, & ſi ex aduerſo probatum ſit de ſana mẽte, accuratè rationes hinc indè deductæ enucleantur, conſ.11.

Fæmina ſoror vltimi poſſeſſoris maioratus, an ad illũ admitti debeat mortuo fratre excluſo patruo, longè diſſeritur in eius beneficium, conſ.29.

Filia nata ex matrimonio contracto per Procuratorem, & probato per teſtes familiares, quod verè contrahi nõ poterat ob impedimentum publicæ Iuſtitiæ, ac alijs cauſis, & ſi in articulo mortis ad legitimationẽ ipſius fuerit effectualiter cõtractũ, ita quod ipſa admitti poſsit ad maioratũ excluſo ſubſtituto, diffusè diſputatur, conſ.6.

Iuſpatronatus an præſumatur inſtitutus per verba adiecta in teſtamẽto, vt aliquis clericus nominatus expreſsim adimpleret, quæ teſtator iuſſerat onerando ſuam conſcientiam, ita vt non aliter laicorum patronatus dici poſsit, ſed potius mixtum accedente conſenſu ſucceſſoris teſtatoris, qui de hoc tranſactionem fecerat, ex nonnullis ra-

rationib us fundatur in beneficium ipſius Capellani,conſ.31.

De maioratus conſtitutione facta per matrem in beneficium filij,ſi iuris firmitatem habeat, aut ad illud conſtituendum aſtringenda, datoq; quod erit aſtricta,an eius filius teneatur ad expẽſas factas in oppido per matrem, pariterq; an mater ipſa erit abſoluenda à legitima per filium petita ex bonis paternis, & conſequenter à fructibus perceptis ſtante eius ceſsione facta in beneficium matris,conſ.3.

Mater Curatrix filiorum emens bona ſtabilia præſumitur de ſua pecunia non pupillorum emere,eo ampliùs dum inuentarium bonorum confecerat, nil refragante dicto vnius teſtis aſſerentis poſt inuentarium multa bona reperta fuiſſe; Item reſpectu quinti legati eidem à viro iure legitimo illum potuiſſe legari fundatur, ac etiam reſpectu aliorum bonorum feudalium emptorum extrà Regnum, in quibus nec fœmina poterit ſuccedere eorum controuerſia in eodem Senatu agitari non poterat,& demùm quã tum pertinet ad æſtimationem rerum in abſentia factam,nullo iure ſubſiſtere concluditur,conſ.43.

Mater dotando filiam,atq; conſtituendo pro ea dotem ſuo genero mediante publico documento exequutionẽ paratam habente, an poſsit illud impugnare prætextu inofficioſæ dotis, ex pluribus rationibus comprobatur in beneficium mariti ius fouere, conſ.34.

Melioratio præuio prælegato paterno facta à patre filiæ,an iure ſubſiſtet,ſi fuerint factum pactum cum altero genero de non meliorando filios quamquam de hoc ſcriptura non apparent, neque teſtibus probari poſſe iuxtà leges Hiſpaniæ, & quid ſi cum altero genero expreſsim acutũ eſſet in ſcriptura de non meliorando altos filios in præiudicium iſtius filiæ tendere poſsit latiùs examinatur, conſ. 32.

Mercator an iure licito recipere poterit intereſſe lucri ceſſantis,illudq; in pactum deducere, prolixius agitatur, conſ.49.

Merces repertæ in naui nauigante per loca publica maritima,an præſumantur ſuſpectæ, quod deferantur ad portus prohibitos per edicta, per varia inditia, ac diuerſas præſumptiones diſcutitur,non aliter eſſe infraudem præſumendæ,conſ.8.

Miles effectus vigore regalis priuilegij, atque immunis, & omni contributione,an à ſolutione monetæ foreris cenſeri debeat immunis,non obſtantibus aliquibus legibus Regni aliter decernentibus,conſ.45.

Miſsio in poſſeſsionem ex remedio legis Soriæ,in quibus bonis locum habeat, & ceſſet,diffusè examinatur,conſ.39.

Officialis creatus ad exercitium alicuius officij, vtputà Notariatus,ſine cauſa amoueri an poſsit, conſ.21.

Officiorum medietas an ſaltem ad nobiles pertinere poſsit, vt illis arbitraria ſit ſententia,atque tranſactio, ita quod ſi aduerſus eos præſcriptio aliqua allegata, erit in conſideratione habenda, conſ.10.

Pœna commiſsi an locum ſibi vendicet in alienatione rei nulliter facta ex multis cauſis,dilucidè exaratur, conſ. 44.

Pœna commiſsi an contineat penſiones præteritas à Dño petitas vlla priùs proteſtatione exiſtente, longè diſcutitur,conſ.24.

Pœna contra extrahentes aureos extrà Regnum iuxtà diſpoſitionem pragmaticarum locum an ſibi vendicet contra habentẽ aureos, contra quem probatum non apparet illos detuliſſe extrà Regnũ, & fuiſſe extractos cum effectu,nulla habita ratione de libro manuali rei,vbi aliquæ cartæ reperiebantur. Imò ſtante bona qualitate famæ illius non aliter habentis animum fraudandi, ex alijs in eius abſolutionem inclinatur,conſ.13.

Priuilegium immunitatis à Rege Militi conceſſum, & ſi ſigillo munitum non



Digitized by Google

fuerit,ſed ſola Regis ſubſcriptione & in poſſeſsione immunitatis per plures annos ipſe perſiſterit,an ei obeſſet præſuppoſito quoque,quod dum fuerat conceſſum ratione militiæ,in qua non aliter interuenerat, ſed bene ad illam ſubmoueri debuerat,per multas rationes fundatur militis intentio, conſ.46.

Priuilegium nobilitatis, atq; immunitatis alicui conceſſo ſuis filijs,filiabus, nepotibus, & neptis,an ab eis deſcendentibus extendantur, eiuſque conſortibus, etſi non ex maſculis,ſed etiam ex fęminis perueniant,conſ.23.

Redditus annui empti per filios cum reſeruatione vſusfructus patrui eorum debito,an ſi fuerint relicti vni eorum à patre vti prodigo poſsit præiudicari iuribus alterius, ex multis probatur in eius fauorem eſſe pronuntiandum,conſ.38.

Remedium l.2.C. de reſcin.vend.an locum habeat etiam in tranſactione, vrgente læſione, nedùm enormiſsima,ſed in toto, idque ex pluribus rationibus comprobatur locum habere,conſ.19.

Remedium poſſeſſorium adipiſcendæ intentari poſſe affirmatur poſt petitorium intentatum,eo maximè ſi diuerſis reſpectibus intentaretur apud ſupremós Iudices,coràm quibus ſola facti veritate inſpecta proceditur,iuris ordine prætermiſſo,pariterq; eius cauſa fieri poſſe ſequeſtrum fructuum,eò magis quotiès aduerſarius illegitimus declaratus eſſet, conſ.40.

Remedium poſſeſſorium,quod durante lite conceditur poſſeſſori lite pendente in ſua poſſeſsione (quod interim nuncupatur) quibus poſſeſſoribus legitimo iure permittitur,enucleatur,conſ.36.

Renunciatio facta per filiam ingreſſuram Monaſteriū in beneficium ſui patris de legitimis, quas erat conſecutura ex ſucceſſionibus patris, ac matris cum reſeruatione certæ quantitatis conſequendæ in beneficium Monaſterij,accedente iuramento in forma infirmari an poſsit à dicto Monaſterio aſſerenti talem renunciationem ſibi nō efficere,copioſè elucidatur,conſ.5.

Res litigioſa an iure legitimo efficiatur per propoſitionem actionis hypotecariæ in iudicio, dilucidè examinatur,conſ.35.

Retractus an competat cōſanguineo pro re vendita, quæ fuerat ſuorum anteceſſorum, & quid ſi pretium non fuerit ſolutum infrà nouem dies,iuxtà edictum fortè ob clandeſtinitatem actus celebrati,diſſeritur copioſè, conſ.37.

Retractus vt locum habeat exigitur, vt retrahens rem ſibi applicari nō alteri,prout in iure fundari comperitur,conſ.30.

Salaria aſſeſſorum an præſtari debeât à Domino oppidi, vel à partibus litigantibus, ſerioſius diſceptatur, conſ.48.

De ſentētia an confirmari poſsit,Primò,ex eo, quod cū eſſent quatuordecim hæredes vnus ipſorum fuit condemnatus inſolidum, Secundò, quia contra ius dum ipſe condemnatus fuerat ad ſolutionem totius ſummæ, ex quo actor hæres ſui Aui pro ea parte,pro qua eius pater hæres fuerat,actio confuſa fuit. Tertiò, ex quo pretium oppidorum, & eorum fructus cenſeri non debent bona Aui, quia in ſingularibus non ſuccedit loco rei. Quartò,iniuſta redebatur,quia oppida empta fuerant ab N. qui eorum fructus perceperat,vnde ipſa prius petenda erant antequam pretium peteretur, & denique quia ipſe condemnatus fuerat non tantùm in æſtimatione ipſorum prædiorum cū fructibus, ſed etiam conſidarato valore præſenti longè diſcutitur,conſ.4.

De ſententia lata contra Officialem

ex

Digitized by Google

ex loco officij aufugiente vti contra contumacem,licet ſine citatione,ac alijs iuris ſolemnitatibus, an iure ſubſiſtet vti in rem iudicatam tranſacta,licito iure exequi poſſit ampliſſimè agitur,conſ.12.

Solutio annua certæ rei debitæ, quæ per contractum permutationis aliquorum bonorum ceſſauerat, etſi prætenſum ſit talem contractum informem eſſe exiſtente immemorabili preſcriptione ſolutionis prę dictæ non factæ,ita quod nec remedio reſtitutionis in integrum coadiuuari poſſit, nec quoque metus expeditione oppoſita per Vniuerſitatem contra dominum ad præſtationem ſoluendam, & qualiter procedat, diſtinctim adnotatur, conſ.15.

Subſtitutio facta in beneficium alicuius filiæ;ſeù neptis excluſa ſorore ſu per maioratu conſtituto ab Auis,an excludatur per aliam ſcripturam contrariam, vbi conceſſa reperitur facultas nominandi, con ceſſa ambabus ſororibus vigore cuiuſdam codicilli ab eorum Aui facti ſigillum nō habentis, ac alios defectus habentis ad excluſionem ſororis non nominante matrimomonium nulliter contrahentis, & pro confirmatione nominationis ſororis ſubſtitutæ plures rationes diriguntur in eius fauorem, conſ. 20.

Subſtitutio facta in beneficium filiorum alicuius, ſi fuerit erratum in nominę præſentis ſubſtituti,an excludatur per deſcendentes ab eo, quod ex errore fuerit nominatus, exactè percurritur in iure, conſ.27

Subſtitutus ad maioratum conſtitutum in teſtamento, quod prætenditur fidem non facere prætextu eius cancellationis, nec habere ſignum, & ſubſcriptionem Notarij iuxtà pragmaticam regiam Complut.an admitti debeat, non obſtante quod prætendebatur illud conſtitui non poſſe,ex eo, quia ipſemet teſtator titulo oneroſo eadem bona prius donauerat alteri contemplatione matrimonij, quāquam replicaretur talem donationam vti factam ante leges Tauri, benè reuocari potuiſſe, inde exaratis rationibus hinc inde propoſitis,ſerioſiùs omnia ponderantur accedente conſenſu donatarij ex ſcripturis productis nil refragante ſententia ſine actis pro ſe lata,conſil.14.

Succeſſor in maioratu an liti cęptæ cum poſſeſſore aſſiſtere poſſit pariter appellare à ſententia contra illum latam, ac reſtitutionē in integrum expetere, quemadmodum intentio veniente ad cauſam diſpoſitum eſt in breui compendio, omnia exarantur,conſ.18.

Terræ incultæ communes inter duo oppida ſi ad culturam ab vno ipſorum fuerint redacta, an debeāt ad priſtinum reduci, non obſtante immemorabili conſuetudine in contrarium propoſita, & pariter reſpectu Gabellarum intra oppida percepturum,ſi pro æquali portione exigi debeant, vel iuxtà Ciuiū numerum, breuiter reſoluuntur, conſ.42.

Teſtamentum à patre confectum inter filios,an indigeat, vt legatur coràm teſtibus, & quid inter extraneos,an ſtante facultate Regia ad conſtituendum Maioratum pro alimentis ſororis ſufficiant ducati nouem mille,iuxtà conſtitutionem dotis factam a fratre: qui tēpore dotis promiſſæ expreſſim cauerat ex dictis aureis duo millia ſororem ex materna legitima percepturam, quæ in legitimam ei eſſet imputanda,conſ.1.

De validitate,vel inualiditate teſtamenti facti in beneficiū alicuius prætextu quod erat mente captus, tempore quo illud confecerat,non tamen plenè probatum ex parte ſuccedere volentis ab inteſtato, neque de vi, aut

metu

Digitized by Google

metu illato ab inſtitutis, conſ.7.
Vaſalli an prætendere poſſint ius habere in his, quæ intra ſuos terminos sũt ad vſum communem deſtinata, etiam ex pręſcriptione vetuſta, ac etiã poſſe piſcari in flumine domini, dum poſſeſsio longeua dominorum inerat, ac de eorum licentia illis vti fuerant, immo accedente conſuetudine vetuſtiſsima, vt ipſi de eorum bonis ibi eſiſtentibus, neutrique diſponere auſi ſunt, conſ. 16.

*FINIS.*

CONSI-

Digitized by Google

# CONSILIA DECISIVA

Celeberrimi, Conſumatiſſimiq; Doctoris Burgenſis

# MARCI SALON DE PACE,

CVM ADITIONIBVS

## D. FRANCISCI DE BALBOA ET PAZ

IVRISCONSVLTI PINTIÆ,

S.$^{ctæ}$ & Illibatę Inquiſitionis Conſultoris in Hiſpania,

*ET IVDICIS MALEFICIORVM IN MAIORI criminum Tribunali in Regno Neapolitano.*

*SVMMARIVM.*

1 *TEſtamentum à patre inter filios confectum, non eſt neceſſum, quod ad ſui validitatem, & ſolẽnitatem (etiam quantum ad inſtitutionem, & legata) coram teſtibus legatur ex communi Doctorum ſententia. Et ſi extraneorum teſtamenta de neceſſitate legenda ſint, & num. 8.*

2 *Lex 3. Tauri (quæ habetur lib. 5. nou. recop. tit. 4. l. 2.) non requirit, quod teſtamentum inter filios confectum coram teſtibus legatur.*

3 *Teſtamentum paternum ſat dicitur coram teſtibus lectum fuiſſe, cum ipſe pater coram ipſis teſtibus ſuam explicuit voluntatem.*

4 *Ponitur caſus, in quo teſtamentum etiam inter extraneos confectum non requiritur, quod coram teſtibus legatur.*

5 *Opinio Baldi in authent. quod ſine, C. de teſtam. & Io. Lup. de Pala. Rubi. in l. 3. Tauri non eſt vera, nec tenenda, ex pluribus hic congeſtis.*

6 *Sufficit teſtes implicitè de teſtantis ſcire voluntatem, & num. 9. in dicto num. 6. deſcribuntur plures Doctores, loquentes de teſtatore, qui dixit, ſe inſtituere illum pro ſuo hærede, qui fuerit per eum aſſignatus, ſeù deſcriptus in ſchedula per eum depoſita apud guardianum.*

7 *Intellectus l. iubemus, C. de teſtament. & l. 6. titul. 3. part. 6. dicentium, hæredis nomen proprio teſtatoris ore explicandum eſſe.*

10 *Alimenta ex quibus congrua dicantur vt regiæ facultati (de qua in caſu noſtro) ſatisfactum eſſe dicatur. Et in hoc conſilio nu. 12. tractatur, quid erit in dote ſtante dicta regia facultate, ſeu renunciatione.*

41 *Filia dicitur congruenter dotata, cum à patre dotatur. Et inibi quando dos dicatur congrua, & num. 12.*

13 *Pater (ex magis communi ſententia, atque veriori) dotando filiam, & declarando quā quantitatem vult, quod imputet in bonis matris præmortuæ, non dicitur eam dotaſſe tantum de bonis ſuis proprijs, ſed etiam de bonis filiæ vſque ad quantitatem expreſſam.*

14 *Intellectus leg. fin. C. de dot. promiſ. & numero 16.*

15 *Diſpoſitio d. l. fin. C. de dot. promiſ. à iure communi exorbitat.*

## ARGVMENTVM.

Agitur ſi teſtamentum à patre confectum inter filios indigeat, vt legatur coram teſtibus, & quid inter extraneos, prætera diſſeritur, an ſtante facultate Regia ad conſtituendum Maioratum pro alimentis ſororis ſufficiant ducati nouem mille, iuxta conſtitutionem dotis factam à fratre, qui tempore dotis promiſſæ expreſſim cauerat ex dictis aureis duo millia ſororem ex materna legitima percepturam, in quam legitimam ei eſſe imputanda.

## CONSILIVM I.

DEI optimi, maximique auxilio implorato, eiuſque Genitricis Virginis Mariæ, In cauſa, quæ vertitur inter D. Mariam Suarez, vxorem Io. Solis extrenui militis Salamantini, & D. Lucretiam Suarez eius ſororem, Ius dictæ D. Mariæ agemus, ad quod tria iura fundabuntur.

Primum, teſtamentum à Chriſtophoro Suarez (prædictarū patre) editū ſolemne eſſe.

Secundum, quod pro alimentis ſecundum regiam facultatem eidem Criſtophoro ad maioratum erigendum conceſſam, dictæ D. Lucretiæ conſtituendis ſufficiunt nouem mille aureorum, dotem ab eodem Chriſtophoro prædictæ Lucretiæ conſtitutam.

Tertium, quod cum tempore dictę dotis promiſſæ dictus Chriſtophorus expreſſim caueris, ex dictis aureis duo millia dictam Lucretiam ex materna legitima percepturam, quod in eadem materna legitima ei ſunt imputandam.

Quo ad primum breui id ſuademus, quia
1 † dictum teſtamentum inter filios fuit confectum, quare ipſum legi non fuit neceſſum; quaſi non videatur tunc imperfectum ratione voluntatis: & quaſi ſufficiat, quibuſcunque indiciis conſtare (& ſi extraneorum teſtamenta legenda ſint, *ex text. in l. fidcicommiſſa, §. quoties, & ibi gloſ. ff. de legat. 3. & in l. ſi is, qui teſtamentum, & in l. ex ea ſcriptura. ff. de teſtament.* cum alijs, de quibus meminit *Didac. Couarr. in capit. relatum in 1. num. 11. poſt principium, verſ. oportet tamen expendere de teſtam.* ita probat *tex. ſingula. in l. fin. in verb. Ceptum neque completum, C. famil. herciſcun. & in l. Lutius, ff. de teſtam. milit.* & priuatim ita tenet *Bart. in d. l. fideicommiſſa, §. quoties ad finem, et in d. l ſi is qui, ff. de teſtam. colum. 2. verſ. quęro quid ſi teſtator*, & melius inibi *Paul. Caſtrenſ. col. 1. verſ. quantum autem ad liberos*, idem *Bart. in l. in teſtamento, ff. de fid. commiſ. libert. Paul. Caſtrenſ. in conſ. 25. ſuper eo, quod quęritur num. 2. lib. 2.* idem *Paul. in conſ. 374. viſis omnibus num. 1. in medio lib. 1. & Io. de Anan. in conſ. 57. viſis, & conſideratis col. 2. per tot. & in verſ. & etiam diligenter*, vbi ait, ita omnes Doctores firmare, idem etiam tenet *Iaſon in l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto num. 4.* & inibi *Curt. iun. nu. 12. C. de teſtam. Alex. in cōſ. 105. ſuper his num. 8. in fine lib. 7.* quo in loco teſtatur, hoc eſſe Doctorum commune placitum, idem *Alex. in conſ. 4. attentis nu. 13. eod. lib. 7. Moderni in cap. cum eſſes, de teſtam. Barb. in c. relatum in 1. col. mihi 45. verſ. nec obſtat, cùm allegabatur eod. tit. Iaſ. in conſ. 61. conſulturus num. 6. lib. 1.* & ſingulariter *Guid. Pap. in q. 538. pactū eſt, in uerſ. ſed quid*, idē *Guid. Pap. in conſ. 234. non valuit nu. 8. verſ. ſed de voluntate, Dec. in c. 1. de fid. inſtrum. col. 5. nu. 15. & Couarr. in d. cap. relatum in 1. nu. 11. verſ. ſe-*
2 *cunda concluſio.* Quod nec † mutatum eſt, *l. 3. Tauri* (quæ habetur *lib. 5. noua recopil. tit. 4. l. 2.*) vt illic fuſius deſcripſimus *num. 200. & ſeqq.* quæ non de hac ſolemnitate agit, ſed de alia abſimili, & ob id ad hanc non eſt extendenda: etiam ſi maioritatis ineſſet ratio, cùm ſit correctoria, *ex text. in authent. quas actiones C. de ſacroſ. Eccleſ. & notiſſimis alijs.*

Quæ præcipuum hoc in caſu obtinent,
3 † ſiquidem idem Chriſtophorus coram ipſis teſtibus ſuam explicuit voluntatem; & ita nulla alia videtur neceſſaria lectio, vt concludunt communiter dicti Doctores, & id conſtat, ex traditis *in d. l. hac conſultiſſima, §. per nuncupationem, & in l. Pamphilo, §. propoſitum ff. de leg. 3. & 6. part. tit. 1. l. 1.* quia in hoc caſu tale teſtamentum non dicitur inſcriptis, ſed nuncupatiuum: & ideo non eſt neceſſe, quod legatur ex prædictis. Et expreſſim ita tenet *Carol. Ruin. in conſ. 12. ſuper iſto puncto nu. 15.*

& me-

Digitized by Google

& melius *nu. 18. lib. 2. & in conſ. 1. teſtamentũ*
*de quo agitur nu. 21. eod. lib. 2.* vbi ait, ita tene-
re *Alex. in d. §. ex imperfecto*, & præter eum
idem tenet *Soccin. in conſ. 172. Reuerende col. 3*
*verſ. hoc etiam videtur decidere Bart. & in*
*verſ. ſecundò principaliter nu. 2. lib. 2.* & idem
conſtat ex *Matb. de Afflict. in deciſ. 143. utrum*
*teſtamentum num. 6. & 7. & Ioan. Ant. Rube.*
*in conſ. 14. viſo teſtamento num. 7.* Quin & for
tius *Carol. Ruin. in d. conſ. 1. num. 21. & 22.*
4 tenet † quod ſi ad teſtamentum conficien-
dum tabellio à teſtatore non fuerit vocatus,
ſed ab alio cuius intereſt: & teſtator coram
teſtibus ſuam expreſſerit voluntatem, quod in
tali caſu teſtamentum etiam inter extraneos
legi non eſt neceſſum: ſed quod ipſum teſta-
mentum probari tunc poterit per inſtrumen-
tum à tabellione confectum. *ex regula l. in*
*exercendis, C. de fid. inſtrum.* Quibus & alludit
*And. Piſ. & Nicol. Neapol. in d. l. fideicommiſſa,*
*§. quoties* ſententia dicentium, quod ſi teſti-
bus probatur teſtantis voluntas, quod & ſi te-
ſtamentum coram eis lectum non ſit, nec pu-
blicatum firmum eſt, etiam inter extraneos;
quibus & conſentit *Florian. ibidem col. 2. verſ.*
*item quando pars*, & eos etiam ſequitur *Couar.*
*in d. cap. relatum in 1. nu. 11. verſ. tertia con-*
*cluſio*, idem & tenet *Cin. & Paul. Caſtrenſ. in*
*d. §. per nuncupationem, & Alex. in d. §. ex im-*
*perfecto col. 2. verſ. attamen magis placet, cum*
*ſeqq.* & inſignè etiam *Paul. Caſtr. in conſ. 307.*
*ad primum quæſitum col. 2. num. 3. lib. 1. Carol.*
*Ruin. in d. conſ. 1. num. 21. & 22 lib. 2.* & ſat cõ-
ſtat *ex gloſ. in l. hac conſultiſſima, §. at cùm hu-*
*mana, in verb. ſed quia in fine, C. qui teſtam. fac.*
*poſſ.*
5 Nec prædictis obſiſtit † *Bald. ſententia in*
*auth. quod ſine col. 2. verſ. at ex prædictis cum*
*ſeqq. C. de teſtam.* qua dicit, quod ſi reperitur
teſtamenti paterni ſchedula in tabellionis li-
bro conſcripta coram teſtibus minimè lecta,
quod etiam inter filios non probat. Ex qua
ſententia *Ioan. Lup. in l. 3. Tauri num. 10.* ait,
etiam inter filios neceſſe eſſe teſtamẽtum legi.
Namquidem plerique Baldi ſententiæ aduer-
ſantur.

Rurſum prædicta ſententia non obtinet,
cùm talis ſchedula, ſiue teſtamentum eſſet à
teſtatore ſcriptum, vel à tabellione, vel tertio
teſtantis mandato, nam tunc vt teſtamentum
nuncupatiuum valeret, vt nuncupatim tenet
*Paul. Caſtr. in d. authent. quod ſine, & ibi Iaſ.*
*num. 1. in fi. verſ. ego limito, & idem Iaſ. in conſ.*
*135. in cauſa, & lite num. 4. verſ. quod iſtud*
*procederet lib. 4. poſt Imol. in l. inſtitutio col. 6.*
*verſ. iuxta prædicta, ff. de hæred. inſt. & poſt*
*Bald. etiam in l. captatorias col. 3. verſ. quintò*
*quæritur, C. de teſtam. mili. & Soc. in d. conſ. 172.*
*num. 1. lib. 2. & idem Imol. in cap. cum tibi, de*
*teſtam. col. pen. verſ. quid ſi teſtator dixit, &*
*ibidem Barba. col. num. 31. verſ. tangit etiã hic,*
quod in præſenti accidiſſe teſtibus conſtat.

Demum ipſa Baldi ſententia nec locum
habere poteſt, cum conſtiterit, teſtatoris fuiſ-
ſe voluntatem in ſchedula expreſſam, & patet
*ex d. l. fi. C. famil. herciſc. & in d. §. ex imperfecto. &*
*ibidem Alex. col. 1. & palàm Paul. Caſtren. in*
*d. l. ſi is qui, ff. de teſtam. & Iaſ. in conſ. 68. viſo*
*themate, col. 2. in fi. verſ. item ſi illa voluntas,*
*lib. 1.* vbi & ait, ita *Imol. tenere in c. 2. col. 8. de*
*teſtam. & in d. l. ſi is qui*, idem tenet *Paul. Caſt.*
*& Dec. in l. 2. num. 7. C. de bon. poſſ. ſecund. tab.*
*cum aliis*, de quibus latè *Iaſ. in l. ait prætor, §. ſi*
*iudex, num. 3. ff. de re iud.*

Quid multa, & ſi prædicta minimè obtine-
rent (vt inficiamur) ſat eſſet conſtare, quod
prædictus Chriſtophorus dixerit contenta in
ſcriptura teſtamenti coram teſtibus apparẽte
eſſe ſuum teſtamentum, & ſi aliter non fuerit
lectũ, valeret, vt teſtamentũ nuncupatiuũ, &
6 † ſufficit, teſtes implicitè de teſtatis ſcire vo-
luntate, *ex text. in l. quem heredi, ff. de reb. dub.*
*& in l. ſi ita ſcripſero, & illic Bart. expreſsè, ff.*
*de cond. & demonſt.* cum aliis inibi à *Socin.* ci-
tatis, idem tenet *Bald. & Angel. in l. aſſe toto,*
*ff. de hered. inſtit. & illic Io. de Imol. col. 1. verſ.*
*item nota, quod in vna, Bart. etiam in l. fin. per*
*text. ibi col. 2. in fi. C. de fideicom. Bald. in l. cap-*
*tatorias, C. de teſtam. mil. col. 3. verſ. quintò quæ-*
*ritur, Io. de Imol. in d. l. illa inſtitutio, col. 6. ver.*
*iuxta prædicta*, & ſat quidem probatur *in l.*
*vbi autem, §. ſed qui vinum*, & ibidem *Paul.*
*Caſt. in d. §. ſed qui vinum*, quem legit ſub §. *il-*
*lud, & eſt in 1. col. 1. verſ. inducitur etiam hic*
*tex. ff. de verb. oblig.* notat etiam *Imol. in cap.*
*cum tibi, col. pen. verſ. quid ſi teſtator dixit, de*
*teſtam. & ibi Barba. col. 31. verſ. tangit etiam*
*hic*, & notant alii ſcribentes *in d. §. per nuncu-*
*pationem, & ibi Paul. Caſt. col. 2. verſ. item quid*
*ſi dixit*, idem *Paul. in d. authent. quod ſine, &*
*in l. hæredes palam, in princip. col. 1. poſt princi-*
*pium. ff. de teſtam.* & nuncupatiuum in propoſito
tradit *Alex. in conſ. 176. viſo proceſſu col. 2.*
*verſ. nec obſtat ſi diceretur, cum ſeqq. lib. 5. &*
*in conſ. 4. attentis num 7. & ſeqq. lib. 7. & in*
*conſ. 76. ponderatis, col. 1. per totam, lib. 3. Soc.*
*in conſ. 142. reuerende, num. 6. cum ſeqq. lib. 1.*
*& in conſ. 173. Reuerende pater, nu. 2. per tot.*
*lib. 2.* & hoc etiam ſingulariter proſequitur
*Iaſ. in d. l. ait prætor, §. ſi index, num. 3. ff. de re*
*iud.* vbi refert *Alex.* dicentem ibi hanc eſſe
7 opinionem ſatis communem. Et ita † inter-
pretanda eſt, *l. iubemus, C. de teſtam. & l. 6. tit.*
*3. part. 6. illi conſimilis*, quæ ſtabiliunt proprio
teſtantis ore hæredis nomen explicandum: nã
ſat eſt, proprio ore implicitis verbis illum no-



Digitized by Google

minare ex ſupradictis, & alijs ſimilibus congeſtis à Cardin. Paul. Pariſi. in conſil. 19. conſideratis. num. 12. cum ſequentib. lib. 3. Quæ
8 præcipuum † in legatis obtinent, ex text. in l. num. ff. de leg. 3. & in hæredis inſtitutione etiam obtinent, in qua Bald. palam loquitur in d. l. ſi ita ſcripſero. & expreſſè id etiam notãt Bald. Ang. Imol. in d. l. aſſe toto ff. de hæred. inſtit. idem Bald. in d. l. captatorias, & Imol. in d. l. illa inſtitutio. col. 6. Paul. Caſtren. in d. l. hæredes palam. & in d. §. per nuncupationem. Alex. & Soccin. in prædictis conſilijs idem Soccin. in d. l. ſi ita ſcripſero, & Matth. de Affl. in deciſ. 143. vtrum teſtamentum num. 6. & 7. & eſt doctorum magis commune votum, vt teſtatur Card. Paul. Pariſ. in d. conſil. 19. nu. 13. & 14. lib. 3. vbi & ait, quod ita ſeruatur de cõſuetudine, idem etiam tenet Ioan. Anton. Rub. in d. conſil. 14. viſo teſtamento. col. 2. num. 7. per totum, & tenet alij plures, quos refert & ſequitur Iaſon in d. l. ait prætor. §. ſi index nu. 3. ad fin.

Quæ omnia (& præter iam dicta) ex eo etiã
8 ſuadentur, † quia ſi teſtator præſentem ſcripturam coram teſtibus comparentem, ſuum eſſe teſtamentum edixerit, ſatis ſigno indubitabili ipſum hæredem, & proprio ore videtur nominaſſe, ex tex. notab. in l. quoties. §. ſi quis nomen ff. de hæred. inſt. ibi: Si quis nomen quidem hæredis non dixerit, ſed indubitabili ſigno eum demonſtrauerit, quod pene nihil à nomine diſtat. Idem & conſtat in l. nemo dubitat ff. eodem tit. facit etiam in propoſito, tex. in l. certum ff. ſi cert. petat. in verbis. Aut nomine ſuo aut ea demonſtratione, quæ nominis vice fungitur. Et facit tex. in l. nominatim in 1. ff. de manumi. teſt. ibi. Vel quolibet alio modo euidẽter denotati eſſent. Et pro his facit etiam gloſ. receptiſſima in d. l. iubemus. C. de teſta. in verb. quemadmodũ, & inibi Iaſ. & DD. & quæ Ang. dicit in l. in fraudem §. 1. verſ. in gloſ. 2. ff. de teſtam. milit. & quæ ſancit tex. in l. 1. tit. 1. p. 6.

Et his primum abſoluitur dubium.

Quo ad ſecundum dubium breui dicendũ
10 videtur † fat congrua fuiſſe alimenta, prædictam dotem dictæ donnæ Lucretiæ datam: & præcipuum, quòd dictus Chriſtophorus in dicto eius teſtamento alia quoque legauit eidem donnæ Lucretiæ. Quibus circunſpectis, & dicti Chriſtophori bonis (aliis, quæ tex. in l. cũ vnus §. alimentis. ff. de alim. & ciba. leg. & in l. cum hij. §. modus. ff. de tranſact. & ſimilia hac in ſpecie eſſe conſpicienda ſanciunt) nullus enim eſt qui arbitrari non valeat, dicta alimẽta cõgrua eſſe, & his dictæ regiæ facultati ſatisfactum. Quod confirmatur ex ſingul. doctrina Bal. in authen. res quæ C. commun. de leg. et fideicom. co. 3. verſ. quæro ſtatuto cauetur, vbi ſingulariter dicit in propoſito, quòd ſtante ſtatuto, quòd filia ſtante maſculo ſit dotanda, quòd ſi ſtatutum non taxet quantitatem (vt non ſit in dicta regia facultate) qđ ſatis eſt, vt ſtatuto pareatur, quacunque dote filia ſit dotata, cuius Baldi doctrina maximè in caſu noſtro procedit, ex quo dicta donna Lucretia fuit dotata à dicto Chriſtophoro eius patre: quia de patre lex multum confidit, & quòd non accepit malum conſilium pro
11 ſua filia † & ſemper præſumendum eſt, quòd filia ſit congruenter dotata, cùm à patre dotatur. ex text. in l. ſi furioſo puberi. verſ. fin. ff. de cura. furio. & in l. nec in ea ff. de adulter. & hoc in terminis Paul. Caſt. aduertit in conſil. 275. ſuper primo quæſito nu. 6. in 7. dubio lib. 1. quem ſequitur Curt. antiq. in conſil. 44. ſtatuto, co. fin. verſic. de filiabus, & Alex. in conſil. 33. videtur ſuper dicto co. fin. in fin. lib. 4. & ſingulariter hoc proſequitur Iaſon in conſ. 231. iſti impuberes. num. 4. colum. 3. lib. 2. & idem Iaſon in l. voluntatis, num 2. in prin. C. de fideicom. Dec. etiam in conſil. 26. & diligenter, co. 2. in medio, & idem Dec. in conſ. 89. viſo puncto col. fin. verſ. ſecundo quia cum ſequenti poſt Paul. Caſtr. in conſ. 403. viſis & ponderatis. num. 2. lib. 2. & latiſſimè Cardin. Paul. Pariſ. in conſil. 26. pactum num. 88. lib. 3. & Domin. Greg. Lup. in l. 8. in verb. d otro. col. 2. in fine tit. 4. par. 5. & alibi ſæpe traditur, & facit bonus text. in ſui ratione in l. 7. verſ. ca aſſi como tit. 18. par. 4. Et dicit notanter, Soccin. Iun. in conſ. 67. prima præſentis num. 21. lib. 2. quod quantitas 650. ducatorum dicitur plus quàm honeſtiſſima dos, habita conſideratione ad dignitatem, & facultates parentum: & quòd tunc non poteſt cõſiderari læſio enormiſſima. Et dicit etiam ſingulariter Bald. in conſi. 255 confirmans conſilium in fin. lib. 2. quòd dos mille ducatorum re, & fama eſt magna dos. Et facit quod tradit Paul. Caſtr. in d. conſil. 275. ſuper primo quæſito num. 6. in fin. lib. 1. Et dicit notanter Fulgoſ. in conſ. 52. ex facto proponitur, col. 2. verſ. notandum, vbi ait, quòd dos mille ducatorum re & fama eſt magna dos, & Bald. & Fulgoſ. in dictis locis ſequitur Lauren. Silua. in conſ. 2. circa primum num. 39. lib. 1. vbi & ait, quod dos ſcutorum triginta quatuor millia etiam magno Principi conuenire poteſt, quod etiam latè proſequitur Baeza in tract. de non meliorandis filiabus ratione dotis cap. 1. num. 9. poſt medium. Et præter eos facit, quod dicit ſingul. Aym. Crauet. conſ. 11. tria principaliter nu. 15. & 16. vbi allegando Paul. Caſt. Bal. Cor. Dec. & alios cõcludit, quod
12 qñ ſtatutum excludit filiam † & mãdat eam dote eſſe contentã, quod tunc dicitur dos eſſe cõgrua, & ſi ſit minor legitima: Vbi & nu. 16. dicit hoc maximè procedere extante propria

exclu-

Digitized by Google

excluſione, proueniẽte ex facto proprio ipſius filiæ, ſe ipſam excludentis per ſuam renunciationem (quæ omnia menti tenenda ſunt, ſicut omnia, quæ aureus ille Doctor *Aym.* Crauet. in ſuis operibus dicere conſueuit) quæ & coadiuuãtur ex pluribus, quæ etiam in propoſito congerit *Card. Paul. Pariſ. in d. conſ. 26. nu. 93. cum ſequent. lib. 3. & Soc. iun. in d. conſ. 67. nu. 48. cum ſequent. lib. 2.* Et in præſenti caſu ſtante dicta renũciatione, & dicta regia facultate non ſolum talis filia non poterit agere ad ſupplementum legitimæ, ſed nec ad ſupplementum congruæ dotis, & in ſpetie ita ex pluribus conſuluit *Deci. in d. conſ. 89. viſo puncto, col. fin. verſ. ſolum aliud dubium, cum ſeqq.* Et ad prędicta aduertendum eſt, quod aliqui dicunt, tertiam partem legitimę illi conſtituendam pro dote, vt dos congrua dicatur, vt tenet *Afflict. in conſt. Neapol. lib. 3. rub. 18. de adiut. pro mili frat. num. 4.* Alij verò dicunt, hoc eſſe relinquendum iudicis arbitrio, vt tenet *Cyn. in auth. ſed quamuis, C. de rei vxo. act.* quem ſequitur *Soci. in conſ. 57. in cauſa, nu. 31. lib. 4.* in quo conſilio plura adducit ad hoc præſens negotium videnda, & adde videndũ *Petr. Pech. in tract. de teſtam. coniugum, lib. 4. cap. 2. nu. 3. & 4. & Ioan. Lup. in rep. c. per veſtras, de donat. inter vir. & vxo. §. 22. num. 3. in fin.* Alij enim dicunt, congruam dotem eſſe vſque ad integram legitimam. Et hæc eſt cõmunis opinio ſecundum *Dec. in d. conſ. 89. col. fin. verſ. ſolum aliud,* & tradit copioſè *Tiraqu. in l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. in ver. ſuſceperit liberos, num. 92. & ſeq.* & alibi ſæpe has opiniones contrarias inuenietis, & circa ſuperiora videnda eſt *Deciſio Rot. in nouis deciſ. 18. tit. de conſuet. num. 3. in fin. verſ. quid enim legalius, & num. 7. verſ. alia aditio, & Dec. conſ. 5. & in conſ. 51. & 180. col. 2.* & faciunt, quæ tradit *Guilliel. Benedict. in cap. Raynutius de teſtam. in uerb. in eod. teſtam. reliqu. num. 171.* & plenius *Guillielm. à Perno Syrac. in conſ. 11 ad primum num. 12.* qui inuenitur in nouo *vol. conſ. feudal. fol. 241. col. 2. & Carol. Ruin. in conſ. 27. num. 10. lib. 3. & per totum,* & videas etiam *ſingul. deciſ. Afflict. in deciſ. 162.* & in propoſito plura congerit *Baeza de non melioran. ratione dotis filiab. c. 1. per totum.*

Quoad tertium, & in fauorem dictæ D. Mariæ conſulendum videtur, & dictam Lucretiam in maternam legitimam, dictos duos mille aureos imputaturam. Siquidem hæc fuerit dicti Chriſtophori dotantis compertiſſima voluntas, quare ab ea non videtur recedendum (& ſi paternum ſit officium filiabus dotem conſtituere) *ex tex. in l. continuus, §. cum ita. ff. de uerb. obligat.* Et quidem ſi *l. fi. C. de dot. prom.* finalia verba ſtudioſè expen-
13 damus, ſat prodit illa lex in fine † patrem expreſsè cauere poſſe, dotis partem filiam in matris legitimam computaturam, & in proprijs terminis, ita tenet *Socin. in cap. tua de ſponſal.* quem refert, & ſequitur *Iaſ. in l. 1. ff. ſolu. matri. num. 24. uerſ. adde quod per illum tex. in fin. & inibi Soc. col. 6. uer. ex quibus etiã putare, & Rip. nu. 92. & prius Corne. in conſ. 16. in præſenti conſultatione col. pen. uerſ. ſecũdum etiam fundamentum, lib. 3. Io. Lup. de Pal. Rub. in relect. d. cap. per ueſtras de donat. inter uir. & uxor. §. 14. col. 2. uerſ. redeundo ad propoſitum,* ſecundum magnam impreſſionem, *fol. 91. poſt Alex. in conſ. 149. uiſo themate, nu. 9. lib. 7. & Carol. Ruin. in conſ. 16. in ciuitate num. 7. lib. 3. Alciat. præſumpt. tract. regul. 1. præſumpt. 26. in fin. num. 6.* vbi valdè coarguit *Bal. Nouel.* contrariam ſententiam tenentem, & palam idem tenet *Aym. Crauet. in conſ. 44. retro actis num. 9. lib. 1.* & idem etiam tenet *Matth. de Affl. in conſt. Neap. lib. 3. rubr. 23. num. 50. in fin. & Greg. Lup. in l. 8. in uerb. El padre, ad. 2. in primo. tit. 11. partit. 4.* Et in hoc caſu hæc eſt veriſſima, & communior ſententia attentis verbis finalibus *d. l. fin. C. de dot. promi.* Et ſi aliqui contrarium teneant.
14 Nec huic ſententiæ obſtat † diſpoſitio *d. l. fin. C. de dot. prom.* ſiquidem (vt explicuimus) cum de expreſſa patris contraria voluntate non conſtat, intelligenda eſt, vt inibi *Bald.* & Doct. perpendunt, & aduertunt Doct. ſupra proximè citati, & quidem legis verba ita ſæpius comperiunt.

Prętera in caſu *d. l. fin.* pater de bonis ſuis, & maternis dotem conſtituit, quo in caſu aſſignari poteſt intellectus, quod ordine ſucceſſiuo dotantis verba ſint explicanda, vt prius in bonis parentis dos computetur: at ſecus erit: ſi explicitis verbis ille confundatur ordo: vtriuſque parentis bonorum dos eſt conſtituta. Vt ex iam dictis conſtat. Quæ maximæ, & amplectenda ſunt, cùm vt docentes in *d. l. fin.* & in ſupra dictis locis dicant, quod ipſius legis finalis ſanctio à iure communi exorbitat, quarè conſequens eſt, eam ad hunc caſũ nõ trahendã, *ex l. ſi uerò, §. de uiro, ff. ſol. mat.* cum ſua materia. Et ſi ſciam plerunque in Pinciano noſtro Regio Prætorio aduerſus prædicta eſſe iudicatum, Exiſtimarem tamen hanc
16 eſſe rei veritatẽ. Et aliam limitationẽ † à *l. fin. & l. 53. Taurinarum conſtitutionem* (quæ habetur *lib. 5. nouæ recopil. tit. 9. l. 8.*) videre licet *per Dom. Didac. Couarr. à Leiua in c. 19. lib. 3. uar. reſol. nu. 3. uerſ. ex quo infertur.*

Quibus & hoc primum conſilium abſoluitur, & de dictæ D. Mariæ iure ſat conſtat.

*Marcus Burg. Salon de Pace legum Doct.*

ADDI-

Digitized by Google

## ADDITIO.

NVm.1. Adde *Viuium in Silua commun.opin.in opin.880.nu.4.Cabed. decis.Luſit.169.p.1. latè Marot.reſponſ. 34.num.27.Borgn.deciſ.Fiuiz.20. num. 19.p.1.Flores Diez lib.1.var.reſol. q.1. num. 43.*

Num.3. vide *Menoch. de præſumpt. lib.4. præſumpt.5.& præſumpt.15.nu.6.*

Num.4.adde *Cabed.deciſ.Luſit.169.nu.5. lib.1.*

Num.6. *Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt.15 num.6.Cabed. vbi ſupra nu.4. Marta voto 8. nu. 3.* & ad propoſitum Auctoris, idem *Cabed. deciſ.199. nu.4. p.1.* & de ſcedula inſtitutionis depoſita apud Guardianum, alios cumulat *Craſſ. de ſucceſſ.tom.1. §.inſtitutio q. 16. num.3.* & teſtamentum licet ſit nullum probat voluntatem defuncti, *Franciſc. de Petris ſeſtiu.lect.lib.2.cap.2.in fine, Flores de Meña lib. 1. var. reſol. q.1. num. 24.*

Num.7. vide *Iul.Clar.in § teſtamentum q.37. Craſſ. in tract. de ſucceſſ. tom.1. §. inſtitutio q.16.num.1, Menoch. d.lib.4. præſumpt.8.num.2.Marta ibi nu. 1.*

Num.8.vide *Ioſeph.Ludou.dec.Lucenſ.53. num.35.& 36.*

Num. 10. adde *Molfeſ.in conſuet.Neap.p. 5. quæſt. 6. vltra Surd. de aliment. tit.4. q.18.*

Num.12.vide *Ioſeph Ludou.deciſ.Peruſ.21. num.38.Comia de ſucceſſ.feud.ver.maritata num.118.* latè *Nepita in conſuetud. Catan.tit.3.num.215.* & quando dicatur incongrua *Marta voto 59.nu.3.*

Num.13. videas *Carrocc. in tract. de pat. fil. ſimpl. dot. q.9. Gomeſ. in l.50. Tauri num.21.Conſ.Paſcal.in tract.de vir.patr. poteſt.par.2.cap.6.*

Num.14.vide *Ioſeph.Ludou.deciſ.Peruſ.21 num. 22.*

Num.15. An,& quãdo diſpoſitio *l.fin.* ſit odioſa, vel exorbitans videas *Carrocc. in tract.de pat.fil.ſimpl.dot.q.5.*

## SVMMARIVM.

1 *CAſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis.*

2 *Permiſſum ad tempus, poſt tempus videtur prohibitum.*

3 *Limitata cauſa limitatũ producit effectum.*

4 *Electio datur teſtatori, & poſt eius mortem datur eius hæredi.*

5 *Donatio non præſumitur, & qualibet occaſio, (& ſi leuis) ſufficit ad excludendam præſumptionem donationis, & nu.65.*

6 *In teſtantis voluntatẽ præſumendo, ſubaudiri nihil debet.*

7 *Teſtatoris expoſitio omnibus alijs interpretationibus præponitur, & nu.9.& 10.*

8 *Teſtator ſæpiſſimè eius teſtamentum poteſt declarare.*

11 *Teſtatoris declarationi ſtandum eſt, & ſi ſit erronea.*

12 *Præſentia alicuius ex verbis ſcripturę probatur.*

13 *Tacens, & non contradicens conſentire videtur.*

14 *Teſtamentum à marito, & vxore ſimul cõfectum, poteſt à ſuperuiuenti pro eius parte reuocari, & plenius num.16. & nu.17. ponitur, quid erit, in maioratu à marito, & vxore ſimul confecto, cum ſeqq. Vbi & nu. 21. dicitur, quid erit ſi ſuperuiuens aliquid conſequutus eſt ex bonis coniugis prædefuncti, & ſeqq. & num.32. & 33.*

15 *Intellectus ad l.17.Tauri (quæ habetur lib. 5. nouæ recopil.tit.6.l.1.) & ad l.44.Tauri, quæ habetur lib.5.nouæ recop.tit.7.l.4.*

19 *Teſtamentum Principis conſenſu confectũ, ad libitum reuocari poteſt ſine eius conſenſu.*

20 *Intellectus ad d. l.44. Tauri, quæ habetur in d.lib.5. nouæ recopil.tit.7.l.4.*

22 *Teſtamentum quandocunque reuocari poteſt, etiam ſi ab hæredibus ſit approbatum, & nu.25.cum ſeqq. Vbi idem dicitur, etiam ſi pactum, & iuramentum in contrarium appoſitum ſit.*

23 *Regula tenaciter adhærendum eſt.*

24 *Regulam pro ſe habens, dicitur ius certum habere, & ſuam intentionem fundatam.*
25 *Regulæ in dubio inhærendum eſt.*
28 *Iuramentum eſt acceſſorium contractus principalis.*
34 *Legatum agnoſcens, an videatur onus legato iniunctum acceptare.*
35 *Vxor etiam ſi ſit hæres defuncti mariti poteſt vendicare fundum dotalem à ſuo marito alienatum.*
36 *Hæres quando non teneatur adimplere factum defuncti.*
37 *Promittens aliquem hæredem inſtituere, an ad id teneatur, & num. 38.*
39 *Pater non poteſt filijs ſuis adimere teſtamenti factionem, etiam ſi ob id eis aliquid relinquat.*
40 *Onus non reuocandi teſtamentum, an verè onus dici poſſit, etiam ſi ſit reciprocum.*
41 *Dolus non infertur ſcienti.*
42 *Teſtamentum non cenſetur contractus, quin reuocari poſſit, & num. 46.*
43 *Pactum de futura ſucceſſione non tenet etiã iuratum, & ſi conſuetudine permitteretur.*
44 *Donatio omnium bonorum iure reprobatur, & num. 47.*
45 *Reſeruatio vſusfructus non facit, quod quis habeat facultatem teſtandi.*
47 *Baldi ſententia in l. pro hæreditarijs, col. fin. C. de hæred. act. qualiter intelligatur.*
48 *Donatio ſi non valet vt donatio inter viuos, debet fieri interpretatio, quod valeat vt donatio cauſa mortis, & e contra.*
49 *Donatio inter maritum, & uxorem, patrem, & filium, ſi non valet, vt donatio inter viuos, valet tamen vt donatio cauſa mortis.*
50 *Teſtamentum habet tacitam conditionem, niſi à teſtatore reuocetur.*
51 *Semel reſeruata perpetuo durant reſeruata.*
52 *Reſeruatio conſeruat ius reſeruanti.*
53 *Limitatio facta in vna ſcriptura, ſemper cẽſetur repetita. Et idem dicitur in pacto, nu. 72. & 74. & 77. cum ſequen.*
54 *Confirmatio generalis non porrigitur ad id, quod eſt ſpecialiter caſſatum, & num. 55.*
55 *Generalis diſpoſitio non trahitur ad id, quod in ſpetie prohibetur.*
56 *Genus ab ſpetie abrogatur.*
57 *Ius confirmanti ante reſeruatum, non tollitur per eius vltimam, & generalem confirmationem.*
58 *Recedere quis non videtur à priori ſcriptura, per ſecundam ſcripturam per eum confectam.*
59 *Scriptura vna per alteram declaratur, & num. 60.*
60 *Contrarietas euitanda eſt, & num. 66.*
61 *Diſpoſitionis declaratio ad diſponentem expectat.*
62 *Ratificatio vt noceat ratificanti, debet ratificans legere ſcripturam, quam ratificat.*
63 *Lex de his, ff. de tranſact. procedit tàm in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus.*
64 *Incluſio vnius eſt alterius excluſio.*
65 *Scripturæ conciliandæ ſunt, & num. 66.*
67 *L. pacta nouiſſima, C. de pact. qualiter intelligatur, & num. 68. & 81.*
69 *Confirmatum in confirmante in eſſe videtur.*
70 *Expreſſum cenſetur, quod veriſimiliter quis reſpondiſſet.*
71 *Stylus notariorum non conſideratur.*
74 *Reſeruatio ſemper cenſetur repetita in poſteriori ſcriptura contractus, & num. 88.*
75 *Maioricatus verba perpetuitatem denotãt, & num. 76.*
76 *Familiæ conſeruatio non poteſt in primis dari.*
77 *Conditio appoſita in prima ſcriptura, an cẽſeatur repetita in poſteriori ſcriptura, & num. 78.*
79 *Contractus ſecundus cenſetur factus forma prioris contractus.*
80 *Iuramentum habet vim clauſulæ derogatoriæ.*
82 *Clauſula derogatoria, in cuius fauorem dicatur appoſita.*
83 *Tabellionis aſſertio multum cõſideratur in explicanda ſcriptura coram eo confecta.*
84 *Scripturæ priuatæ veriſimile continenti ſtandum eſt.*
85 *Interpretatio facienda eſt in dubio contra producentem.*
86 *Interpretatio facienda eſt in dubio, vt ſcripturæ concilientur.*
87 *Interpretatio facienda eſt in dubio, vt reuocatio præcedentis ſcripturæ, vel legis non cenſeatur.*
88 *Interpretatio facienda eſt, vt potius reſeruatio valeat, quam pereat.*
89 *Interpretatio facienda eſt, quæ ineſt de neceſſitate, vel de veriſimi litudine.*
90 *Interpretatio facienda eſt, qua diſponens minus obligatus maneat.*
91 *Interpretatio facienda eſt, vt ſpecies ſub genere comprehendatur, & ei non deroget.*
92 *L. veteribus, ff de pact. qualiter intelligatur circa hoc, an interpretatio faciẽda ſit in dubio contra contrahentem.*
93 *Confirmatio non extendit confirmatum, nec eius naturam mutat, & num. 94.*
95 *Nominatio an fieri poſſit in vita concedentis alicui ius nominandi.*

96 *Li-*

96 *Licentia mariti qualiter dicatur in contractu vxoris interueniſſe. Et ibi cum ſequen. num. ponitur intellectus l.55. Tauri, quæ habetur lib.5 nouę recopil.tit.3.l.2.*

97 *Licentia mariti in contractu vxoris non requiritur, quando mulier iurat contractum, quem fecit.*

## ARGVMENTVM

Diſſeritur an ex conuentione inter cõiuges habita in teſtamento cõdito ab eis, quod eorum ſuperuiuens bonis fruatur, & duas perſonas nominet, quibus poſt matrimonij contractum bona Iure maioratus tribuantur, ac facta nominatione inde alter ex illis obierit, ſuperuiuens aliã perſonam eligat, cum qua matrimonium contrahi debeat, ſi ſuccedente obitu viri, vxor ſuperuiuens aliquem nominauerit, vt omnia bona ſui viri, & propria Iure maioratus conſequatur, ac contrahat matrimoniũ cum ea, pacto adiecto, quod ſi eã viuente ſine filijs decederet electus, ipſa iterum eligeret alium maioratum potiturum, & quod ei certa ſumma daretur ex bonis ſui viri; verum ex altera ſcriptura in fauorem electi confecta inter viuos ex contractu celebrato ante teſtamentum, confirmata fuerat maioratus cõceſſio ex pura donatione, Dummodo matrimoniũ cũ ipſa eligente, electus contraheret, quo poſt matrimonium contractum defuncto iterum ipſa eligens alium eligẽdo ad maioratum, abrogando teſtamentum cũ viro confectum, vnde reſultat, ſi Ius nominãdi alium maritum eidem liceat, & ex ſcriptura tertio loco confecta, electus primo loco Ius habuerit in bonis, ita quod amplius vxor pacto ſine lege frui nequiuerit, neque alium nominare virum.

## CONSILIVM II.

DEI optimi maximi, eiuſque Genitricis Marię ſuffragio primò poſtulato. In cauſa, de qua nũc inter D. Eliſabet Machuca actricem, & Marcum de Miranda reum, controuerſia eſt. Dicti Marci de Miranda ius varijs fulciemus rationibus.

Et illud in facto præfari oportet, quod quędam Eliſabet Machuca iunctim cum eius marito teſtamentum edidit, in quo decreuerunt, quod eorum ſuperuiuens vtriuſque fruatur bonis, duaſque nominet perſonas matrimonio copulandos, quibus amborum bona iure maioratus poſt amborum vitam tribuatur: & quod ſi nominatione facta ex nominatis alter obierit, quod ille qui ex nominatis vixerit, aliam perſonam eligat, cuius adhęreat matrimonio. Contigit, quod prędicta teſtatrix, vtpotè quod prius dictus eius obierat maritus, Franciſcum eius conſobrinum nominauit, vt tam ſui mariti, quam eius bona maioricatus iure conſequeretur. Et quod cum dicta D. Eliſebet Machuca matrimonium contraheret, tali tamen pacto, quod ſi prædictus Franciſcus ea viuente ſine filiis decederet, illa iterum eligere valere maioricatus bona potiturum, & quod dictę D. Eliſabeth Machuca pro ſui mariti bonis ab eo quem elegiſſet certa daretur pecuniarum ſumma. Verùm poſteà aliam ſcripturam dicti Franciſci fauore teſtatrix edit, qua inter viuos ex contractu prius teſtamentum cum eius marito confectũ & maioricatum ibidem erectum pręſente dicto Franciſco confirmauit, illique ipſorum bonorũ maioricatus puram fecit donationem, & quod matrimonium cum dicta D. Eliſabet contraheret. Et exinde d. Frãciſcus vita fũctus eſt, d. D. Eliſabet viuẽte. Et poſt nuptias inter eos contractas, eamq; hęredem inſtituẽs: poſt hęc ſanè dicta teſtatrix dictum Marcum de Miranda ad dicti maioricatus ſucceſſionem nominauit, teſtamentumque cum eius marito confectum abrogauit, illi pręcipiens, vt dictę Eliſabet dictam quantitatem pecunię exſoluiſſet, & illi dictorum bonorum dominium atque poſſeſſionem tradidit. Et poſt hęc deceſſit teſtatrix.

Ex quibus duo dubia ſuboriuntur.

Primum, an dicto priori teſtament. dicta Eliſabet Machuca ius nominandi alium maritum habuerit.

Secundum, an ex dicta ſcriptura tertio loco à dicta teſtatrice in dicti Franciſci fauorẽ edita (qua dictum prius teſtamentum eſt confirmatum) Franciſcus ipſe dictorum bonorũ ius habuerit, ita quod dicta teſtatrix dictę ſecundę ſcripturę pacto, ſine lege frui nequiuerit, dictumq; Marcum nominare non valuerit, & ipſa Eliſabet Machuca bona etiam teſtatricis habere queat, prout dicti Franciſci heres.

Ad primum accedentes dubium, conſtanter aſſerimus, dictam Donnam Eliſabet Machuca dicto priori teſtamento ius ſuum ſuadere non poſſe, ex ſequentibus.

Primò,

Digitized by Google

Primo, quia in dicto teſtamento caſus, qui
contingit, non quidam exprimitur; ſiquidem
tunc alium maritum nominauit, & ius viduę
nominatę tribuitur, cùm ambo teſtantes mor
tui fuerint: at ſi non ex teſtantibus vnus ſu-
peruixerit cùm nominata vidua efficiatur, &
palàm ex dicti teſtamenti verbis hoc perci-
pitur. Nec exiſtimandum eſt, quod in tali ca-
ſu teſtantes voluerint, plus nominatum ſuper-
uiuentem habere, quam teſtatorem tunc non
mortuum, ex *l. Præſes Prouinciæ, C. de ſeru. &
aq. l. Publius, §. fin. cum ſua materia, ff. de cond.
& demonſtr. & in c. dilecti, de arbit.* Et quia
teſtamentum teſtantis morte effectum habe-
re minimè debet: ſed eius confirmatur morte,
*cap. cum marte, de celebrat. miſſ. facit l. dona-
tiones, quas parentes, cum ſua materia, C. de do-
nat. int. vir. & vxor.*

Præterea cùm dictus caſus, qui contingit,
eodem teſtamento in contrarium minimè
1 prouiſus eſt, confeſtim ſit † in iuris commu-
nis diſpoſitione manere, *ff. de lib. & poſthum.
l. comodiſſimè*, quę & in caſu fortiori loquitur,
ſiquidem ſanciat, teſtamentũ de morte, vel de
caſu poſt mortem agens minime ad caſum in
vita contingentem eſſe trahendum. ad quod
eſt videndus *Bald. in l. fin. in medio* C. *de po-
ſthu. hered. inſtit.* vbi & ad hoc allegat bonum
*text. in l. alumne, §. fi. ff. de adim. leg.* & faciunt,
quæ ſimilibus in locis paſſim traduntur. Qui-
2 bus & fauet, quia iure deciſum eſt † permiſ-
ſum ad tempus poſt tempus prohibitum cen-
ſeri, *l. pater filium, §. fundum, ff. de leg. 3. l. cum
3 pater, §. à filia, ff. de leg. 2.* & limitata † cauſa,
limitatum debet producere effectum, *ff. de
acquir. rer. domin. l. in agris, & ff. de pact. l. ſi
vnus, §. ante omnia, cum alijs.* His ſufragatur,
quia diſpoſitio de caſu ad caſum, nec de re ad
rem extendi debet, *l. fideiuſſores magiſtratum,
ff. de fideiuſſ.* quem ad hoc *Bald.* citat *in cap. 1.
col. 1 in tit. qual. domin. à propriet. feud. priuet.
& Alex. in conſ. 29. ponderatis verbis, num. 3.
cum ſequent. lib. 3.* ſunt, & aliæ concordantiæ,
de quibus meminit *Tiraqu. in tract. de ceſſante
cauſa, 1. par. num. 142. cum ſeqq.*

Quid plura, & in caſu omiſſo teſtanti
4 † electio danda eſt, & poſt eius mortem hæ-
redi eius, *ff. de leg. 2. l. ſi quis ſeruum, §. ſi inter
duos*, & facit in argumentum *tex. in l. duo ſunt
Titij, ff. de teſtam. tute. & in l. ſi fuerit, ff de
reb. dub.* bonus *text. in l. 9. tit. 9. parti. 6. cum
alijs*, cui rei, & accedat *tex. in l. plerunque, cum
ſua materia, ff. de iu. dot.* Nec præſumenda eſt
5 † donatio, vt notiſſima concinunt iura, de
quibus ſingulariter in noſtro propoſito me-
minit *Aym. Crauet. in conſ. 142. Claudius, nu.
26.* vbi plura in propoſito videnda citat, &
tradit etiam *Curt. iun. in conſ. 56. præſupponi-
tur, nu. 5. in princ.* Et ſufficit quælibet occaſio
& ſi leuis, ad donationis præſumptionem
abiiciendam, *ex l. diſpenſatorem, ff. de ſolut.*
quam ad hoc *Bald.* allegat *in l. 1. in princ. C. ad
Trebell.* & ita non quidem debet præſumi te-
ſtantem in dicto caſu nominato voluiſſe do-
nare, ſeu prædictam electionem concedere: &
à ſe ius tollere. Nec in teſtantis voluntate
6 pręſumenda † ſubaudiri nihil debet, *ff. de ma-
nu. teſtam. l. fin.* cuius meminit *Bald. in conſ.
232. proponitur col. fin. ante verſ. & vt melius,
lib. 5.*

Superiora, & ſuadetur, quia dicta teſtatrix
ſatis expreſsè dictum caſum omiſſum ex dicti
teſtamenti verbis expoſuit in dicta ſecunda
7 ſcriptura, ‡ cuius teſtatricis gloſa, & expreſ-
ſio omnibus alijs interpretationibus præpo-
nitur, *l. ille aut ille, §. cum in verbis, ff. de leg. 3.*
& ita expreſsè *Bald.* tenet *in auth. niſi rogati,
col. 2. in fin. verſ. nam vbi teſtator,* C. *ad Treb.
poſt Iacob. Bellon.* ibi ab eo citatum, quibus &
accedat *l. cõtinuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig.
8 cum ſuis vulgatis.* Teſtator enim † ſepiſſimè
eius teſtamentum valet declarare, *ex tex. in l.
hæredes palam, §. ſed ſi notam, ff. de teſtam.* quã
ad hoc allegat *Ang. in l quidquid aſtringẽdæ,
col. 2. prope finem, ver. vnum adde, ff de verb.
oblig.* quæ prouiſio, & teſtatoris declaratio
9 ‡ quamlibet legis prouiſionem ceſſare facit,
C. *de pact. conuen. l. fin. & ff. de negot. geſt. l. Nẽ-
10 ſenius.* Et expreſſum tacitum † ceſſare facit,
*ff. de vulg. & pup. l. cùm ex filio, §. filio impube-
ri, vbi Bart.* & dictæ declarationi cùm ſit te-
11 ſtatricis, † & ſi erronea fuiſſet, ſtandum eſt,
*ex text. in l. quo loco, § ſi iam mortuo, ff. de hæ-
red. inſtit.* & inibi *gloſ. 1. Paul. Caſt. & Doct. in
l. qui habebat, ff. de reb. dub.* & alibi ſæpe. Et
ipſa teſtantis declaratio maximè obtinet in
12 hoc caſu, † quia dictus Franciſcus præſens
fuit tempore quo dicta ſecunda ſcriptura fuit
confecta, vt eius verba, ibi. *Que preſente eſtays,*
Quibus verbis eius præſentia probatur, *l. 1.
C. de contrah. & committ. ſtip.* melior *text.* ad
idem de iure *in l. optimam, verſ. & ſi inter
præſentes,* C. *eod. tit.* cui conſimilis eſt de iure
huius Regni *in l. 32. tit. 11. par. 5.* ad idem eſt
*tex. in l. 68. tit. 18. p. 3.* & ibi *Greg. Lup. in ver.
recipiente,* & hoc tenet *Paul. Caſt. in l. illud, C.
de ſacroſ. Eccleſ. col. 2. in princip. poſt Alber. in
rubr.* C. *loca. col. 2. in princ. & Alex. in conſil.
177. viſis, nu. 3. in fi. lib. 7. & Boer. in deciſ.
13 num. 2.* & cum fuerit præſens † eidem decla-
rationi conſentire videtur, *ex l. qui patitur,
ff. mand. cum ſimilibus*, & nuncupatim ita
*Angel.* declarat, & tenet *in conſil. 185. ſu-
per hoc puncto, per totum, & Stephan. Ber-
trand. in hoc conſil. 156. ex themate, num. 8.
lib. 1.*



Digitized by Google

Proinde, & ſi prædicta ceſſaſſent (quæ non
ceſſant) dicta Eliſabet iure dictum ſuum te-
ſtamentum prius factum, mutare potuit,
14 † & ſi eius cum marito confectum, *ex text. in*
*§. poſteriore, apud Iuſtinian. quib. mod. teſtam.*
*infirmen. l. ſancimus, C. de teſtam. l. ſi quis in*
*princip. teſtamenti, ff. de leg. 3. l. 21. & 23. tit. 1*
*parti. 1. cũ ſimilib.* Quod & obtinet, & ſi teſta-
mẽtum ex cauſa matrimonij onéroſa editum
15 fuerat † *ex text. notab. in l. 17. Taurinarum*
*conſtitut.* (quæ habetur *lib. 5. recop. tit. 6. l. 1.*)
in verbis, *Saluo ſi hecha la dicha mejoria por*
*contrato entre viuos.* Nempè quia ſecus erit,
ſi ipſum prælegatum in teſtamento fiat, & ſat
conſtat *ex Bald. in l. cum archimedoram, col. 6.*
*verſ. vlterius quæro, C. ut in poſſeſſ. lega.* & hoc
etiam probatur in *l. 44. Tau.* quæ habetur *lib.*
*5. recopil. tit. 7. l. 4.* in verbis, *Por contrato en-*
*tre viuos*, Et ita intelligendæ ſunt dictæ *leges*
*Tau.* quas ſic intelligit *Greg. Lup. in l. 2. tit. 15.*
*par. 2. in verb. Mayoria, col. fin. verſ. & nota.*

Suadentur prędicta, quia iure optimo pri-
16 uatim decíſum reperimus, teſtamentum † à
duobus confectum ab eorum altero (quo ad
ſua bona) poſſe reuocari. vt ſat quidem proba-
tur *in l. falſa, §. fin. ff. de cond. & demonſtr.* ibi,
*Atque ſi ſeparatim dixiſſet.* Idem, & conſtat
*in l. Lutius, §. Gayo Seyo, ff. ad Trebel.* & ita in
terminis *Oldrad.* reſpondit *in conſ. 174. thema*
*tale eſt*, cui conſentit *Io. Andr. in Specul. tit. de*
*teſtam. §. in primis, col. 3. in addit. exordiente,*
*§. 1. in lit. M.* & idem tenet *Alber. in rub. C. de*
*leg. in verſ. ſecunda quęſtio, Bal. & Doct. in l. cũ*
*quidam col. pen. uerſ. & prædicta faciunt, C. de*
*impub. & alijs ſubſt.* cum aliis, de quibus *Pet.*
*Pech. in tract. de teſtam. coniug. lib. 1. c. 18. n. 1.*
*& ſeq.* & nos *in l. 3. Tau. n. 1214. & ſeq. & DD.*
cõmuniter *in l. licet inter priuatos, C. de pact.*
quo ẽt *in tex.* hęc ſentẽtia probatur, nam ibi-
dẽ duo milites eodẽ teſtamento voluerunt, quod
ſuperuiuens alterius rebus potiatur, & ait ille
*text.* placitum illud in vltimam reſolui volũ-
tatem, & ob id *Alex.* inibi *col. 2.* cenſet, eorũ
quemlibet quoad eius bona illam diſpoſitio-
nem poſſe abrogare, cui ſententiæ etiam *DD.*
aſſentiunt *in l. patris, & filij ff. de vulg. et pup.*
& idem, & ſingul. conſuluit *Paul. Caſtr. in*
*conſ. 253. circa primum quęſitum facit dubiũ,*
*col. 2. verſ. his tamen non obſtantib.* ſecundum
antiq. impreſſionem, quæ & confirmat inſi-
gnis *text. in l. 33. ad fin. tit. 11. parti. 5.* & dictã
ſententiam ex pluribus quoque Hiſpanus no-
ſter *Roder. Suar.* tenet *in l. quoniam in priori-*
*bus, C. de inoffic. teſtam. in 5. limitat. char. mihi*
*73. col. 4. verſ. ad prędicta facit, cum verſ. ſeqq.*
Quo in caſu in noſtris terminis *Roder.* ipſe
hoc ad maioricatum à marito, & vxore ſimul
editum ex plurib. notat. & à ſolo marito, vxo-
17 re † maioricatum quoad abrogantis bo-
na abrogari poſſe deffinit, at quod & videre
licet *Tiraquel. in tract. de primogen. q. 68. char.*
*408. apud finem, num. 1. cum plurib. ſequentib.*
vbi idem tenet, & idem etiam tenet in termi-
nis maioricatus *Dom. Didac. Couarr. in rub. de*
*teſtam. 2. par. nu. 8. char. mihi 4. col. 3. in fin. cũ*
*ſeqq.* vbi hoc hodie maximè procedere dicit in
maioricatu, attenta diſpoſitione *ll. Tau.* per-
mittentium, liberè maioricatum à conſtituẽ-
te reuocari poſſe, & nos etiam in *rep. l. 3. Tau.*
18 *n. 1216.* † Nec id quod inibi *Rod. Suar.* tenet
ex *l. neque fratris, C. de donat. cau. mort.* in no-
ſtro caſu obtinet, cùm hic agamus, quando
duo pariter teſtãtur, ſeu maioricatum, & pro
prædictis bene facit *tex. in l. omnium, C. de te-*
19 *ſtam. in verſ. nec ſane*, in quo conſtat † teſta-
mentum etiam Principis conſenſu compoſitũ
citra Principis conſenſum à teſtatore poſſe
reuocari, & ita teſtamentum cum alia perſo-
na editum à teſtatore mutari poſſe, ſunt ad
ijdem plures aliæ concordantiæ, de quibus
meminit *Dom. Couarr. in 2. p. rub. de teſtam.*
*nu. 1. & 3.* Quòd & procedit non tantùm in
teſtamentis, ſed etiam in maioricatu condito
facultate regia, nam ad libitum conſtituentis
poteſt reuocari, non obſtante dicta regia fa-
cultate, de quo eſt caſus, qui hoc ita determi-
20 nat in *d. l. 44. Tau. in princ.* † quæ lex loqui-
tur, ſiue melioria, ſeu maioricatus fiat per viã
contractus, ſeu vltimæ volũtatis, vt expreſſim
ipſamet *l. 44.* dicit, vbi Deo auſpice plura
ſcitu digna dicemus. Et præcipuum omnia
hæc locum habent in caſu noſtro, dictæ diſpo
ſitionis verbis penſitatis, quibus ſemper dici-
tur, illud teſtamentum eſſe, non verò contra-
ctum.

21 Nec his refragatur dicere, † quod dictæ
vxori teſtatrici maritus in prædicto teſtamẽ-
to fructus ſuaque bona ex eo tribuit, vt teſta
mentum ipſum minime abrogaſſet: & quod
illa fructus teſtantis, quæ hæreditate recepit,
& mariti hæreditatem adiuit, & quod ob id à
mariti placito recedere non potuit. Tum quia
nulla ſunt verba, quibus maritus dictos fru-
ctus, & bona dictę ſuę vxori conceſſit, ea in-
quam lege, quod ſuum non immutaret teſta-
mentum. Tum etiam, quia & ſi verba in præ-
dictis non deficerent, nihiloſeciùs teſtamen-
tum à dicta ſua vxore reuocari quoad eius
bona potuit: & etiam ſi mariti addiſſet hęre-
ditatem, & aſſerere contrarium communis iu
ris regulę aduerſatur, ſiquidem iuris ſit notiſ-
ſima regula, vſque ad obitum in omni caſu
22 † teſtamentũ poſſe dirui, *C. de teſtam. l. ſan-*
*cimus, de celebrat. miſſ. c. cum marte, l. ſi quis in*
*principio teſtamenti, ff. de leg. 3. & text. in d. §.*
*poſteriori quoque teſtamento, inſtit. quib. mod.*
*teſtam.*

teſtam. infirm. l. 21. in princ. tit. 1. parti. 6. cum
23 ſuis ſimilib. notiſſimis. Cui regulæ † tenaciter adhærendum eſt, ex quo de contrario non conſtat, vt traditur in l. omnis diffinitio, ff. de reg. iur. cum alijsque inibi citat Dec. col. 1. Et
24 qui regulam habet pro ſe † dicitur habere ius certum, & ſuam intentionem habere fundatam de iure communi ſecundum Bart. in l. quoties, in fin. ff. ſi quis cau. Et dicit notanter Bald. in c. 1. col. 2. verſ. deinde ſcias, in fin. de alie. iud. mutan. cau. fact. quod in dubio inherendum eſt regulæ, & ſecundum eam iudicandum; ex notatis in l. qui reſtituere, ff. de rei vendi. probatur in l. ab ea parte, ff. de probat. & in l. ſuus quoque, ver. puto generaliter, ff. de
25 hæred. inſtit. cum alijs. His & alludit † quia nullum remedium excogitari poteſt, quo teſtamentum irreuocabile fiat, vt in d. l. ſancimus; & in d. l. ſi quis in princ. teſta. ff. de leg. 3. & ſimilibus traditur locis, ad quod eſt optimus text. in l. 25. tit. 1. par. 6. ibi. *La voluntad del hombre es de tal natura, que ſe muda en muchas maneras. Y por ende ningun hombre non puede fazer teſtamento tan firme, que lo no pueda deſpues mudar quando quiſiere faſta el dia que*
26 *muera.* Quod & confirmatur † quia etiam expreſſo pacto nemo reſtringi poteſt ad non reuocandum teſtamentum, vt in d. l. ſi quis in princ. teſtamenti, & in l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. obligat. cum alijs, de quibus Moder. in l. nemo poteſt, ff. de leg. 1. quòd
27 & procedit † etiam ſi in primo teſtamento appoſitum ſit iuramentum, ſecundum gloſ. in c. vltima voluntas 13. q. 2. notat Bart. in d. l. ſi quis, in princ. teſtamenti, & communiter Doct. in l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. & in l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſſ. & eſt communis ſecundum Alex. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, col. 2. verſ. item facit, ff. de verb. obligat. accedat text. in cap. non eſt obligatorium, de regul. iur. in 6. cum
28 ſimilib. † quia iuramentum eſt acceſſorium ſcripturæ & contractui, cui accedit, & ſortitur eius naturam, l. fin. C. de non nume. pecu. l. fin. ff. qui ſatiſd. cog. c. quemadmodum, de iureiurand. l. 56. tit. 5. parti. 5. & facit l. 27. in fin. tit. 11. ead. 5. partit. & regula text. in d. c. non eſt obligatorium. Et prædicta l. ſi quis in princ. teſtamenti, in legatis tantùm loquitur, & pacto irreuocabilia fieri non poſſe ibidem palam ſtabilitur, quibus & fauet text. in l. pactum quod dotali, C. de pact. qua in lege non erat pactum omnium bonorum, ſed eorum partis, & abũdè in caſu legati, Curt. Iun. diſſertat in conſ. 56. præſupponitur, col. 1. Si igitur expreſſo pacto non poteſt teſtamentum irreuocabile fieri, igitur conſequens eſt, nec hæreditatis aditione, nec fructum perceptione teſtamentum irreuocabile fieri poſſe. Quæ & ſuadentur ex his, quæ Dec. copioſè congerit in conſ. 488. in cauſa & lite, col. 5. num. 18. cum ſeqq. conſu-
29 lens † quod etiam ſi ſcriptura à defuncto cõfecta ab eius approbetur hæredibus, quod hęc approbatio nihil operatur, ex pluribus ibidẽ per eum recenſitis, & ibi num. 21. ſatisfacit, l. non dubium, C. de teſtam. Quam & Angel. in conſ. 66. viſis dictis, col. 2. & fin. conſuluit,
30 † quod & ſi dictum pactum arbitraria ſententia confirmatum ſit, quod nihilo ſecius teſtamentum eſt reuocabile. Et pro his facit
31 † quia non eſt aliquis modus datus à iure, quo teſtamentum non poſſit mutari, vt conſtat ex pluribus traditis per Bart. in d. l. ſi quis in principio teſtamenti, ff. de leg. 3. co. pe. & fin. & bene facit dicta, leg. 25. tit. 1. par. 6. vbi Gregor. Lup. refert, & ſequitur Bart. in d. l. ſi quis in principio teſtamenti, & faciunt per me tradita in d. l. 3. Tau. num. 1219. & ſequentib.

32 Cõfirmatur hæc veritas † quia potius maritus eius bona fructus, & hæreditatem vxori ex mutuo amore cõceſſiſſe videtur, quàm ob id, quod teſtamentum non mutet. ex text. in l. 1. in princ. ff. de dona. int. vir. & vxor. cum ſuis ſimilib. & in terminis ita tenet Corneus in conſil. 159. in hac præſenti co. 1. verſ. quibus tamẽ lib. 4. & expreſſius hoc tenet Alciat. in d. l. licet inter priuatos, C. de pactis, co. 2. ante fi. verſ. ſed quid ſi alterum, & in noſtris terminis idẽ conſuluit Paul. Caſtrenſ. in conſil. 243. circa primum dubium (ſecundum antiquam impreſſionem) col. 2. verſ. his tamen, cum ſequentib. qui ad hanc cauſam videndus eſt, & ſat probatur in l. 1. §. ſciendum, C. de rei vxor. action. & in l. ille autem, ff. de hæred. inſti. & facit tex. ſingul. 1. l. nec adiecit, ff. pro ſoc. & his accedãt quę Io. de Imol. co. 3 & Doct. notant in c. officij de teſta. & videre licet, tex. in l. libertis, liber. tabuſq. in princ. ff. de alim. & ciba. leg. & in l. eum qui kalendis, §. fin. prope fi. ff. de verbor.
33 oblig. Vehementius, & hæc vrgent † quia onus non reuocandi teſtamentum, iure ſubuertitur, ex d. l. pactum quod dotali, cum alijs ſupra adductis, ne teſtandi libera abiiciatur voluntas (ex notiſſimis iuribus) quæ nullo modò reſtringi valet, ex l. ſi fratres, §. idem reſpondit in 1. ff. pro ſoc. Quo fit, prædictam vxorem, & ſi prędictam hereditatem adierit, fructuſq. perceperit, non eſſe extimandum, non reuocãdi teſtamentum onus, (& ſi fuerat adiectum) acceptaſſe, vt probatur, in l. vxorem, §. hæres, vbi eſt bona gloſ. ff de leg. 3. & in l. ſi quis in 2. ff. de cond. inſtit. & in l. conditiones, ff. eod. tit. & & ſat expreſſim Bald. in l. ſi quando, §. & generaliter, col. 2. C. de inoffi. teſt. & ibidẽ Paul. de Caſt. col. 2. poſt mediũ. Bal. notabiliter in cõſ. 161. qdã Mechus. in fin. verbis li. 2. vbi ſingula-
34 riter cõſuluit in ꝓpoſito, ꝙ licet verũ ſit † q



Digitized by Google

ille qui agnouit legatum, videatur agnoſcere
onus legato impoſitum, *ex l. imperator, §. ſi
centum, ff. de leg. 3.* & alijs de quibus ibi, quod
hoc eſt verum, quando illud onus de iure po-
tuit apponi: ſecus tamen eſſe dicit, ſi de iure
apponi non potuerit, *ex d. l. vxorem, §. heres,*
vt eſt in caſu noſtro, in quo etiam ſi expreſsè
apponatur onus, quod ſuperuiuens qui accep-
tauerit ipſum fructum, vel hæreditatem, non
poſſit reuocare teſtamentum ſuę partis, quod
nihilominus & ſi hoc legatum acceptet, non
tamen viſus eſt acceptare illud onus, quod nõ
poſſit ſuum teſtamentum reuocare: cùm ſit
contra bonos mores, & contra omnes iuris
diſpoſitiones. Vt ex iam dictis, & ex infra di-
cendis ſatis cõſtat. Et *Bald. in d. conſ. 161.* re-
fert, & ſequitur *Aym. Crauet. in conſ. 200. auus
habens, num. 5.* vbi & ad hoc allegat *text. in l.
dotale, §. fin. ff. de fund. dotal.* quem *text.* pro
35 ſingul. notat ibi *Aym.* ad hoc † quod vxor
adiens hęreditatem mariti, poteſt vendicare
fundum dotalem à marito alienatum contra
prohibitionem legis, cuius rei, & vltra prædi-
cta eſt *tex. in l. ſi quis eum quem, ff. de condit. &
demonſtrat.* quem *Guid. Pap. in ſing. 812. hæres
36 in princ.* ad hoc expendit † quod hæres defũ-
cti voluntatem iuri aduerſam adimplere ne-
quaquam obnoxius eſt. Cuius *tex.* ponderan-
da ſunt ſingularia verba, ibi: *Quoties contra
legem nihil ſit futurum.* Idem & probat *text.
notab. in l. 24. in fin. tit. 19. part. 5.* in verbis. *To-
dos los pleytos derechos,* Quaſi ſecus ſi non eſ-
ſent facta defuncti ſecundum ius, ex ſupradi-
ctis, & infra dicendis. Eadem ſententia, & in-
ſtruitur, *ex tex. ſingul. in l. cum donationis, C. de
37 tranſact.* qua ſtabilitur † quod ſi alicui ex
tranſactionis cauſa remiſſio fiat ea in quam
lege, vt ille cui ipſa remiſſio fit, hæredem Ti-
tium, in ſuis bonis efficiat, quod & ſi remittẽs
ex parte ſua adimpleuerit, eiuſque bonis po-
tiatur, quod ille cui remiſſio, ſeu ceſſio fuit fa-
cta, non quidem tenetur Titium hæredem
inſtituere: quia alias ſibi teſtandi libera fa-
cultas ſublata eſſet. Quod dici non debet, ne-
que permitti ex dictis iuribus. Et *ex text. in l.
teſtamenti factio, ff. de teſtament.* his & accedat
*text. in l. ille autem, ff. de hæred. inſtit.* & quod
*gloſ. inibi, & Bald. fin. verſ. ex eo ceſſent,* inquit
38 enim ibi *Bald.* quod † ſi duo ad inuicem ſe
hæredes inſtituere cauerint, quod & ſi vnus
alium inſtituẽs ex ſua impleuerit parte, quòd
alter (licet hæreditarijs bonis potiatur) alterũ
hæredem inſtituere non tenetur abſque vllo
metu penæ. Quod etiam tenet idem *Bald. in
l. 1. C. de his qui penę nomi. co. 9. verſ. 8. quæri-
tur.* Et ideo non ineleganter *Fulgoſ.* conſuluit
39 *in conſ. 87. col. 2. verſ. ad quæſita* † quòd etiam
pater ſuis filiabus, non poteſt adimere teſta-
menti factione, & ſi ob id eis relinquat lega-
ta, *ex d. l. teſtamenti factio. ff. de teſtam.* Et
concludit etiam ibi, quòd non obſtante tali
pactione ipſæ filię de ſuis bonis proprijs teſta-
ri poſſunt. Et idem tenet *Claudi. in d. l. licet
inter priuatos co. fi. in fine C. de pact.* vbi, & al-
legat *Bald. Imol. & Cuma. in d. l. illa inſtitutio,*
idem & cõſuluit *Ang. in conſil. 57. domine
Andrea. co. pe. verſ. ſecundo videndum eſt,* vbi
ſingulariter loquitur in propoſito. Et *Angel.*
refert, & ſequitur *Alex. in conſ. 155. col. 1. lib. 2.*
quem etiam ſequitur *Curt. iun. in conſ. 150.
præſupponitur, nu. 8. cum ſeqq. col. pen.* & in his
terminis prædicta omnia ſingulariter deter-
minat *Paul. Caſt. in d. conſ. 243. circa primum,
col. 2.* ſecundum antiquam impreſſionem, qui
notanter loquitur. Et plenius *Corne. in d. conſ.
159. col. 1. lib. 4.* qui ad hanc ſpeciem viden-
dus eſt.

Nec perpendendum eſt, & ſi dicatur, *ex l. de fi-
40 deicommiſſo C. de tranſact. & l. ſi pater puel-
læ, C. de inoffic. teſtamen.* quòd ſi dictum
onus non reuocandi teſtamentum onus verè
dici ex eo non valet, quod & poterat contin-
gere, quòd prædicta vxor marito ſuperuixiſ-
ſet, & maritus oneratus ad teſtamentũ nõ re-
uocandum remaneret. Tum quia, dictũ onus
(vt explicuimus) iuri obſiſtit, vtpote quòd te-
ſtamenti factionem liberam tollit. Tum etiã,
quia ob id quod onus reciprocum eſſet, non
eſt grauamẽ, cùm eius viciſitudinem habeat,
vt ait *gloſ. in d. l. licet* inter priuatos in verbo
mortis cauſa, *in fine C. de pact. & inibi Iaſon
num. 15. verſ. 2. habes, & eſt textus optimus in
d. l. licet inter priuatos, & in d. l. 33. tit. 11. par.
5. illis conſimilis, & gloſ. in d. l. inter priuatos.
Commendat etiam ad hoc Salyc. in d. l. fin. C. de
pact. colum. penult. verſicul. iuxta hoc quæro in
medio.*

Verum nec dici poteſt, maritum deceptum fuiſ-
ſe ex quo eius vxor ſuum mutauit teſtamentũ
41 † ſi quidem ſcienti non inferatur dolus, *ex d.
l. cùm donationis C. de tranſact.* & ſimilibus
ſciebat, ſcirequè maritus tenebatur, vxorem
ſuum teſtamentum reuocare poſſe, & ad hanc
ſolutionem eſt tex. optimus *in d. l. licet inter
priuatos, & in d. l. pactum* quod dotali, cuius
meminit *Bald. in d. l. cùm archimedoram, col.
fin. verſ. vlterius quæro C. vt in poſſ. leg.* & in
noſtris terminis ſic tenet, & conſuluit *Paul.
Caſtr. in d. conſ. 243. col. 2.* in medio ſecundũ
antiquam impreſſionem. Hiſce verbis loquẽs
*Nec obſtant allegata in contrarium; quia po-
tius ſe decepiſſet dicta vxor, ſi hoc crediàiſſet,
quia non reuocaret, cum ſcire debuit, irreuoca-
bilia eſſe legata de ſui natura; vnde hunc caſum
euenire poſſe proſpicere debuit l. ſi quis domum.
§. 1. ff. loca. ſi ergo non proſpexit. ſeipſam cir-
cumue-*

Digitized by Google

ſuruenit; Hactenus Paul. Caſtr. quod etiam tenet Corn. in d. conſ. 159. col. 1. & ſingulariter Alciat. in d. l. licet inter priuatos, colun. 2. verſ. ſed quid ſi alterum pœniteat, cuius ſunt verba; *Nec probabiliter quiſquam allegaret non extimaſſe, vt alter pœnitentia duceretur: cum huiuſmodi voluntates ambulatoriæ ſint, debeatque vnuſquiſque id prouidere.* Hactenus *Alciat. vbi ſupra.* Et ſic contrarium ex pluribus videatur fundare *Pet. Pech. in d. ſuo tract. de teſta. coniu. lib. 1. cap. 18. num. 2. & ſeq.*

Quid plura, & ſi expreſſim dicti teſtantes voluiſſent, non reuocare dictum ſuum teſtamentum,
42 non ob id † ipſum teſtamentum contractus cenſeretur, vt conſiderat *Curt. Iun in d. conſ. 56. num. 4. & 5. verſ. ſed quia.* Quim & ſi fuerat contractus inter priuatos, non valuiſſet, nec poſſent dictus maritus & vxor teſtantes, pacto conuenire, quòd ſuperviuens omnia bona
43 conſequeretur, cum ſit pactum † de futura ſucceſſione querenda, & conſequenter inducat votum captandæ mortis, & ſic ſit contra bonos mores, *ex l. pactum, quod dotali, C. de pact. & l. cum donationis, C. de tranſ. & l. ſtipulatio hoc modo concepta ff. de verb. obligat. & in dict. l. licet inter priuatos Cod. de pact. & l. hæreditas, Cod. de pact. conuen. & in l. 33. pleio, titul. 11. part. 5.* cum alijs, & in terminis, quod tale pactum non teneat de iure, etiam ſi in eo appoſitum ſit iuramentum, & etiam ſi tale pactum, conſuetudine permitteretur, tenet eleganter *Abb. in conſil. 48. Auguſtinus. col. 2. verſ. ſed his non obſtantibus lib. 2.* & *Iaſ. in conſil. 87. conſultus nu. 3. lib. 1.* vbi notabiliter loquitur ad caſum noſtrum, quibus, & accedat, quod notabiliter *Oldrad. conſuluit in conſ. 174. thema per totum.* Et eo
44 præcipuum † quod omnium bonorum donatio alias fuiſſet, quæ iure reprobatur, (*ex l. 69. Tauri*, quę habetur, *lib. 5. nouæ recopil. titul. 10. l. 8.*) bonus etiam *tex. in propoſito in d. l. hæreditas, C. de pact. conuent. & facit tex. in l. omnes §. lutius ff. quæ in fraud. credi.* cum alijs de quibus *Dec. in l. fin. C. de pact. col. 9. ver. in tertia quæſtione*, & tenet expreſſè *Suar. in l. quoniam in prioribus, C. de inofficioſo teſtam. in 5. limita. com. 15. verſ.* Sed videtur, & *Petrus Pech. in d. eius tracta. mariti, & vxo. lib. 1. cap. 18. num. 4. in fine.* Quim & ipſo teſtamento conſiderato, eſſet etiam futurorum bonorum donatio, quæ iuribus notiſſimis improbatur, adeo quòd plerique iuris Doctores hoc tenuerunt, etiam quando vſusfructus à donante
45 reſeruatur, quia reſeruatio † uſusfructus, non facit, quòd quis habeat facultatem teſtandi, vt in terminis conſuluit *Paul. Caſtr. in conſil. 75. notandum eſt, num. 2. colun. 2. verſ. ſed quantum lib. 2.* quem refert, & ſequitur *Dec. in d. l. fin. C. de pact. col. pen. verſ. ſecundo fallit*, & ibi etiam *Curt. Iun. nu. 58. & 59.* poſt alios illic ab eis relatos, & idem etiam tenent plures alij, de quibus memor eſt *Couarr. in cap. 12. per totum lib. 3. variar. reſolut. & Aym. Crauett. in conſ. 222. viſo num. 3. & ſequentibus lib. 2. & inibi num. 10.* ponit diſtinctionē in hac materia.

Verum nec adſeri poteſt, dictum teſtamentum
46 † in contractum tranſiſſe, eo quòd conuētum inibi videtur, quòd ſuperviuens vſufructu bonorum alterius fruatur. Si quidem omnia ibidem ex teſtamento ſunt cauta, nec reperiamus legem, qua ſit ſancitum teſtamentum in contractum reuerti, vt quoque *Paul. Caſtren.* & alij iam relati cenſent. Et ſi adinueniamus, contractum in teſtamentum quandoquè reſolui, vt conſtat *in d. l. licet inter priuatos*, & inibi *Barto. Angel. Salic. & Doctor.* & expreſſim *Lancellot. & Claudi. col. fin. verſ. in gloſ. finali*, qui inibi dicunt teſtamentum nunquam reſolui in contractum, ſiquidem in habentibus ſin volum tantum, facilis eſt tranſitus, *vt ff. de rei vendic. l. in rem §. item quecunquè cum alijs.*

Nec deniquè prædictis obſtat *Bald.* ſententia
47 † *in l. pro hereditarijs col. fin. in fine. verſ. dubitari tamen poſſet C. de heredita. act.* dum reſpondit *ad l. ſeya ff. de donat. cau. mort.*

Tum quia Bald. non loquitur in teſtamento, ſui natura reuocabili, quia tunc etiam ſi fiat cum tertio, & ex cauſa honeroſa, reuocari valet. *ex d. l. 17. Taurinarum, regiarumquè conſtitutionum.*

Tum quia, nec *Bald.* loquitur, cum expreſſim donatio cauſa mortis fit, (vt in noſtro contingit caſu) vt palam *Alexan.* tenet *in l. quę dotis colun. 3. verſ. tertio prædicta. ff. ſolut. matrim.* & idem conſiderant Doctores in prędictis locis, & *Couarr. d. Leiba. in rubr. de teſtamentis. 2. part. nu. 8.* & idem conſtat ex traditis per *Paul. Caſtren. in conſ. 164. in præſenti cauſa*, quæ vocatur maioriæ hiſpalenſis, *col. 7. verſ. item non obſtat l. ſeya lib. 2.*

Tum etiam, quia Bal. loquitur aduerſus dictam *l. ſeya*, in qua concurrebat perſona, cuius intererat, donationem non reuocari, & ob id, *Alexand. in dicta l. quę dotis col. 3. in dicto verſ. tertio prędicta in fin.* dictam *Bald.* impugnat ſententiam.

Tum quia Bald. non loquitur, quando diſpoſitio, conuentioquè, omnium bonorum eſt (vt in præſenti caſu) quo in caſu talis donatio nullo modo dici debet inter viuos, ſed potius ex cauſa mortis facta, & per conſequens dicendum eſt, quòd libere potuit reuocari, ad quod in terminis eſt ſingularis doctrina *Paul. Caſtrenſ. in conſil. 75. notandum eſt col. 2. verſ. hic autem,*

autem cum ſequentibus lib.2.vbi notanter conſuluit, quod ſi quis donauit omnia ſua bona quæ habet, & habiturus eſt vſque ad mortẽ, cum promiſſione, de non reuocando, quod tunc, non habebit locum diſpoſitio *l.vbi ita donatur, ff.de donat.cauſ.mort.* ex quo donatio omnium bonorum, præſentium, & futurorum, non valet, ex *l. fin.C.de pact.* ſed dicit ibi *Paulus Caſtrenſ.* quòd tunc, talis donatio erit iudicanda donatio cauſa mortis, vt actus magis valeat, quàm pereat, *ex l. quoties ff. de verbor.obligat.& l.quotiens, ff.de regul.iur.*& facit, quia quis non præſumitur, elegiſſe viam, per quam impugnetur iuditium ſuum, *ex l.miles qui deſtinauerat, ff. de teſta.mil.& in l.quã quàm, C. eod. tit. & Paul. Caſtren.*refert, & ſequitur *Bartol.Soccin.in conſil.*130.*viſa contingentia facti, col.*3. *num.*7.*lib.*1. *& Math. de Afflict. in deciſ.* 338.*nobis Petrus, num.* 6. *& Aym.Crauett.in conſil.* 52.*quitatio facta num.* 4.& plenius idem *Aym. in conſ.* 138. *Titius promiſit num.*10. *qui doctor.*etiam loquũtur, quando præter pactum de non reuocando, eſt appoſitum iuramentum. Quod & confirmatur, quia quando dubitatur, an donatio ſit
48 inter viuos, † vel cauſa mortis, tunc talis interpretatio facienda eſt, quòd ſi non poteſt valere in vim donationis inter viuos, valeat in vim donationis cauſa mortis, & è contra, ita per plura concludit *Corn.in conſil.* 259.*dicta diſpoſitio col.*4.*verſ.aduertendum tamen eſt lib.*4.*cum alijs de quibus Aym.Crau.in d.conſ.* 52.*num.* 4. vbi & dicit, quòd ſi verba donationis ſonent inter viuos, quæ tamen vt inter viuos valere non poteſt, ſed ſolum, vt donatio cauſa mortis, quòd tunc vt donatio cauſa mortis, iudicanda eſt, ad quod vltra *Soccin.*& alios allegat *Bald.in conſil.*108.*domina Ioanna, col.fin.num.*9. *lib.* 3. & ita conſtat, quod cùm ſit donatio cauſa mortis, potuit reuocari.

Tum etiam, & contra *Bald.* eſt caſus notabilis, *in l. apud Celſum, § Iulianus, ff. de excep. dol.*vbi probatur, quòd donatio † facta con-
49 iugi ab infirmo, ſine mentione mortis, ex quo non poteſt valere, vt donatio inter viuos, quòd valet in vim donationis cauſa mortis, quem *tex.*allegat ad hoc pro ſingulari *Soccin. in d. conſil.* 130.*num.*6.*in fin. & num.*7.*lib.*1 & eſt ratio, quia licet donatio inter viuos, ab vno ex coniugibus, alteri facta, legibus reprobetur, (vt ſunt iura notiſſima) bene tamen inter eos valet donatio cauſa mortis, cùm morte donantis confirmetur, *ex l. donationes quas parentes, cum ſua materia, C. de donat.int. vir.& vxor.* Et ideo hæc donatio inter coniuges facta, iudicari debet, donatio cauſa mortis, vt effectum ſortiri poſſit, cùm interpretatio fieri debeat, vt actus valeat omni meliori modo, quo valere poteſt, potiùs quàm pereat, ex ſupradictis ad quod, & *Soccin.*ibid. allegat *Bald.in quodam conſil.*de quo inibi memor eſt, dicentem, quod ſi quis donatio filio ſuo in poteſtate poſt mortem, cum hoc pacto, quod non poſſit reuocari, quod ex quo, vt donatio inter viuos, nõ poteſt valere, quia facta inter patrem, & filium, quòd tamen ex quo fuit facta filio, valet in vim donationis cauſa mortis. Et per conſequens conſtat ex omnibus prædictis, quòd potuit ad libitum reuocari, cum donatio cauſa mortis, ſui natura, ſit reuocabilis, vt ſupra late oſtenſum fuit.

Si igitur, teſtamentum prædictum mutare potuit dicta teſtatrix, bene ſequitur, quod & ſi dictus caſus omiſſus non fuerit, potuit à dicta teſtatrice reuocari, & dictam nominationem dicti Mar. fauorem conficere.

Ceterum, & omnia quę diximus, ex eo probatur, quia in dicto priori teſtamento conten-
50 ta tacitam habent † iuris conditionem, niſi à teſtatore abrogentur, & ab eo fiat aliud ſecundum teſtamentum, quod probatur ex *tex. in d §. poſteriore quoque inſtit.quib.mod.teſtament.infirmen. & in d. l.ſancimus, C. de teſtamen.*cum alijs ſupracitatis, quod expreſſim ita *Dec. adnotat in conſ.*475.*in cauſa quæ Mantuæ, num.*2.vbi & ad hoc refert *Angel. in cõſil.* 159. *Corradus col.*2 *verſ.teſtamentum .n.* qui hoc recte dicit, ſunt & aliæ concordantiæ de quibus meminit *Card. Paul.Pariſ. in conſ.* 34.*ad reſolutionem, nu.*56.*lib.*2.

Et his primum abſoluitur dubium,

Quo ad ſecundum etiam dicimus ex dicta tertia ſcriptura, dictum Franciſcum ius plenũ ita adquiſiuiſſe, quòd potuerit dictam Eliſabet Machuca in bonis dictæ teſtatricis, heredem facere abſquè eo, quòd dicta teſtatrix, dictæ ſecundę ſcripturę legis, ſeu pacti, vti non potuerit, & dictum Marcum ad ſua bona nominare, vt ea iure maioricatus habeat, & ſi in dicta tertia ſcriptura, confirmatum fuerit dictum primum teſtamentum, & hoc conſtat ex ſequent.

Primo, quia vt dictum eſt, in dicto teſtamento non datur dictę Eliſabet Machuca, nec dicto Franciſco eius ſponſo, ius nominandi, dicta teſtatrice viuente, quare conſequens eſt, dictam teſtamenti cõfirmationem, ad dicti teſtamenti verba, minime extendiſſe, vt eſt *tex.notabilis, in l. Aurelius, §. teſtamento, ff.delib. lega.*& inibi *Alber.* notat, *& Bal.in l. aduerſus, col.*2 *in fin.C.ſi aduerſus rem iudicat.* & alibi ſepe traditur.

Secũdo, hæc, & conſtat, quia vt ex quo aſſeruimus, d. teſtatrix noſtro in caſu, ſibi nominandi facultatẽ reſeruauit, quando ipſe Franciſcus

Digitized by Google

ciſtus ſine liberis deceſſiſſet, vt deceſſit, & ſi
deinde in dicta tertia ſcriptura, prius teſtamẽ
tum confirmauerit. Certum eſt, non tolli ſibi
ius nominandi ex dicta ſecunda ſcriptura ſibi
reſeruatum, & ſic primæ diſpoſitioni non fuit
derogatum, l. præcipimus, C. de appell. l. ſanci-
mus C. de teſtamen. cum alijs. Immoque ſemel
51 ſunt reſeruata † & à ſecta, perpetuo durant,
vt reſeruata, & à ſecta, vt tenet & Guid. de
Beláme. in dec. 425. ſi Papa, & id latius tenet
Bernard. de Biſigne. in tit. de præbendis deciſ. 20.
52 Papa reſeruauit, reſeruatio enim † conſeruat
ius reſeruanti, c. cùm venerabilis, de exceptio-
nibus circa finem, quem tex. ad hoc notat Pau
lus Pariſius in conſ. 102. non agitatur num. 26.
53 lib. 1. quod & cõfirmatur, quia † limitatio fa-
cta in vna ſcriptura, ſemper cenſetur repetita,
ex text. notabili. in l. cum pater dote, ff. de pact.
dota. quem ad hoc Bald. notat in conſil. 339.
pater, & filius, col. fin. ante finem lib. 2. & infra
latius dicetur, & ideo generalis confirmatio
teſtamenti, ad articulum per ſpecialem ſcri-
pturam, ab ipſo teſtatore reuocatum, & ab ip-
ſo priori teſtamento immutatum, minime ex-
tenditur, (quod eſt fortius, cum vt diximus,
potius dicta reſeruatio fuit declaratio, quàm
reuocatio) ex tex. ſingulari, & ibi gloſ. in verb.
ſpecialiter in l. ſi quis priore, ff. ad trebell. cuius
text. conſideranda ſunt verba ibi (Et hoc ita
intelligendum eſt, ſi non aliquid ſpecialiter con-
trarium in ſecũdo teſtamento fuerit ſcriptũ.)
Et ibi Bartol. col. 1. verſ. quærit gloſ. notat ex
illo tex. iuncta dicta gloſ. ibi: quod confirmatio
54 generalis † non porrigitur, ad id quod eſt ſpe-
cialiter caſſatum, & ad idem facit tex. notabi-
lis, in l. poſthumus §. ſi paganus, in verbis (Om-
nimodo prius teſtamentum ruptum eſt.) ff. de in
iuſt. rupt. irri. quẽ fact. teſtam. & in terminis ita
Card. tenet in Clem. fin. §. nos enim, col. 2. ver.
tertio quæro. de ſepultur. & Bald. in l. priuilegia.
col. 1. verſ. ſecundo nota. C. de ſac. ſanct. Eccleſ.
& Albert. in l. ante tabulas, in fine ff. de iur. co-
dicill. vbi dicit, ſufficere, quòd tacite caſſatum
ſit primum teſtamentum, & idem tenet Ioan.
Franciſc. de Rip. lib. 1. reſponſorum in reſponſu
5. num. 5. & prius, Iaſo. in conſil. 170. viſis nar
ratis. col. 2. num. 1. & 2. lib. 4. & his accedat
quod Innoc. adnotat in cap. dudum col. 2. de
55 decim. quibus & fauet, quia generalis † di-
ſpoſitio, ad id quod in ſpecie prohibetur, non
trahitur, ex l. Aufidius, & inibi Ang. ff. de pri
uileg. credito. Vnde Bald. in l. tribunus, §. fin. ff.
de teſtam. mili. per tex. ibi ait, quòd, & ſi quis
teſtamentum approbet, non videtur illud, quod
ſpeciatim improbauit, confirmare, & ſat id
probatur in d. l. Aurelius, §. teſtamento, cum
aliis de quibus Alberi. in prima parte ſtatuto-
rum q. 21. incipien. item quæro, his, & pertinẽt
56 iura notiſſima, quibus conſtituitur, genus †
ab ſpecie abrogari, & ob id nunquam reſcri-
pto generali vltimo, prius ſuccidatur, iuxta tra
dita in c. 1. de reſcript. & inibi Dec. col. 6. verſ.
ſecunda concluſio, non enim generalis diſpoſi-
tio ſequens, ad ſpecialem præcedentem ſum-
mouenda non trahitur, tex. eſt ad hoc notan-
dus quidem in l. legatorum, §. qui plures, ff.
de leg. 2. quem inibi Paul. Caſtrenſ. perpendit
ad hoc, quòd ſi teſtator priori dixerit teſta-
mento, ſe ſepeliendum in monaſterio fratrum
minorum, ſi deinde in codicillo, executoribus
ſepulturam commiſerit, determinat ibi per il-
lum tex. quòd tali teſtatori non eſt eligenda
ſepultura, extra dictum monaſterium minorũ
quibus, & coadiuuat tex. notab. in l. alimenta,
§. baſilica, ff. de alim. & ciba. leg.

Rurſus, & tertio, hæc licet ſententia, quia
cum ipſa teſtatrix dicta ſecunda ſcriptura,
poſt teſtamentum primum, facta ſibi reſerua-
uit ius nominandi alios ſucceſſores, ſtatim fit,
ex generali confirmatione dicti teſtamenti
prius editi, non videri ipſam teſtatricem re-
cedere voluiſſe à dicta reſeruatione, quod ex
ſupradictis liquet, & magis in terminis hęc
conſtant ex his, quæ Bald. ſingulariter dixit in
cap. venientes col. 2. verſ. ſed quod ſi princeps,
57 de iur. iurand. vbi dicit, ex generali † confir-
matione, numquam tolli confirmãti ius, quod
ipſe cõfirmans habet, nec ſuo iuri voluiſſe de-
rogari, & ſat probatur in l. inquiſitio C. de ſolu
tionibus, & in l. ſi peculium, §. ſicut autem. ff.
de pecul. legat. cum alijs de quibus latè Felin.
in cap. 2. de reſcript. in verb. leges inſertæ, num.
40. vbi & refert, & ſequitur Bald. in d. capit.
venientes, col. 2. & ob id Cardin. Florentin.
(ex notiſſimis iuribus) in conſil. 44. pro domi-
no Chriſtophoro, col. 2. verſ. talis etiam approba
tio, dicit ex generali approbatione, nunquã
eſſe præſumendum, approbantem ſuum ius do
nare voluiſſe, & illud iactare ſine cauſa, ex tex.
in l. cum indebito, §. ſi vero, ff. de prob. cum alijs.

Quibus, & accedat alia ratio non debilis,
quia iuris eſt, nunquam quis ex ſecunda ſcri-
58 ptura † à priori, qua aliquid ſibi reſeruauit,
recedere videtur, etiam ſi poſterior ex inter-
uallo fiat, ita probatur, in l. ſi tibi liberum, ſe-
cundum vnum intellectum, ff. act. empt. & in ter
minis, ita Ioan. de Imol. tenet in l. titia, §. idẽ
reſpondeo, in primo, col. 2. verſ. tu potes dicere,
ff. de verbor. obligat. & Alexand. in conſil. 27.
attentis narratis, colun. fin. verſ. & quod non
ſit, lib. 3. quod etiam latè proſequitur Dec.
in conſ. 195. ſtudendo col. 2. apud finem, verſ.
& iſta concluſio, & ſatis hęc probat tex. in c.
quod translationem de offic. deleg. & facit text.
in l. 2. (A los Reyes pertenece) Ver. pero que la
iuſticia mayor, titul. 9. (De las mercedes)

Lib.

*lib.5. ordinamen. quæ habetur in effectu, lib.5. nou. recop. tit.1.*

Suffragatur, & his iura quæ dicunt, ex vna
59 ſcriptura † alteram declarari, vt *ff. de haredi. inſtituen. l. qui non militabat, §. Lutio Tit. & inibi Bart. col.1. ver. in tex. vbi veteres, tex. etiam ad idem in l. coheredi, §. qui diſcretas ff. de vulg. & pup. ſubſtit.* & ibi *Alexand. col.1. ver. ex iſto textu nota, bonus etiam tex. in l. vtrum, ff. de pet. hæredit. et in l. ſed Iulia, §. ſed & ſi, ff. ad macedonian. gloſ. in l.1. in gloſ.1. ad finẽ, ff. de iudic.* quæ habetur, ſemper ſumendum eſſe intellectum, ex hisq. inter partes præceſſere, & adnotant *Doct. maximè Angel. in l. ſi quis cum aliter, ff. de verbor. obligat.* & notabil. *Alex. in conſ. 52. circa hanc dubitationem col. 5. verſ. preterea lib. 4.* quo & loca ait, quòd vbi ſequens contractus, dubius eſt, ex contractu præcedenti, declarationem recipit, & ſi vltimus contractus longeuo interuallo ſit prædictus, aliàs enim ſequeretur abſurdum, quòd dicta ſcriptura poſterior, ex diametro eſſet contraria præcedenti ſcripturæ, in qua facta eſt dicta reſeruatio, quod dicendum mi-
60 nime eſt, cum contrarietas † euitanda ſit *c. inter dilectos, §. ceterum de fid. inſtrumentor. l. nam ad ea, ff. de condit. & demonſtrat. c. cum expediat, de elect. lib.6. cum alijs vulgatis*, quæ in terminis reſeruationis adducit *Dec. in conſil. 168. reuerende pater, col.2. verſ. ſed tamen his cum plurib. ſequentib.* & idem *Dec.* loquens *in reſeruatione in conſ. 195. ſtudendo. col.2. ver. ſic ſed tamen prædictis, & in l. fin. num.1. cum ſequentib. C. de edend. & melius in conſil 602. viſo puncto, num.5. & 6.* & faciunt quæ infra dicemus *in conſil. 27. in lite quæ nu.11. ea ſequẽtibus.* Et ideo poſteriores diſpoſitiones, interpretationem recipiunt à prioribus, *l. ſed & poſteriores ff. de legibus, l. ſciendum, in principio, ff. qui ſatiſd. cogant. cum alijs*, quæ & obtinent, & ſi poſteriori ſcriptura dicatur, quòd ad literam, & prout iacent, intelligantur, authore *Ancbar. in conſ. 422. viſo puncto, colum.2. verſ. non obſtat ſi dicatur, & Dec. in d. l. fin. num.3. C. de eden. poſt Bartol.* qui clare idem tenet, *in l. omnes populi col. ante penult. verſ. vltimo quæritur ff. de iuſt. & iur.* Quæ & præcipue obtinent dum prædictorum declaratio à teſtatore fuerit facta, ſi quidem ad diſpo-
61 nentem † pertineat, ſuæ diſpoſitionis explicatio, *ex l. hæredes palam, §. ſi quid poſt, ff. de teſtamen. & in §. ſed et ſi notam, eiuſdem legis*, & notat *gloſ. in l. ab executore, in verb. præſes prouinciæ, ff. de appellat.* & in terminis ita notat *Angel. in l. quidquid aſtringende, col.2. in fine, ff. de verbor. obligat.* & idem probatur, *in cap. petitio, iuncta gloſ. de procura. in cap. fin. de conſtit.* ex quo ibi *Doct. & Ioan. Andr. colum.1. post principium*, dicunt, quòd pro declaratione eorum, quæ in teſtamento continentur, ad teſtatorem recurrendum eſt, *ex l.3. ff. de adminiſtrat. tutor.* & facit *tex. in cap ex multiplici. de decim. & text. in l. 27. titul. 18. parti. 3. & alibi ſepe.* & ob id in terminis *Cur. iun. in conſ. 56. præſupponitur in facto, col. fin. verſ ſed quoniam conſuluit tex. in l. perfecta donatio, C. de donat. quæ ſub modo*, in declaratione donationis, non obtinere, & donantem ambiguam donationem explicare poſſe, ad quod, & ibi *Curt. Iun.* allegat *Soccin. in conſ. 126. viſum fuit col.3. lib.3.*

Superiora quidem præcipue locum habẽt, quia quando prædicta teſtatrix dictam tertiã ſcripturam fecit, poſt viginti annos decurſos à confectione dicti primi teſtamenti, in qua primum teſtamentum eſt confirmatum, non quidem ipſa teſtatrix vidit, priorem ſcripturã ipſius teſtamenti. Quo fieri videtur, ex dicta confirmatione, dictam Eliſabet iubari mini-
62 me poſſe, cum confirmans † ſiue ratificans, vt ei ratificatio noceat, ſcripturam quam ratificat videre neceſſe eſt, vt in terminis confirmationis inſtrumenti *Cardin. Florenti. conſulendo edixit, in conſil. 44. pro domino Chriſtophoro, col.2. verſ. ſi autem accipiamus, & Iacobi de ſanct. Georg. per tex. ibi in l.1. num.3. C. ſi in commun. ead. quæ cauſ. & Soccin. in conſil. 258. in cauſa Vicariæ, num.9. in fine, & num. 10. lib.2.* qui videndus eſt, quia notabiliter loquitur, quibus, & accedat *tex. notabilis in l. de his, cum ſua materia ff. de tranſact. bonus tex. ad idem in cap. ſuborta de re iudic. vbi Bald. col.1. verſ. nota quod nemo*, conſiderat illum tex. ad hoc, quod ratificans debet videre ſcripturam, quam ratificat, aliàs, quòd talis ratificatio non valet, & facit ad idem bonus *tex. in l.28. tit.11. par.3. ibi (Faſta que caten, y entiendan las palabras, que ſon y eſcritas, y pueſtas)* Et facit etiam *tex. in l.1. titul. 2. part.6.* & alibi ſepe, & aduertendum eſt, quòd dicta,
63 *l. de his † ff. de tranſact.* procedit in quibuſcũque conuentionibus, tàm contractuum, quã vltimarum voluntatum, ſecundum *gloſ. & Doctores in d. l. de his, cum alijs de quibus Alexand. in d. conſil. 114. viſa ſcriptura, num. 9. lib. 7.*

Accedat, & alia ratio, in fauorem dicti Marci, quia ex quo dicto Franciſco facta eſt dicta donatio à dicta teſtatrice, in dicta tertia ſcriptura, poſt prius teſtamentum, dictamquè ſecundam ſcripturam, ex ea dicta Eliſabet ius
64 ſuum ſuadere non poteſt, quando quidem † cum dicto Franciſco confecta fuerit, & ob id bona donata dictæ Eliſabet denegata videntur, ex *l. cùm prætor, ff. de iudic.* cum alijs, quod & probat *tex. in l. fin. §. ſi ita ſtipulatus fuero, ff. de*

Digitized by Google

ff.de verb.oblig.vbi Paul.Caſtr. & alij ex illo adnotant tex.quòd & ſi in cõtractu duę adiectę ſint perſonæ, quòd ſi earũ vni promiſſio fiat,quòd alteri perſonæ adiectæ denegata videtur,ad quod eſt etiam tex.in l.duos reos, §.ſed ſi ex duob.ff.de duob.rei:,& tex.in l. ſi vnus,§.ante omnia ff.de pact.& tradit Angel. in l.ex duobus in 2.ff.de duob.reis col.2.verſ. attende tamen.Quin & Aret.in l.gallus, §. & quid ſi tantũ,col.4.verſ.ſecundo adde,ff.de lib.& poſth.tenet,de perſona ad perſonã non admitti extenſionem diſpoſitionis, etiam ex diſponentis veriſimili mente, ex tex.in l.ſi quis ita,§.ſi quis cum ignoraret ff.de teſtamen. tutel. & Aret.refert & ſequitur Dec.in conſ. 394.pro vera.nu.8.in princ. & facit ad idem tex.in l.ſi ita ſtipulatus fuero,§.Chriſogonus, ff.de verb.obl.et in l.ſi pro te C.de dot.promi. His,& pertinent iura notiſſima,quorum memores ſumus, quæ inquam dicunt donationem alicui factam,niſi ſit expreſſum,nunquã præſumendam,quæ obtinent,& ſi actus nullus redatur,Aret.authore in l.a titio col.pen. uerſ.ſequitur quartus caſus,ff.de verb. oblig. et melius ibi in uerſ.ſed ad hoc reſpondeo. Itaque conſtat in dicta tertia ſcriptura,dictam teſtatricem noluiſſe dicta eius bona concedere dictæ Eliſabet Machuca, ſed dicto Franciſco eius conſobrino,conſtat etiam,quòd cũ in dicta tertia ſcriptura, donatio non libere, ſed maioricatus titulo,dicto Franciſco facta fuit,quod ipſe Franciſcus minime potuit, dictam eius ſponſam hæredem efficere, dictorum bonorum donatorum.

65 Hæc, & comprobantur,quia ſcripturæ † prædictę conciliandę ſunt, in quantum poſſibile fuerit,ut in c.inter dilectos de fid.inſtru. in §.ceterum,cũ alijs ſuperius adductis, & eatenus prior ſcriptura,vltima dimouetur,quatenus poſterior ad primam trahi non poteſt,
66 ſecus verò eſſet † ſi aliquo modo poſſint ad concordiam ambæ ſcripturæ reduci,vt eſt in caſu noſtro,ad quod eſt tex.notabilis,in l. ſi quis ante,§.idem pomponius.ff.de acquir.poſſ. & inibi ſingulariter Claudi.in principio illius l.col.2.uerſ.et iſta regula, ubi et ad hoc allegat l.non ſolum,§ fi.ff.de uſucap.poſt Alex.in d.§. idem pomponius,col.2.uerſ.meo iudicio, & accuratius idem Alex.in conſ.193. perſpectis, col.2.nu.2.in fin.cum ſequent.lib.6.et in conſ. 40.ſuper primo dubio.col.2.in fin.uerſ.non obſtat dum dicebatur,lib.4.poſt Bal.in conſ.339. pater,et filius,col.fin.lib.2.& ſat conſtat in l. præcipimus in fin.C.de appell.cum alijs.

Ex quibus ſequitur,l.pacta noviſſima C.de pact.qua ſancitur,vltimo pacto, prius dero-
67 gari, non obtinere,cum vtrumque partium placitum,conciliari queunt, ex d.l.præcipimus, C.de appell.cum alijs, quæ Dec. cæteriq. DD.tradũt in d.l.pacta noviſſima,n.5.ubi Dec. inter alios DD.quos refert, allegat Bart.in cõſ.72.ex facto col.3.uerſ.ſed poſito. & id.Dec. in conſ.195.ſtudẽdo,col.2.uerſ.ſed tñ in princ.

Ex quo fonte & fluit eamdem l.pacta no-
68 uiſſima,non procedere, quando † primum pactum fuerit in ſpecie,ſecundum vero in genere,cum tunc facile conueniri poſſunt, vt in ſpecie conſuluit per plura Barba.in conſil.86. magnus dixit col.4 in fine,et ſequen.lib.4.& idem conſuluit Alex.in conſ.141.uiſo teſtamento col.3.uerſ.aut oportet lib.2. Quo fit d. tertiam ſcripturam generalem, tertiumque pactum,cum contentis in dicta ſecunda ſcriptura conciliandam,in qua ineſt dicta reſeruatio,prout ex facili poteſt, & ſatis ſecundũ vero ſimilem mentem dictę teſtatricis, quæ nunquam eius inuita,recedere vtique voluit, à dicta facultate nominandi, & pręcipue in caſu qui contingit, in quo d. Franciſcus eius conſanguineus,cum bona prædicta dedit,ob id,& dicta Eliſabet Machuca extranea vixit.

Quin, & ſat ad prædictorum veritatem, ſufficere videtur,quòd dictum prius teſtamẽtum,in dicta tertia ſcriptura, fuit cõfirmatũ, & in dicta tertia ſcriptura dicta bona fuerũt conceſſa,iure maioricatus, & mortuus fuerit ipſe Franciſcus,cui dicta bona relicta fuerũt, quare videtur voluiſſe,quòd eo mortuo,alter nominetur à teſtatore ſuperuiuẽte,vt expreſſe in eodem teſtamento continetur. Namque
69 confirmatum videtur † in confirmante in eſſe, & omnes conditiones ſcripturæ confirmatæ,expreſſe vidẽtur in ſcriptura confirmãte.ex l.à ſe toto,ff.de hæred.inſt.& ex d.l.aurelius,§.teſtamento,et illic Alberi.ff.de libera.lega.nec voluntas dictæ teſtatricis mutata cenſenda eſt,ex dicta tertia ſcriptura, ex l.ſideicommiſſa,§.ſi rem in princ.ff.de leg.3.et l. non ad ea,ff.de cond.et demon.l.eum qui uoluntatem,ff.de prob.c.maiores de baptiſ. & ſem-
70 per expreſſim cenſendum eſt, quod † teſtatrix illa reſpondiſſet, ſi tempore dictæ tertiæ ſcripturæ interrogaretur,l.Titius,§.Lutius ff.de liber.et poſthum.cum alijs, quæ per gloſ.et Doctores traduntur, in l.tale pactum §.fin.ff.de pact.et alibi ſepe, ſed vero ſimile ex prædictis eſt,quod dicta teſtatrix reſpõdiſſet,nolle à ſe dictam nominandi facultatem remouere, & eam dictæ Eliſabet Machuca concedere, ex l.præſes prouinciæ, Cod. de ſeruitut.et aq.et in cap.dilecti,ubi Abb.et Docto.de arbit.& facit l.publius,§.fin.ff.de condi.et demonſtr.cum alijs,& quia ob id,noluit dicto Franciſco dicta bona libere relinquere,ſed titulo maioricatus, aduerſus contenta in dicta priori reſeruatione.



Digitized by Google

Ex quibus deducitur, nihil prædictis obſi-
ſtere, quod in dicta tertia ſcriptura, dicta bo-
na immixta ſunt, vt bona libera.
Tum quia, ex prædictis conſtat, non ob id
expreſſum, quod ſint libera, & non maiorica-
tus, ſi quidem ſic teſtatrix ſibi ipſi aduerſare-
tur, quod non eſt dicendum, *ex d. l. non ad ea,
ff. de condi. & demonſtr. cum alijs.*
Tum quia, ex eo fuerunt ibidem impoſita,
quia voluit donationem inter viuos, nō cau-
ſa mortis conficere.
71 Tum etiam, quia ex ſtylo † communi ta-
bellionum proceſſerunt, & ita minime ſunt
conſideranda, *Bart. doctrina in l. 1. ff. de iur.
codicill. col. 3. verſ. præterea in teſtamento, cū
alijs, de quibus Cur. antiqui. in conſ. 3.* & ſi
ſubtiliſſime *col. 2. verſ. conſideraui,* alibique
& ſepiſſime habetur per *Doctores* maxime *in
l. 2. C. de reſcinden. vendit. & in c. quamuis pa
ctum de pact. lib. 6.*
Comprobantur, & ſuperiora, *ex tex. in l.
15. (Renouamiento) Verſi. mas ſi las palabras
ſobredichas titul. 14. (Delas pagas) Parti. 5.*
72 *qua ſancitur,* ex ſecundo pacto, primum †
minime tolli, niſi expreſſim dicatur, quod vl-
timo, prius dimoueatur, & ob id *l. 16. ſequens
in illo met titulo,* conſtituit, quod ſi prius pa-
ctum ſub aliqua lege, vel conditione fiat, &
ſecundum fiat pure, quod ſecundum cum
priori conditione interpretandum eſt, & fa-
73 cit, quia pactum † in priori ſcriptura expreſ-
ſum, in ſecunda videtur repetitum, vt proba-
tur, *in l. item quia, §. fin. ff. de pact. optimus
tex. ad idem, in l. cum pater dotem, ff. de pact.
dotalib.* cum aliis de quibus *Aretin. in conſil.
21. ſi diligenter col. 2. verſ. præterea poſito, &
fuſius hoc Bald. conſil. 339. pater & filius, co-
lum. fi. lib. 2.* vbi refert notata *in l. quotiens, C.
famil. herciſcun.* & inibi *Bal.* reſpondit *ad l.
lecta. ff. ſi cert. peta.* vbi ſingulariter loquitur
in propoſito, & cū referret, & ſequitur plura
alia referendo, *Aym. Crauett. in conſ. 135. ver
ba decreti num. 16.* vbi & ipſe dicit, quod re-
74 ſeruatio † ſemper cenſetur repetita, in poſte-
riori contractu, *ex Bald. doctrina in d. conſil.
339.* Quod maxime hoc in caſu obtinet, ſi
quidem etiam hac tertia ſcriptura, & omni-
bus præcedentibus, prædicta bona dicto Frā-
ciſco maioratus iure ſint data, & ſic eiſdem
legibus maioricatus, & non libere, conceſſa
dicendum eſt, *ex d. l. non ad ea, ff. de condit. &
demonſtr. & in l. 1. C. de furt. cum alijs.* Nec cē
ſendum eſt, cum maioricatus iure ei data fue
runt, quod tantum dicto Franciſco, & primo
ſucceſſori, dicta teſtatrix fuit contenta ſi qui-
75 dem † maioricatus verba, per perpetuitatē
denotant, & complures ſucceſſores ſubſtituti
cenſentur, vt habetur *in l. 40. taurinarum cō-
ſtitutionū, & in l. cum ita legatur, §. in fideicō-
miſſo, ff. de leg. 2.* & in terminis maioricatus,
ita tenet *Anchar. in conſ. 27. non ſeruato ordi-
ne, col. 3. poſt principiū Præpoſit. in c. ius natu-
rale 1. diſt. col. 4. in medio, & Abb. in conſ. 85.
in præſenti quæſtione, col. 2. verſ. ſecunda diuer-
ſitatis rō cum ſequentib. lib. 1. & Socc. in conſ.
47. facti narrationem. 6. lib. 3. & Io. Lup. a Pa-
la. Rub. in repe. rub. de donationib. int. uir. &
uxor. §. 69. nu. 21. verſ. ſed meo iuditio.* quod
confirmatur, quia in his quæ requirūt tractū
ſucceſſiuum, non ſufficit momentaneum im-
plementum, ex *tex. ſingulari in l. in ſubſtitu-
tione ff. de vulga. & pupil. ſubſt. & l. alia, C. de
his quib. vt in dig. & in l. qui cum maior. §. ac-
cuſaſſe, ff. de bon. liberto. l. in ſeruitutem. §. po-
tuiſſe ff. eod. tit. & in l. inter caſtellianum, ff. de
arbit. cum alijs* de quibus *Angel. in conſ. 34.
Conſtantinus, col. 1. & per Dec. in conſ. 23. &
pro tenui facultate, col. 2. verſ. quinto, quia
verba,* & late per eundem *Dec. in l. ſi quis hæ
redem, C. de inſtitu. & ſubſt. ſub cond. fact.* Et
hac rōe maioricatus debet cenſeri perpetuus,
ad conſeruationem familiæ, & etiam quia cō
76 ſeruatio familiæ † non poteſt primis dari *ex
dicto §. in fideicommiſſo, & in l. peto. §. fratre,
ff. de leg. 2.* & facit bonus *tex. in l. codicillis, §.
inſtituto,* & ibi *gloſ. in verb. filijs, ff. eod. titul.*
traditur per *Areti.* & alios *in l. qui Romæ §.
coheredes, ff. de verb. obl.* & quia, quilibet actus
iudicatur perpetuus, & non temporalis, *l. ſuffi
cit, ff. de cond. indebi. gl. in c. ſi. in verb. perpe-
tuus, de reſcript. l. 6. cum alijs ſuis vulgatis.*
Verum, & iure optimo conſtitutum eſt, cō-
77 ditiones † ſequenti ſcriptura repetitas cenſe
ri ſi ex diſponentis mente conſtat, vt traditur
per *Bar.* & alios *in l. Seyo. §. Gayo, ff. de fund.
inſtru. cum alijs de quibus Alex. in conſ. 47. per
ſpectis, col. 3. verſ. ſed iſtis, lib. 5. & facit bonus
tex. vbi Bar. notat in l. cum pater, ff. de pact. do
78 talib.* Quim, & vbi † eadem ineſt rō, ſemper
conditio repetita cenſetur, *ex l. illud, ff. ad l.
aquil. & in l. cum pater, §. dulciſſimis, ff. de leg
2. cum alijs, & in terminis ita Bal. dixit in l. ti
tius in fine, C. de ope. liberto. ex l. nihil. ff. de cō-
iugen. cum emancipa. libe. eius, & tradunt DD.
in d. §. Gayo, & alibi ſepe.*
Quæ opinio manifeſtam habet probatio-
79 nem, Siquidem contractus ſecundus † cenſe-
tur factus, forma prioris contractus, [*ex l. etiā,
& ibi Bald. notat, C. de iur. doti. poſt Bar. in l.
ſi mihi, & titio in princ.*] *col. fin. verſ. ſed quid
ſi Abbas ff. de uer. obl.* & hac rōe actus ſequēs
potius reſtringitur ſm præcedentē, quā quod
ei derogare cēſeatur, *ex l. quotiēs in fi. iuncta
gl. in ver. cōmendanda, C. fam. herciſ.* & facit,
quia vna ſcriptura ſupplet aliā ſm *Bal. in c. in
ter dilectos, col. pen. verſ. itē ſatis eſt, de fid. in-
ſtrum.* Supe-

Superiora,& ſuadētur, quia dicta ſecunda ſcriptura,in qua poſita eſt,dicta reſeruatio expreſſe,fuit iurata à dicta teſtatrice, at tertia ſcriptura,non fuit iurata,nec in ea fit mentio dictæ ſecundæ ſcripturæ, igitur conſequens eſt,ex dicta tertia ſcriptura, dictam ſecundā ſcripturam non mutatam fuiſſe, nec reſeruationem in ea eo contentam. Si quidem iura-
80 mentū † vim clauſulę derogatorię in priori ſcriptura appoſitę,habeat,ex *tex.in l.cum pater,§.filius matrem,ff.de leg. 2. authore Bart. in l. ſi quis in principio teſtamenti in princip. column.final.verſ.quero vtrum, ff.de leg.3.& Ioan. Andr. & Doctores in cap. quod ſemel, in fine de regul. iur.lib.6. cum alijs, de quibus Iaſon in l.ſi conuenerit, num.12.ff. de iuriſd. omni.iudi.& idem Iaſon. in d.l.pacta nouiſſima,C.de pact.nu.1. & 2.* vbi ex hoc adnotat
81 ipſam *l. pacta nouiſſima* † nequaquam obtinere,ſi prius pactum ſit iuratum,& ita notat ibi Iaſon,quòd idem operatur clauſula derogatoria,ſeu iuramentum in contractu appoſitum, ſicut ſi eſſet poſitum in teſtamento, quod etiam prius voluit,*gloſ.ſingularis, in d.l. pacta nouiſſima in verb.nouiſſima, quam ibi Iaſo.num.*1.dicit ab omnibus approbatā, quod & probat bonus *tex. in cap.dilecto prope finem de præben.* quæ & obtinent, & ſi poſterior ſcriptura,multum ex interuallo fiat,vt *Paul.Caſtrenſ.*eleganter conſuluit, *in conſil. 184.in facto præſenti ponam,per totum lib. 1. & plenius idem conſuluit Fulgoſ. in conſil. 39. ad primum videtur col.1.verſ. in oppoſitum,* vbi & loquitur, in caſu, in quo triginta anni a prima ſcriptura decurſi erant, & faciunt tradita *per Curt.iunior.in conſ.26.Hieronymus num.4.& 5.*& ſatis idem probatur *in d.l.cum pater §. filius matrem, ff. de leg. 2.*

Nec dicere oberit,quòd hęc obtinerent,ſi de alterius, quam ipſius teſtatricis commodo ageretur. Si quidem prædicta eo in caſu alloquuntur,licet de diſponentis fauore agatur,vt ex eis patet.

82 Rurſus hoc,& conſtat, quia † clauſula derogatoria in teſtantis fauorem, præcipue apponi conſueuit, ne contra eius voluntatē, alia fiat diſpoſitio,& non principaliter in fauorem eorum,quibus teſtator aliquid relinquit, vt conſtat ex traditis *in l.ſi mihi,& tibi, §.in legatis,ff.de leg.1. & inibi Socc. colun.4. verſ.confirmantur premiſſa*, quo in loco ait, dergatoriam clauſulam ob id, à diſponentibus eorum in teſtamentis collocari, nempe ne decipiantur à cōſanguineis ſuis, conficiāt quē contrariam diſpoſitionem,priori aduerſus eius voluntatem,vbi,& *Socc. refert Bart.* ita tenere in extrauaganti ad reprimendum, in verb.non obſtantibus,qui hoc bene dicit, *col.2.verſ.quid ergo dices, & DD. dictis* in locis,& ſimilibus cum dicant,iuramentū clauſulam derogatoriam operari, & diſponentis fauore ipſam clauſulam derogatoriam impoſitam cenſeri.

Aliud quoq. prædictis fauet,quia tabellio qui conficit d. & tertiam ſcripturam, ſua depoſitione hac in cauſa deponentis, declarat dictā tertiam ſcripturam, eadē lege factam, quæ in dicta ſecunda ſcriptura continetur, & ſic illeſa remanet dicta reſeruatio in dicta ſe-
83 cunda ſcriptura facta,cuius aſſertio † hac in re maximi ponderis eſt,*tex.in l.ſi quis decurio.in princip.& in fin.C.de falſ.& l.115.tit. 18.(de las eſcripturas)p.3.& facit l. in donationib.C.de donation.ex tex. in authen. de inſtrum.caute.& fide,§.ſi vero moriantur coll. 6.bona gl.in l.ab executore,in verb.preſes prouincię,ff.de appell.*& in proprijs terminis, qđ cum de ſcripturę dubio agitur, quod ſtetur dicto, & declarationi tabellionis adnotat *Bald.in ſua margarita,in verb.notarius col.3 verſ.21.& idem Bal.in c. fin.de conſtit. col.3. verſ.quæro nūquid poſt Ant.de Butr.& alios ibidem,& idem Bal.in rubr.C.de fid.inſtrum. col.7.uerſ.quarto quæritur,& Iacobin. a ſancto Georg.in l.veterib.nu.14.ff. de pact.* quod præcipue locum habet cū ipſe tabellio fuerit bonę,optimęque famę,ex traditis in *l. titio fundus,ff.de cond.& demonſt.*& in ſimilibus locis,& eſt ad idem bonus *tex.in d.l.115.titul.18.poſt medium p. 3.* & quia id quod tabellio ait, veriſimilitudinem continet, igitur hac in re conſiderandum,*c. quia ueriſimile de præſumptionib.& in l.ob carmen ff.de teſtibus* cum alijs,ex quo dici ſolet,etiā ſcripturę pri-
84 uatę † in qua veriſimile ineſt, eſſe credendū, vt tradūt *DD. in l.1.C.de eden. & Bal.in rub. C.de fid.inſtr.col.10.apud fin.uerſ.ſequitur uidere,& in uerſ.ſequitur de ſcripturis, & per modernos in l.admonendi,ff.de iur.iuran.& in l.ſcriptur.C.qui pot.in pign.habe.& alibi ſepe.*

Quid multa,& quando eſſet dubium,qualiter dicta tertia ſcriptura eſſet explicāda, interpretanda quidē eſt in dicta Marci fauorē, nempe quia reus ex notiſſimis iuribus.

Tum etiam,quia in dubio contra dictam
85 Eliſabet † eam producentem, debet fieri interpretatio, ex tex. *quidem adnotande in cap. inter dilectos de fid. inſtrum. quem ibi Bald. ad hoc ponderat, col. penult. in uerſ. ibi non magis poterat,& Alex. in conſ.35. uiſa ſcriptura,colun.2. uerſ. quando ſcriptura lib. 1. & idem Alex.in conſ.102.uiſo proceſſu col.3. uerſ.ſecundo reſpondeo lib.5. poſt Oltrad. in conſ.304. infraſcriptæ,col.1.uerſ. cōſtat etiā, & facit text.*ad hoc *in l.in contrahenda ff. de regul. iur.& in cap.contra eum, eod. titul.lib. 6.&*



Digitized by Google

6.& tex.in l.2.in fine,titul.33.par. 7. & eſt
bona gloſ. ad idem in cap.in præſentia in verb.
ſecundæ de probat.
86 Tum quia in dubio † illa interprætatio
admittenda eſt, qua ſcripturæ conciliantur,
ex tex. in d.cap.inter dilectos,cum ſupra cita-
tis,& idem etiam conſtat, ex eo quod Bald.
tradit in l.de quibus col.18.verſ.& nota quòd
ſi teſtes, ff. de legib. quem refert,& ſequitur
Dec. in conſ.650.in cauſa,col.2.num.8. & quæ
idem Dec.conſuluit in conſ.399.concluſionem
plene,col.fin.verſ. & ne videatur teſtator, &
ſingulariter per Alexand.in conſ.185.viſo pro
ceſſu,num.2.cum ſequent.li.7.& in conſ. 236.
perſpectis num.2. cum ſequent.li.6. & plenius
per Aym. Crau.in conſil.79. de anno num. 9.
cum ſequen. in quibus locis concludunt,quod
in dubio admitti debet talis interprætatio,
quòd teſtes ſint conteſtes:non vero, quod ſe
ad inuicem contradicant.
87 Tum etiam,quia in dubio † & intelli-
gentia illa obtinet,qua aſſeritur, præcedentis
ſcripturæ reuocationem non factam, ex text.
ſingulari.in l.cum hic ſtatus,§.ait,oratio ff. de
dona.int.vir. & vxor. quod ſatis conſtat, ex
Cino in l. 1.col.1.verſ. vltimo queritur, Cod.
quand.impera.int.pup. & vid. & in terminis
ita conſuluit Paul.Caſtren.in conſ.278.paſſus
iſte dubitabilis, col.fin.verſ.nec apparet,lib. 1.
& hac de cauſa Bartol.in extrauagan. ad repri
mendum col. 2. poſt principium,& in l. omnes
populi col. 12.verſ.circa quartũ,quando sũt
duo ſtatuta, ff.de iuſt. & iur. & Aretin. in
conſ.143. viſa conſultatione, col. 2. verſ. ſed
his non obſtantibus,& Corn.in conſ.135. li-
cet videatur,col.2.verſ.his tamen non obſtan-
tibus,in medio,lib.4. tradiderunt atque con-
ſuluerunt,quòd quando præcedit lex ſpecia-
lis,& ſequitur altera lex generalis,ſi prima
poteſt aliquo modo ſaluari, & ſimiliter ali-
qua ſequens in aliquo caſu ſaluari poteſt, qđ
tunc lex ſequens, nunquàm cenſetur deroga-
re primæ, ſed quod ſemper limitatur, & re-
ſtringitur a præcedenti, etiam ſi lex ſequens
habeat clauſulam non obſtantibus, & hoc
ibidem dicti Doctores ex pluribus tenent,
Quod & ſuadetur, quia per hanc intelligen-
tiam fit reductio ad ius primeuum, quod
de facili debet admitti,cum eius reductio ſit
fauorabilis,tex. in l.ſi vnus,§.pactus ne pete-
ret,ff.de pact.& in c.ab exordio,35.diſtin.cum
alijs ſuis vulgatis.
88 Tum & etiam † quia interpretatio faciẽ-
da eſt,vt potius reſeruatio teneat, cum hoc
ſit veriſimile,& congruentius, quòd ius reſer
uantis remaneat illeſum,ex l.in obſcuris,ff. de
reg.iur.cum alijs,& in terminis ad hoc eſt ſin
gularis deciſio Bald.in conſ.343.examinanda,
col.1.in princip.lib.2.vbi ait; quòd ſemper
89 facienda eſt interpretatio † quæ ineſt de ne-
ceſſitate, vel de veriſimilitudine, vel ipſius
rei natura,ex l.inter ſocerum,§.cum inter, ff.
de pact.dotalib.& alijs per Bald. ibi adductis.
& in terminis reſeruationis, ita conſuluit Ay-
mon.Craue.in conſil. 135. verba decreti nu.
33.& ſequenti, & faciunt tradita per eumdẽ
Aym.Crauet.in conſil.32.teſtator,nu.5.
Tum quia, in cauſa ambigua debet ſummi
90 illa interpretatio † qua diſponens minus
obligatus maneat,ex l ſemper in ſtipulationi-
bus,cum ſua materia,ff.de regul. iur. & facit
optimus tex.in l. 5.(las palabras,) verſ. E ſi
por auentura tit.33.par.7.
Tum etiam,quia ſemper debet fieri inter-
91 pretatio † vt ſpecies ſub genere comprehen-
datur,& ei non deroget, vt per Dinum in reg.
generi de regul.iur.lib.6.& Dec.in l.in toto iu-
re,nu.nu.13.verſ.& ſic videtur, quòd in du-
bio ſpecies, ff.eod. tit. quos refert & ſequitur
Hieronym.Grat.in conſ.7.& ſi ſatis ſcripſerim
nu.15.lib.1.
Quibus nec oberit dicere, in caſu dubio
contra dictam teſtatricem eſſe faciendam
92 interpretationem,cum clarius † loqui poſſet,
ex l.veteribus,ff.de pact. Si quidem pars ad-
uerſa,ius ſuum muniat dicta tertia ſcriptura,
quare dubia probatio,quæ eſt ſcriptura col-
ligeretur,ſibi minime prodeſt, ex tex. in cap.
in præſentia, de probat.cum alijs vulgatis, &
ita Bartol.in terminis tenet, in d.l. veteribus,
colum.1.prope finem,dicens, quòd ſi pactum
in alterius fauorem, quam promittentis fa-
ctum,eſt quòd aduerſus illum in cuius fauo-
rem editum dicitur, interpretatio facienda
eſt,& cum Bart.tenent ibi, Paul.Caſtrenſ.co-
lun.1.verſ. in textu ibi,vel ambiguam, & Ia-
cobin.num.15. & eſt ad idem bona gloſ. in l.
cum manu in gloſ.1.ff.de contrahen. emption.
Proinde in præſenti,ratio dictæ l. veteri-
bus ceſſat,cùm iam ante dictam tertiam ſcri-
pturam, dicta teſtatrix apertius hac in ſpe-
cie ſuam declarat voluntatem.
Cæterum,& hic prædicta,l.veteribus,non
quidem obtinet,quia præter dictum iuramen-
tum, & tabellionis aſſertionem, & alia quæ
ſupra cognoſcimus adeſt veriſimilitudo de
ſuper penſitata,qua extante, non habet locũ
dicta l.veteribus, ita in expreſſo tenet Bartol.
in d.l.veteribus,col.2.verſ.oppono de lege ſem-
per in ſtipulationibus.
Denique, & Bald.in d.l. veteribus,col. 2.
verſ. in eadem gloſa ibi neutrum,declarat ean
dem legem,cum negotium obſcuriſſimum
eſt,ita quòd nec legis, nec hominis, recipit
expoſitionem,at ſecus dicit, Bald. eſſe ſi reci-
piat interpretationem aliquam, & de intel-
lectu

Digitized by Google

lectu & materia *d.l.veteribus*, adde videndū
*Iaſ.in conſil. 39.lib.1.& Aym. Crauett.in re-
pet.rub.ff.de leg.1.num.104.& ſeq.*

Nec omnibus iam dictis obſtat, & ſi dica-
tur, dictam teſtamenti confirmationem fa-
ctam fuiſſe ex contractu inter viuos, & ob
id fieri irreuocabile ipſum teſtamētum. Nã
93 que ipſa confirmatio † nec extendit confir-
matū, nec tollit ea quæ in dicta ſecunda ſcri-
ptura fuerunt reſeruata, ex notiſſimis iuri-
bus. Præterea cōfirmatio teſtamenti, & ſi fa-
cta ſit in contractu, non quidem facit teſta-
mentū non mutabile, nec dari poteſt modus
quo irreuocabile fiat, vt ſuperius late funda-
tum eſt. Rurſus, ſi per pactum expreſſum in-
ter viuos, teſtator promittat, teſtamentum
ſe non reuocaturum, reuocare tamen poterit,
ex iuribus deſuper citatis igitur conſequens
eſt, & ſi teſtamentum confirmetur in contra-
ctu inter viuos, mutari poſſe, quæ probat,
*tex. in l. 1. §. ſi quis ſub conditione, ff. vt lega.
nomi. cauea*, & quæ DD. tradunt, maximè
*Iaſon. in l. qui Romæ, §. Flauius hermes, num.
20. cum ſequentibus, ff. de verbor. obligat. &
Dec. in conſ. 475. in cauſa, quæ Mantue, per
totum, & Moderni in d.l. ſtipulatio hoc modo
concepta, & in d.l. pactum quod dotali*, quibus
& accedat *tex. in l. fin. cum ſua materia, C. de
pact. & ibi Paul. Caſt. col. 2.* ſemper enim ta-
le pactū intelligi debet, niſi reuocatio teſta-
menti ineat, & eſt etiam *tex. ad idem, in l. ſan
cimus, C. de teſtament. & in l. cum quis, §. qui
teſtamēto, ff. de leg. 3.* quid plura, & in propoſi
94 to facit, quia confirmatio † minimè imbuer-
it naturam confirmati, *ex d. l. Aurelius, §.
teſtamento, ff. de libera. lega.* & in terminis ſic
tenet *Bald.* referendo *Archidia. in lectura
decreti, in cap. 1. de confirma. vtil. vel inutil.
col. 2. verſ. idem ait quòd confirmatio*, cui ra-
tioni denique accedat, *tex. in l. 39. titul. 9. par.
6. tum alijs.*

Ex quibus quidem fit, teſtamentum in
quo dictus Franciſcus dictam eius ſponſam
heredem inſtituit, ad caſum hunc non perti-
nere, ſi quidem hoc facere minime potue-
rit.

95 Nec dicta nominatio † à dicta teſtatrice
facta, in caſu quo dictus Franciſcus ſine libe-
ris deceſſerit, abijcienda ob id eſt, quòd in di
cti Franciſci vita fuerit facta, licet dicta re-
ſeruatio confecta in dicta ſecunda ſcriptura,
minime edixerit in dicti Franciſci vita fieri
poſſe ad quod eſt *text. ſingularis, in cap. 1. in
titul. qui ſucceſſo. teneantur, lib. feudo.* & ibi
*Andr. de Iſern. & Prepoſ. col. 2. verſ. nota ter
tio, in principio*, quæ & ſuadet *tex. in l. in tem
pus, ff. de hæredib. inſtituen. & l. cum vir, ff. de
vſucapionib. & in l. rem alienam, ff. de pig. act.
& in l. ſi à Titio, ff. de rei vendicat. & l. poſt
mortem, Cod. de fideicommiſſ. cum ſuis ſimi-
libus.*

Verum nec dici valet, contra ſcripturam
nominationis confectam in dicti Marci fauo
rem, iure non ſubſiſtere, vt poteque facta
fuerit a teſtatrice ſine licentia ſui ſecundi ma
riti, tunc viuentis, ex pluribus legibus regijs,
licentiam maritorum exigentibus in contra-
ctibus mulierum.

96 Si quidem dictus ſecundus maritus † præ-
ſens fuerit ipſi ſcripturæ nominationis, illam
què ipſe maritus in aliquibus partibus cor-
regit, quę præſentia edocet ipſam licentiam
dictæ ſcripturæ interueniſſe, *ex tex. ſingulari
in propoſito, in l. Titius, in principio, ff. quib.
mod. pig. vel hipothe. ſolui.* in terminis ita
*Bart.* tenet *in l. cum pater, §. libertis, colun. 1.
verſ. ego induco ad quæſtionem, ff. de leg. 2.* &
idem tenet *Bald. in l. fin. col. 2. verſ. quero di-
cit ſtatutum, C. ad Macedonia. & Iaſo.* qui
plura in propoſito refert *in l. quotiens, la. 1.
num. 5. C. de fideicom. & Palat. Rubi. in repet.
rub. de donat. int. uir. & uxor. §. 47. num. 13.
prope finem, & Anton. Gomez. in l. 55. Taur.
num. 4.* vbi ait ita communiter Doctores te-
nere, & præter eos, idem tenet (plures alios
referendo, & notabiliter loquendo in noſtris
terminis) *Andr. Tiraquell. in tractat.* quem
fecit *de legibus conubialibus, poſt ipſas leges
conubiales, gloſ. 5. num 23. & 24. charta mihi
162. col. 2. &* præter eum etiam idem & te-
net *Guill. Benedict. in repet. cap. rainutius, in
verb. mater in ſuper. Cleram. num. 44. de teſta-
men.* & ſingulariter idem tenet hiſpanus no-
ſter *Roder. Suar. in repet. l. 13. titul. ( De las
deudas) lib. 3. fori legum. col. 24. verſ. ad præ-
dictam concluſionem; cum ſequentib. & Boer.
in conſuetud. Bituri. titul. de couſtumes, &
uſaiges, §. 2. co. fin. verſ.* & idem in vxore, &
ſi contrarium teneat *Gregor. Lup. in l. 5. in
verb. otra manera, co. 2. poſt princip. titul. 11.
part. 4.*

Rurſus, & ſatis eſt, quòd dicta ſcriptura
iure iurando dictæ teſtatricis munita ſit, non
quę fuerit in præiudicium dicti ſecundi mari-
ti, cum ipſe Marcus non erat potiturus dictis
bonis, niſi poſt mortem dictæ teſtatricis, &
ſic poſt matrimonium ſolutum, quamobrem
97 & ſi mariti licentia non adeſſet † dicta no-
minationis ſcriptura ſubſiſteret, *ex tex. in c.
cum contingat, de iur. iuran. & in cap. quam-
uis pactum, de pact. in 6. & in authe. ſacramē-
ta puberum, C. ſi aduerſ. uendi.* & quę latè in
terminis licentiæ mariti tradit *Ioan. Lup. a
Pal. Rub. in rep. rub. de donat. int. uir. & uxor.
§. 68. num. 3 c. char. mihi 50. col. 2. poſt Aret.
in conſ. 54. in cauſa magiſtri, col. 1. verſ. circa
primum,*

Digitized by Google

*primum, cum ſequentib.* vbi hanc dicit eſſe cõmunem opinionem, & latè idem tradit *Socc. in conſ.77.conſilijs noſtris, num.18.lib.1.* vbi & hanc ait eſſe communem opinionem, & idem notabiliter conſuluit *Corneus in conſil. 36.videtur prima facie,col.3. uerſ. his tamen non obſtantibus, cum ſequentib. lib.* 1. & hoc etiam communiter *Doctor.tradunt in d.l.55. Tauri,* & pro vtraque parte videndus eſt *Tiraquel.in tractat.de legib. Connubialib.gloſ. 3.poſt ipſas leges connubiales, num. 25. cum ſequentib.chart.mihi 137.col.* 2. & prædictis duobus modis intelligenda, & explicanda eſt diſpoſitio *tex.in d.l.55.Tauri* (quæ habetur *li.5.no. recopil.tit.3.l.2.*) & aliarũ legum huius Regni Hiſpaniæ, & latiſſimè ibi conſcribemus Deo auſpice.

Quibus quidem, ius dicti Marci munitum manet, & ſi poſtea contrarium iudicatum ſit per Regios Auditores huius Regalis Cancellariæ Pincianæ in gradu ſupplicationis. Salon Burgen. Doctor. Pinciano oppido.

# ADDITIO.

NVm.1.vide *Barboſ.in opuſc.principia Iuris lit. C.num.*4. vbi plures allegat.

Num.2. adde eundem *Barboſ. in eodem opuſc.lit.P.num.*18.

Num.3. videas præfatum *Barboſ. eodem opuſc. litera* C. *num.*12. qui plures allegat.

Num.4.adde *Manticam de coniect.vltim. volunt.lib.3.tit.1. nu.27.*

Num.5.latiùs *Menoch.de præſumpt. lib.* 4. *præſump.146.num.13. Chriſtoph.Mart. deciſ.Senenſ.exam.13.nu.38.exam.20. num.21.exam.34.num.2. exam.37.nu. 11.& deciſ.86.num.13.&* 16 & maximè inter coniunctos, idem *deciſ.60.nu. 6.deciſ.86.num.18.*

Num.8.*Mantica de coniect.vlt.volunt.lib. 3.tit.1.num.1.*

Num.11.*Mantica d.lib.3.tit.1.num.1.*

Num.13. latè *Maſcard. de probat. concluſ.* 1224.

Num.14. Addas *Valaſcum conſult. 7. per totam, & Cauall.pract. quæſt. cap.* 265. *num.17.& cap.310.num.12. Gamma deciſ. Luſit.* 258. *num.* 3. *Cauall. pract. quæſt.cap.110.num.8.*

Num. 19. Addas *Gratian. diſcept.forenſ. cap.854.num.13.ad* 18.

Num.22.Teſtamentum eſt actus reuocabilis, nec poteſt dari cautela, vt fiat inreuocabilis, *Cauall.pract.quæſt.cap.310 nu.3.& cap.140. num.6.*

Num.23.latè *Barboſ. d.opuſc.lit.R. nu.10.*

Num.24. latiùs *Maſcard.de probat. concl.* 1267.

Num.25.plenè apud *Barboſ.in opuſc.principia Iuris lit.R. num.10.*

Num.26.& idem in pacto legato adiecto *Peregr.de fideicom.art.51.num.31.*

Num.27. adde eundem *Cauall. cap.* 168. *Iul. Clar. in* §. *teſtamentum quæſt.* 94. *verſ. ſed quid ſi teſtator, Tuſc. ſing.13. lit.T.*

Num.28. vide *Seraph.de priuil.iuram.in priuil.116.ſub num.3.*

Num.31. vide *Cauall. d.cap.310. num.3.*

Num.34.addas *Peregrin.de fideicom.artic. 16. num.77.*

Num.36.*Reg.de Ponte de poteſt.Proreg. tit. 6.§.1.num.17.*latè *Alph.collect.62.*

Num.37. vide *Mantic.de tacit. & ambig. lib.13.tit.33.per totum.*

Num.38. vide *Mant.de tac. & ambig.lib. 4.tit.24.num.15.& 16.*

Num.40.vide *Alph.collect.1547. & 1630*

Num.41. latè *Barboſ. in Princip. Iuris lit. D.num. 60.*

Num.43.vide *Seraph.de priuil.iuram.in priuil.98. num.26.*

Num.44.adde *Iul.Clar.in §.donatio q.19. Duena in reg.219. Parlad.quotid. lib.2. cap.8. num.1.*

Num. 45. videas *Manticam de tacit. & ambig.lib.13.tit.31.& 32.*

Num.48.vide *Menoch.de præſumpt.lib.3. præſumpt.35.& 36.*

Num.49. de donatione inter patrem, & filium, quando valeat, *Iul. Clar. in* §. *donatio q.8. Duena in reg.223.*

Et de donatione inter virum, & vxorẽ, latè *Duena in reg.221.*

Num.50

Digitized by Google

Num. 50. addas *Iul. Clar. in d. §. teſtamen. tum q. 94. nu. 2.*

Num. 52. *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 19. num. 25. Franc. deciſ. 50. nu. 5.*

Num. 55. adde *Barboſ. in opuſc. Princ. Iur. lit. G. num. 7.* etenim diſpoſitio generalis facta ratione certæ rei non extenditur, ſed ad illam reſtringitur *Surd. dec. 132. num. 16.*

Num. 56. *Reg. Valenzuel. conſ. 83. nu 98.*

Num. 57. ſicut Papa derogans confirmationibus de ſuis non intelligit *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 44 num. 17.* ſicut generalis diſpoſitio non comprehendit ea, quæ non eſſet quis in ſpecie comprehenſurus, latè *Barboſ. in princ. v. l. lit. G. num. 7.*

Num. 59. Notà ſcripturæ partem ab alio declarari decet, *l. vtrum, ff. de reb. dub.* latè *Tuſc. ſing. 18. lit. S. Maſcard. de probat. concl. 1260. nu. 25.* & ſcriptura poſterior primam declarat *Manent. decis. 4. nu. 21. Merot. conſ. 24. num. 20.*

Num. 60. addas *Barbos. in opusc. princip. Iur. lit. C. num. 68.*

Num. 61. vide *Gammam dec. 378. num. 6.* etenim nulla certior eſt interpretatio in teſtamentis, quam ab ipſo teſtatore habetur *Barz. dec. Bonon. 73. nu. 13.*

Num. 62. ratificatio, vt præſumatur adeſſe debet ſcientia illius, qui lædi poteſt, *Barz. deciſ. Bonon. 48. nu. 30.* vbi etiam dixit, quod ſcientia debet eſſe vera, & certa, nec ſufficit præſumptio, nam ipſa exigit intelligentiam, *Manent. deciſ. Mantua 59 nu. 19.* & ſic legendo præſumeretur approbare illam ſcripturam, latè *Menoch. de præſump. lib. 3. præſump. 66. per totam.*

Num. 63. addas *Alph. collect. 716.* vbi alios citat *Ricc. collect. 388.*

Num. 64. adde *Barboſ. in opuſc. principia Iuris lit. I. num. 20.* vbi plura.

Num. 65. Scripturæ contrariæ ab eodem productæ ſe inuicem elidunt, *Surd. dec. 336. num. 15.* tamen ſi à diuerſis producerentur ſtatus digniori ſubdit *nu. 16.*

Num. 67. adde *Alph. collect. 1094. Ricc. collect. 335.*

Num. 69. nam confirmatio neceſſe eſt quid reperiat confirmabile, *Reg. de Pōte conſ. 57. num. 64. & 65. vol. 1.* aliàs non operaretur, niſi reperiat confirmabile, idem *conſ. 55. nu. 11. eod. vol.*

Num. 70. vide *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 1. num. 21.*

Num. 71. niſi eſſet ſtilus particularis Notarij, nam tunc attendendus erit *Surd. deciſ. 223. num. 8.*

Num. 74. conferunt relata *per Mant. de tacit. & ambig. lib. 9. tit. 31. nu. 22.*

Num. 75. ita etiam Maioratus perpetuus ſeducitur, ſi teſtator bona ſua primogenitis familiæ propriæ reliquerit, *Molin. de primog. hiſp. lib. 1. cap. 5. num. 18.* quãuis regulariter inter maioratus perpetuus non iudicatur ex eo ſolo, quod teſtatur ad plures gradus ſubſtitutionũ digreſſus fuerit, niſi ex alijs coniecturis deducatur idem, ibidem *nu. 38.* & maioratum inſtituens cenſetur facere omnes ſubſtitutiones neceſſarias ad illum perpetuandum eſſe, *dec. 37. num. 7.*

Num. 76. familias conſeruari publicè intereſt, *Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſump. 37. nu. 23.* & conſeruatio familiam præcipuus eſt primogeniorum finis, *Molin. de iure primog. d. lib. 1. cap. 11. nu. 3.*

Num. 77. & quod ſi eſſet appoſita in teſtamento, an in Codicillis repetita videatur, *Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 177. nu. 1. & 5.*

Num. 79. vide *Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 183. nu. 34. & lib 6. præſumpt. 12. num. num. 9.* ad quæſitum autem vide *Canalc. deciſ. Fiuiz. 1. nu. 80. 81. & 82. p. 2.*

Num. 80. adde *Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 74. num. 187. & priuil. 56. num. 3. Chriſtoph. Mart. dec. Senenſ. examin. 17. num. 66.*

Num. 82. vide *Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 8. nu. 3. & Menoch. de præſum. lib. 4. præſumpt. 156. num. 2.* vltra alia relata *per Mart. de clauſul. p. 3. clauſ. 6.*

Num. 83. ad hoc vide *Maſcard. de probat. concluſ. 35. per totam.*

Num. 85. *Canalc. deciſ. 22. num. 44. & 46. par. 5.*

Num. 86. ſic interpretatio ea ſumenda erit

Digitized by Google

erit, per quam reducitur inſtrumentum ad concordiam,& partes non ſe corrigunt in continenti, *Hieronym.Gab. conſ.92.nu.7.vol.2.* ſimiliter ea accipienda erit, quæ omnia reducuntur ad concordiam, idem *conſ.94.nu.6.*& per eam, per quam concordetur diſpoſitio, idem *conſ.124.num.33.vol.2.*

Num.88. vide *Hieron.Gabr.conſ.50.nu.2. vol.1.conſ.76.nu.3.cons.115.nu.2.113. num.3.vol.2.cons.18.num.68.*

Num.91. vide *Alex.Raudenſ.decis.Piſan.4 num.155.*

Num.92. conferunt congeſta *per Alph. collect.248.*

Num.93. confirmatio non auget confirmatum, *Hieronym. Gabr. conſil. 3. numer.13. volum.2. & conſil.83.num.85. vol. 2.*

Num.95. conueniunt allegata per *Maur Sen.allegat.75.*

Num.96. vide *Alph. collect.1180.*

Num.97. conferunt congeſta *per Seraphin. de priuil.iuram. in priuil.76.per totum.*

## SVMMARIVM.

1 *Curator, vel adminiſtrator, quidquid dederit ſuo minori, animo compenſandi dediſſe videtur.*

2 *Curator negotium faciens, ſuo pupillo tangens, dicitur id feciſſe nomine pupilli.*

3 *Veriſimilitudo in omnibus attendi debet.*

4 *Compenſandi animus ex quibus colligatur, & nu.5.& 8.*

6 *Donatio nunquàm eſt præſumenda, & nu. 9.& 10.*

7 *Mulieres ſunt auariſſimæ, et ideo non præſumuntur donare, et nu.102.*

9 *Meum eſt, quod commune eſt.*

11 *Minor ſtare tenetur ſuæ confeſſioni, niſi conſtet de errore.*

12 *Merita præceſſiſſe, per inſtrumenta probatur.*

13 *Præſumitur pro iuramento, præſertim contra iurantem, vt veritatem dixiſſe præſumatur.*

14 *Interpretatio in dubio debet fieri, contra iurantem.*

15 *Minor iurans renunciationem, ſeu donationem, eam tenetur adimplere, et nu.16.& inibi late de materia tex.in auth.ſacramēta puberum, C.ſi aduerſ.vendi. et plerinq; ſequentib.*

17 *Curatoris licentia non requiritur, quando minor iurat contractum.*

18 *Minor liberare valet ſuum debitorem, iuramento adhibito, et num. 19. dicitur idem in liberatione facta fauore tutoris, vel curatoris.*

20 *Authen.ſacramenta puberum, C.ſi aduerſ. vendi. procedit data enormi, atque enormiſſima leſione, et nu.29.*

21 *Inter dubias opiniones, quæ obſeruantiæ iuramenti fauet, tenenda eſt.*

22 *Opiniones Doctorum faciunt rem dubiam.*

23 *Opinio quæ reis fauet tenenda eſt.*

24 *Opinio quæ inter filios equalitatem deſiderat, tenenda eſt.*

25 *Iudicis præſentia dolum, & fraudem excludit.*

26 *Iudicis decretum excludit beneficium l.2. C.de reſcind.vend.*

27 *Iudicis decretum facit præſumi contractū minoris, vel Eccleſiæ, in eorum vtilitatem eſſe celebratum.*

28 *Renunciari poteſt per minorem leſioni enormiſſimæ, maxime cum iuramento.*

29 *Antidoralis obligatio, etiam inter patrem, & filium conſideratur.*

30 *Donatio remuneratoria, non dicitur mera donatio, ſed compenſatio, aut permutatio.*

31 *Legitima tolli poteſt, ex donatione remuneratoria.*

32 *Alienari ſi res ſit prohibita, donari tamen poteſt cauſa remunerationis.*

33 *Minoris res alienari poteſt, ex cauſa remunerationis.*

34 *Minor ex cauſa remunerationis, donare poteſt maxime iudicis decreto interueniente, & nu. 36.*

35 *Leſio in contractu minoris non conſideratur, quando in fauorem minoris, merita præceſſerunt, & nu.37.*

38 *Intellectus ad l.2.C.ſi aduerſ.donat.*

39 *Intellectus ad l. ſi ad reſoluendum C. de præd.mino.*

40 *Donationis præſumptionem inducit antidoralis obligatio præcedens.*

41 *Leſio probanda eſt, ab eam allegante.*

42 Bo-

Digitized by Google

42 *Bona vinculare titulo maioricatus, an dicatur onus, & ſequentibus.*

43 *Familia, genuſq. conſeruantur per conſtitutionem maioricatus.*

44 *Diuitiæ agnationes tuentur, & ſine eis obnubilantur, & diruuntur.*

45 *Maioricatus in republica permiſſi, & qua cauſa, & de quorum vtilitate, in eorum conſtitutione agatur, vide late inibi.*

46 *Nomen bonum habere vtile eſt, & ſi ſit maternum, & nu. 48.*

47 *Conditio ſumendi nomen, & arma teſtatoris, adimplenda eſt, & non dicitur grauamen, & nu. 48.*

49 *Onus, vel grauamen non conſideratur, ſi honor conſiderari poteſt.*

50 *Minor ex cauſa remunerationis, donare poteſt ſuo curatori, vbi & latè tractatur, an curator cum ſuo minore contrahere poſſit, & quando.*

51 *Metus non præſumitur.*

52 *Metus quilibet non ſufficit, ad reſciſſionem contractus, & qualis debet eſſe.*

53 *Metus reuerencialis non ſufficit, ad reſciſſionem contractus, & data enormiſſima leſione, quando iuramentum interuenit, & num. 60.*

54 *Metus an dicatur à fœmina inferri: præſertim à matre erga filios, & nu. 55.*

56 *Metus non conſideratur, in renunciatione iurata.*

57 *Metus probatio, maior requiritur, ſtante iuramento, quàm ſi non interueniſſet iuramentum.*

58 *Metus excluditur, & non conſideratur, quãdo iudex præſens fuit, vel ſi conſanguinei præſentes fuerunt.*

59 *Probationes clariores metus requiruntur, quando iudex, vel conſanguinei interfuerunt, quàm ſi non fuiſſent præſentes.*

61 *L. ſi vnquàm C. de reuocan. donatio. qualiter intelligatur, & limitetur, & ſequentibus pleriſq.*

62 *Iuramentum habet virtutem ſpecialis renunciationis legum.*

63 *Renunciatio hæreditatis, non dicitur donatio, ſed repudiatio.*

64 *L. ſi vnquam, C. de reuoc. donatio. diſpoſitio. exorbitat à iure communi, & non trahitur vltra ſuos terminos.*

65 *Renunciatio patris, filijs ſuis præiudicat.*

66 *Inſinuatio non requiritur, in donatione remuneratoria.*

67 *Inſinuatio non eſt neceſſaria, quando iuramentum interuenit, & nu. 71.*

68 *Inſinuatio non requiritur in renunciatione.*

69 *Inſinuatio non requiritur, cum donatio ſit apud acta iudicis.*

70 *Inſinuatio eſt actus iuriſdictionis voluntariæ, & non requirit cauſæ cognitionem, & vbicumque fieri poteſt, etiam iudice non ſedẽte pro tribunali, & inibi late, an in domo particularis perſona fieri poſſit.*

71 *Inſinuationis remedio, an dicatur renunciatum, ſtante generali renunciatione legum.*

72 *Scriptura non extenditur, vltra in ea contenta.*

73 *Curator aliquid emens, vel poſſidens præſumitur nomine proprio id feciſſe, & non curatorio nomine, & de bonis proprijs, non vero de pecunia minoris, & contrarium dicenti incumbit onus probandi, & num. 75. & pleriſque ſequentibus, & ibi num. 78. ponit quid erit ſi curator emat ex pecunia minoris, & qualiter intelligatur, n. 83. cum ſeq.*

74 *Scriptura priuata probat contra producentem.*

76 *Inſtrumento publico plus ſtandum eſt, quã teſtibus, & qui habet inſtrumentum publicum pro ſe, poteſt dicere, noli me tangere, vbi & alia notabilia in propoſito, et num. 86.*

77 *Emptio cuius nomine dicatur facta, & quid ſi emptio procedat ex pecunia aliena vide num. 78. cum plurib. ſeq. & num. 85. vbi ponitur, quid ſi conſtante matrimonio emptio, & numeratio fiat per vxorem.*

79 *Intellectus ad l. ſi vt proponis, C. de rei vendicat. & nu. 83.*

80 *Intellectus ad l. 49. tit. 5. part. 5.*

81 *Alternatiua pars explicat aliam partẽ eiuſdem alternatiuę, & quando.*

82 *Alternatiua quando reſoluatur in coniunctam.*

83 *Emptium ex pecunia minoris, quando efficiatur ipſius minoris, & nu. 84.*

86 *Inſtrumentum eſt veritas apparens, & probatio probata.*

87 *Aditio, ſeu emptio non probatur, ex verbis volo emere, vel hæreditatem adire.*

88 *Teſtes concordantes cum inſtrumento præferuntur, contrarium deponentibus.*

89 *Teſtes ſingulares non probant.*

90 *Tractantur multa, quę non perficiuntur, et ideo teſtes de tractatu contractue, deponentes, non probant contractum, & num. 91.*

91 *Bald. ſententia in l. multum intereſt, C. ſi quis alte. vel ſibi, qualiter procedat.*

92 *Contractus quando dicatur perfectus, & conſumatus.*



Digitized by Google

93 *Inſtrumentum in parte acceptās, in totum ei ſtare tenetur, etiam contra ſe.*

94 *Edificia vtilia, & neceſſaria ſunt habenda in conſideratione, ad eorum ſolutionem.*

95 *Fortalitium rem auget, eamque meliorem redit, & nu.98.*

96 *Expenſæ voluntariæ ſunt, quæ rem minime augent, & quæ dicantur expenſæ factæ ad perpetuam rei vtilitatem, & nu.98.*

97 *Vaſſalli non ſunt obnoxij recipere dominiũ ſuum in hoſpitem in ſuis domibus, nec ei hoſpitium dare.*

98 *Expenſæ neceſſariæ ante omnia ſunt ſoluendæ eas facienti, etiam in ſolo alieno, & etiam malefidei poſſeſſori, et num 100. et nu.103.*

99 *Lex 46. Tauri, ſpeciali quodam iure procedit.*

101 *Fides bona præſumitur de iure, etiam in habente tantum titulum putatiuum, et etiam ex iuſtis, et iniuſtis cauſis, & rationibus.*

102 *Expenſas in re aliena faciens, non videtur quis eas facere animo donandi, præcipue in muliere, quæ de ſe eſt auariſſima, et ſupra num.7.*

104 *Intellectus l. 46. Tauri quæ habetur lib.5. nouæ recopil. tit.7.l.6. et multis numeris ſequentibus.*

## ARGVMENTVM.

Quæritur de maioratus conſtitutione facta per matrem in beneficium filij ſi Iuris firmitatem habeat, aut ad illud cõſtituendum aſtringenda, datoq. quod erit aſtricta, an eius filius teneatur ad expenſas factas in oppido per matrem, pariterq. an mater ipſa erit aſſoluenda à legitima per filium petita ex bonis paternis, & conſequenter à fructibus perceptis, ſtante eius ceſſione facta in beneficium matris.

## CONSILIVM III.

DEi optimi maximi auxilio implorato. In lite, & cauſa, quæ vertitur inter Comitiſſam donnam Annam de la Zerda, & D.Baldaſar de la Zerda eius filium, ex vna parte, & donnum Gaſpar de la Zerda, & eius filios ex alia, tria ſunt dubia in præſenti tractanda.

Primum, an dicta Comitiſſa donna Anna de la Zerda, eiuſquè filius D. Baldaſar abſolui debeant à legitima quam petit dictus D.Gaſpar de bonis Comitis de Melito eius patris, & an etiam abſoluendi ſint, à fructibus præceptoriæ de Vſagre.

Secundum, an maioricatus factus à dicta Comitiſſa in fauorem dicti donni Balthaſaris, tam oppidi de Paſtrana, quam aliorum bonorum, iure ſit firmus, an vero ipſa comitiſſa ſit aſtricta ad ipſorum bonorum maioricatum conficiendum, in fauorem dicti donni Gaſparis.

Tertium, an dato quod dicta Comitiſſa teneretur conficere maioricatum prædictorũ bonorum, in fauorem dicti donni Gaſparis, an tunc ipſe Don. Gaſpar ſit aſtrictus perſoluere dictæ Comitiſſæ eius matri expenſas, quas ipſa fecit in domo dicti oppidi de Paſtrana, & in alijs edificijs.

Et illud in facto primiter noſſe neceſſe eſt, nempe, quòd ipſe D. Gaſpar ceſſit iure iurando dictæ Comitiſſæ eius matri dictam legitimam, & fructus etiam dictæ præceptoriæ de Vſagre iurans nullo tempore aduerſus eam facturum, & hoc ex eo, quod dicta Comitiſſa tempore quo ipſe Do.Gaſpar matrimonium contraxit, illi dedit Ciuitatem de Rapolla, & oppidum de Almendiola, cum ſuis pertinentiis, & etiam ei dedit plus quàm centum millia aureorum, vel eorum loco, bona quæ cum dictis aureis emerentur, & aureos etiam mille, quos annuatim ipſa Comitiſſa dicto Do.Gaſpari ſoluere etiam promiſit, aliaquè bona ei quoque tribuit.

Quibus ſic in facto proloquutis ex pluribus dicimus, dictum Do. Gaſparem obſeruaturum ſcripturam dictæ renunciationis.

Primo, quia tempore quo dicta Comitiſſa conceſſit dicto D. Gaſpari eius filio dictos aureos, & Ciuitatem prædictam, cum dicto oppido, & alijs bonis, ipſa Comitiſſa erat eius curatrix, & bona ad eum pertinentia ex dicta legitima habebat, quare omnia bona, quę illi dedit, dicimus dediſſe animo compenſandi eum dicta legitima, & fructibus dictę commendæ, & ita quòd non eſt dicendum, dicta Comitiſſa ea illi tribuiſſe, ita quòd obligata etiam remaneret, bona ſuæ legitimę, & dictos fructus ei tradere. Namq.
1 cũ † curator, vel adminiſtrator aliquid dat ſuo minori, vel ei promittit, etiam ſi non exprimat animo compenſandi, cum eis quę minori debet, dediſſe videtur. *ff. de negot. geſt. l. nẽſenius, & ibi Bart. col.1. verſ. item* nota, quod negotiorum geſtor, & ibi cęterique Doctores idem tenent, & idem dicit idem *Bart. in l. fin. in fine, C. de dot. promi. & melius ibi Bald.* qui loquitur in caſu noſtro, ſcilicet quã
do

Digitized by Google

do mater eſt curatrix filii,& eſt *in col.4.verſ. quæro* quid in matre,ad idem eſt,*tex.in l.poſt mortem,& illic Bartol.ff.quando ex fact.tuto. & text.in l.fin.vbi etiam Bartol.ff. eod. titul. eſt etiam optimus text.in l.vxorem,§.pater naturalis, & ibi Bartol.ff.de leg.3. idem probat text.notabilis in l. cum poſt mortem,* §.1. *& ibi* Bart.*col.2.ver. venio ad ſecundam partem,ff.de admin.tutor. inſigne Fulgoſ. in conſ. 19.tertio principaliter,col.1.in princip.& Decius in conſ.616.viſo contractu celebrato. col. 2.num.4.*vbi citat notata *in l.2.ff.de peti.hæredit.*& ſingulariter idem conſuluit *Alexan. in conſ.* 100. *viſo puncto col. 2.verſ. quo ad tertiam lib.2.*pro qua ſententia facit, quia
2 quod curator † facit pupilli negotium tangẽs factum dicitur nomine pupilli,ex *tex.in l.qui negotiationem in princip.cum ſuis vulgatis, ff. de adminiſtr.tutor.& quę gloſ.* adnotat *in d. l.fin. in verb. officium.* C.*de dot. promi.* & veriſimile quidem eſt, prædicta compenſatio,cum non fuerit credendum, prædictam Comitiſſam alios habentem filios, tot bona dicto D.Gaſpari daturam,& quòd bona dictę ſuæ legitimæ, prædictoſquè fructus dictæ præceptoriæ,quoque datura eſſet,nec ſibi bona quæ ad id ſufficerent remanebant, & ſi aliud voluiſſet, quidem de facili expreſſiſſet. Cod. *de cadu.tol.l. vnica,* §. *ſin autem ad deficientis, & ibi Bald. adnotat, & ex tex. in capitul. ad audientiam, de decim.* & alibi ſæpe traditur. In his quidem declarandis
3 † multum poteſt veriſimilitudo, ex *tex. in c. inſpicimus,de regul.iur.& in cap.quia veriſimile,de præſum.& in l.fin. in princ. ff. quod met,cauſ.& in l. nuptura in fin.ff.de iur.iurã. dot.cum alijs, &* & in hac ſpecie, quod ani-
4 mus compenſandi † ex veriſimilitudine percipiatur conſtat ex *tex.notabili, & ibi notat Bartol.in l.Marcellus,ff.de donat. int. vir. & vxor.ex quo tex.Bart.* adnotat, quod ex qualitate expenſarum præſumitur, an animo repetendi, quis eas fecerit,an non, & facit ad idem *tex.in l.ex animo alias,l.ex annuo ff. eodem titul.& ibi Bart.tex.etiam in l.alimenta & ibi notat gloſ.in verb.feceris,*C. *de negot. geſt.& ſat idem conſtat,ex d.l. nenſennius in fin.ff. eod. tit.* & vltra prædicta facit, quæ in terminis adducit *Dec.in in conſ.* 21. *viſo puncto,col.3.verſ.ſed his & ſimilibus cum ſequent.& Aym.Crau.in conſ.32.teſtator relinquit.nu.6.*vbi ex pluribus conſuluit, animum
5 compenſandi † ex coniecturis colligi,quod & etiam idem *Aym.Crau.tradit in conſ.* 129. *Petrus num.3.cum plurib.*ſequentibus. Verũ, & quòd mea compenſandi ex eo quoque cõperiatur, conſtat ex inmenſitate dictorum bonorum,cum de dictis fructibus, & bonis legitimæ tot bona dari nequeant, vt eſt caſus notabilis *in l.quæro ff.de iur.dot.& in l.ſi filię pater ff.de leg.3. adnotat gloſ. in d.l.final. in verbo idoneam,*C.*de dot.prom.* & notabiliter *Alex.in conſ.149.viſo themate,col.3.nu. 9.lib.7.*Quid multa, *& Bal. in conſ. 59.* tres perſonæ *col.1.num.1.lib.3,*ait dotem datam ab aliquo,animo gerendi negotia mulieris, & non donandi,datam cenſeri,ſi aliquæ coniecturæ ineant, quæ potius negotiorum geſtionem,quàm donationem, concernunt.

Cæterum,& his fauent,iura quæſtabiliunt,
6 donationem nequaquam † præſumendum, quorum eſt *tex. in l.ſi cum aurum, ff. de ſolutionibus, & in l.cum de indebito,ff. de probat. & in l.campanus,ff. de oper. liberto. & facit tex.ſingularis in l.diſpenſatorem,ff.de ſolutionibus,quem Bald.in l.1.in 3.oppoſitione, C.ad trebel.*notat ad hoc,quod in dubio non præſumitur donatio,maximè, vbi cadit alia cõiectura,vel leuis occaſio, ſunt plures concordantiæ,de quibus *Aym.*Crauett.*in conſ.142.* C*laud.num.26.*vbi & ex pluribus dicit,donationem non præſumi,ſed potius dicit fatuitatem præſumi,vel errorem etiam in facto proprio, poſt tradita per *Deci. in conſ.195.*ſtudendo breuitati *col.2.ver. & iſta concluſio, & Cur.iun.in conſ.56.præſupponitur in facto num.5.*& prędicta maximè obtinent in mu-
7 lieribus,ut poteque †, auariſſimæ, *vt Cod. de donationib.ant.nupt.l.ſi à ſponſo,* §. *quòd ſi ſponſa,& ff.ad Velleya.l.ſed ſi ego.& ff. de donat.int.vir.& vxor. l.ſi ſtipulata in fi.quibus concordat l.3.ver.mas ſi la ouieſſe tit.* 11. *par.3.*cum alijs, de quibus in propoſito *Andreas Tiraquell. in tract. de legibus conubialibus in l.9.num.36.& 37.char.mihi. 7c.col. 1.*vbi,& ait,quod in caſu noſtro pręſumptio hęc quòd mulieres ſunt auariſſimę, & quòd ideo non pręſumuntur donare, tollit omnes alias coniecturas *ex l.diuus,ff.de in integ. reſtitut.* cum alijs & ita quippe ex prędictis, prout aſſeruimus,dicendum eſt, quòd dicta Comitiſſa ſi interrogata fuiſſet, reſpondiſſet, quare habetur pro diſpoſito *ex l.Titius §. Lucius ff.de libe.& poſthu.& traditur per gl. & DD.in l.tale pactum,§.fin.ff.de pact.*& alibi ſæpe traditur.

Nec dicere oberit,quod prędicta Comitiſſa tempore nuptiarum dicti D.Gaſparis, in contractu matrimoniali dixit, quod ex ſuis bonis illi donabat dictam Ciuitatem, & oppidum, dictoſquè centum mille aureos,cęteraquè bona.

8 Si quidem hoc dictam † compenſationem minime fugat,nec illam tollit,vt probatur in *l.nam,quod ad ius* §.*fin.& in l. cogi in princ. ff.ad ſenat.conſult.trebell.* & in terminis noſtris



Digitized by Google

ſtris, tenet hoc *Cuma. in l. ſi cum dotem, §. ſi pater col. 2. num. 5. ff. ſolu. matrim. & Dec. in authen. præterea, num 13. in princip. & in ver. ſed Raphael. & melius in ver. præterea dato, C. vnd. vir. & vxor.*

Præterea, & dicta verba non ſunt aduerſa compenſationi, quandoquidem dicta Comitiſſa ſua bona animo compenſandi dare potuit.

Rurſus, pars dictæ Ciuitatis, & Oppidi, dictorumque bonorum donatorum, fuit etiam dicti Comitis de Melito, erantquè bona communia parentum dicti D. Gaſparis, & quod commune eſt † meum eſt, vt in
9 *l. pupillus, §. fin. ff. de verbor. ſignific. & in l. alimenta §. fin. ff. de alimen. legat.* cum ſuis ſimilibus, quo in caſu dicendum eſt, quod prædicta verba verifica. fuerunt in noſtro caſu.

Tum etiam, quia illa verba potius per errorem appoſita dicuntur, quam quod præcedant ex mera liberalitate, cum alias præſumeret donatio, & per mulierem facta, quod dici non debet, cum ſexui fœmineo repugnent,
10 ex ſupradictis, maximè cum prædicta † donatio ſit ita in menſa, nam tunc, potius præſumitur doloſe facta, quam quod ex mera liberalitate procedat, ita conſuluit in noſtro propoſito notabiliter loquendo, *Anton. de Butr. in conſ. 45. D. Oraulis col. 1.* quem refert, & ſequitur plura notabilia cumulando *Andr. Tiraquell. de legibus conubialibus, l. 9. num. 3.*

Tum etiam, quia ex quo facta fuit fauore filii a legibus reprobatur, tam iuris communis, quam huius regni Hiſpaniæ, *ex l. donationes quas parentes, C. de donat. int. vir. & vxo.* cum alijs ſuis notiſſimis.

Proinde, & dictus D. Gaſpar non poteſt ex eo quoquè aduerſari dictæ renunciationi, quia palam verba dictæ renunciationis comperiunt, dictam renunciationem factam fuiſſe, in renũciationem prædictorum bonorum, quæ dicta Comitiſſa illi donauit, & ita fateri videt, dictus D. Gaſpar in ipſa renunciationis ſcriptura, cuius confeſſioni ſtandum eſt, vt notiſſima concinunt iura, adeo quod & mi
11 nor ſuæ confeſſioni † ſtare eſt obnoxius, niſi eius errorem probauerit, *ex tex. in l. nam et poſtea §. ſi minor, ff. de iur. in. traditur in l. certum, §. ſed an ipſos, & in §. in pupillo, & §. minore, ff. de confeſſ. facit ad idẽ tex. in l. 1. (Conocẽcia) Ver, otioſi dezimos, cũ ſeq. tit. 13. p. 3.* quod expreſſe tenet *Spec. in tit. de in integ. reſtit. §. 1. colun. penul. ver. ſed numquid cum alijs, de quib. Cardin. Pet. Paul. Pariſ. in conſ. 96. in præſenti caſu, num. 86. lib. 1.*

Præterea, & ſi ex verbis dictæ renunciationis expreſſe non conſtaret, dictam renunciationem ex eo factam, quia dicta Comitiſſa ei prædictam confecerat donationem,
12 ſat tamen eſt conſtare merita dictæ † Comitiſſæ dictam renunciationem præceſſiſſe, vt ipſa renunciatio facta cenſeatur, propter dicta merita præcedentia, quæ ex donatione dictæ Comitiſſæ ſuboritur, *ex tex. in l. aquilius regulus, ff. de donationibus, & eſt bona gloſ.* in propoſito quæ loquitur in donatione inter patrem, & filium in *l. ſi donatione in verb. poſtulas, C. de collat. cui ibidem Bartol.* cæteriq. DD. adſtipulantur, *& idem Bartol. in l. ſi tibi decem, §. ſi pactus, col. 1. verſ. quæro qualiter ff. de pact. & per modernos in l. ex hoc iure ff. de iuſt. & iur,* & alibi ſæpe. Præſertim, cum in dicta renunciatione ſit appoſitum iuramentum, in qua fit mentio de meritis dictæ Comitiſſæ, quare ſuccedit regula iuris, quod qui probat aliquem, per iuramentum aliquid affirmaſſe, non compellitur ve-
13 ritatem facti alias probare, cum pro † iuramento præſumatur, *ex gloſ. notabili in cap. ex reſcripto, in ver. inhibeatis, de iur. iuran. & tenet in propoſito, Andr. Alciat. in rubr. x. de iur. iurand. num. 3. &* 4. & in noſtris propriis terminis donationis iuratæ, quòd eo ipſo ſi in inſtrumento fiat mentio meritorum, dicatur plenè de meritis conſtare, ſtante dicto iuramento, tenet *Bal. in l. ſi donatione colum. 1. verſ. ſed quid ſi pater. C. de colla. per tex. in authen. quod obtinet, C. eod. tit. & Bal. refert, & ſequitur Alex. iu conſ. 8. viſis, & conſideratis, col. 2. verſ. fortificantur, lib. 2.* & nouiſſime hoc idem conſuluit plures alios referẽdo *Ioan. de Neuizan. in conſ. 8. in præſenti cauſa, num. 17.* & ideo in dubio contra iurã-
14 tem † debet fieri interpretatio, vt diſponit *tex. in l. fin. in princip. tit. 11. in 3. part.*

Sanè, & hæc ſuadetur ex alio, nempe quia dictus D. Gaſpar prædictam renunciationẽ iuramento firmauit, quare, & ſi minor ab ea
15 recedere † non valet, *ex tex. notabili* (& ſi vulgato) in authen. ſacramenta puberum. *C. ſi aduerſ. vend. & in cap. 1. §. item ſacramẽta, de pac. iuram. firman. in lib. feudorũ cum alijs. & eſt bonus tex. ad idem in l. 6. verb. Eſſo meſmo ſeria, tit. 19. par. 6. & in l. 16. in princip. ti-*
16 *tul. 11. par. 3.* Quę iura & in donatione † obtinent ſecundum *gloſ. in dicta authen. ſacramenta puberum, in verb. contractibus in princip. ex quo diſpoſitio tex. in authen.* ſacramente puberum, & aliorum iurium ſimilium fauorabilis eſt, quia concernit fauorem animę, quæ cunctis rebus præferenda eſt *ex l. ſancimus, C. de ſac. ſanct. Eccl. cum alijs, & prædictam gl. approbat inibi Bart. col. 3. verſ. quæro vtrum, & Iaſ. etiam ibi num. 71. & 72. & Baldus in l. ſi quis emptionis in princip. C. de præſcript.*

Digitized by Google

*ſcript.trig.vel quadrag. anno.* & hanc dicit eſſe communem opinionem, *Soccin.in conſil. 279.viſa donatione nu,1. lib.2.* Habentquè

17 prædicta iura locum etiam † curatoris authoritate non interueniente, vt conſtat ex eiſdem iuribus generaliter loquentibus, nullumquè diſcrimen facientibus, adſit curatoris authoritas, nec ne, & hoc eſt Doctorum commune placitum *in d. authen. ſacramenta puberum, & eſt ad id bona gloſ.in l. 1. in ver. emptori in fine C.ſi aduerſ.vendi.* quæ in hoc approbat opinionem *Martin.& ait ibi gloſ.* quòd hoc eſt deciſum per *authen. ſacramenta puberum, cuius gloſ.* opinionem dicit eſſe communem, *Iaſ.in d.authen.ſacramenta puberum, num.3.* & idem tenet *Hoſtien.in cap. Rainutius, col.3.verſ.ſed et ſi adultus de teſtament.* & hanc dicit eſſe comm.opin. & præter eos, *Imol.in cap.cum contingat, de iur.iuran. col.78. verſ.item iuxta prædicta,* eandem etiã dicit eſſe magis communem opinionem, & in conſulendo communiter ſequutam *Soccin. in d.conſ.279. viſa donatione, num.2.lib.2.* & ita tenendum eſt, licèt *Bart.* contrarium voluerit, cuius *Bart.* opinio communiter eſt damnata ſecundum *Alex.in conſ. 125. viſis & conſideratis, col.penult. ver. ſi autem, lib. 1.* Proceduntquè prædicta iura, in liberatione

18 per minorem † facta, fauore ſui debitoris, ſecundum *gloſ.notabilem in l.3.§.contrarium in verb.liberationem.ff.de contra.& vtil. act. tutel.& notat Bartol. in d.authen. ſacramenta puberum co.penul.ver.quid ſi iuramentum,* & ibi etiam *Iaſ.num.73. & Bald.in rub. C.de pact.col.1.verſ.ex hoc ſequitur, cum alijs* de quibus *Didac.de Segur.in repet.l. quemadmodum, ff.de acquirend.poſſeſſ.col.26 ſed communis,* vbi hãc dicit eſſe communem opinionem,

19 quod & obtinet, etiam ſi talis liberatio † in fauorem tutoris, vel curatoris fiat, vt tradũt Doctores in prædictis locis, quod, & ſatis cõſtat, *ex tex.notabili in l.102. tit.18.part.3.& ex Specul.in tit. de inſtrumentorum editione, §.dicto de impugnatione, col.4. verſ. porro per totum, maximè in finalibus verbis.*

Quin, & plerique tenuerunt (& ſi complures contrarium teneant, de quibus infra memores erimus *in co. 28. diſſertatur, num. 16.*

20 *& ſequent.*) dictam † authen. ſacramenta puberum, *C.ſi aduerſ. vendit.* ſimiliaquè iura, etiam data enormi, atquè enormiſſima leſione, obtinere, (cum aliàs diſpoſitio iſtorũ iurium, potius eſſet impoſita verbis, & non rebus, quod dicere nefas eſt, *ex tex. in l.2. C. commun, de leg.& fid.comm. in fine, & in cap. commiſſa de elect.lib.6.cum alijs*) & aliàs eſſet viam periuriis apperire, quod non eſt dicendum, *ex text. in cap.cum dilectus, quod met. cauſ. & in cap. ſi vero, & in cap. verum de iur. iuran.* quæ opinio ſat conſtare videtur, ex verbis generalibus dictorum iurium, & ſic in terminis tenent plures Doctores relati per *Iaſ. in d.authen. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſ.vendi. num.43.cum ſequentibus,* ſi quidem, vt Doctores ibi dicunt, dolus ex propoſito, & dolus re ipſa non adequantur, cui ſententiæ, & fere omnes Doctores conſẽtiunt, *in cap. quamuis pactum de pact.lib.6.& Doctores, maxime Aret.in l. qui ſuperſtitis, col.6.verſ.* adde etiam, *ff.de acquirenda poſſeſ.* & abunde idem conſuluit *Alexand.in conſil. 42. ſuper præmiſſo, colum. penul. lib. 1.* vbi hanc dicit eſſe communem opinionem, & idẽ *Alex. in conſ.125.viſis & conſideratis, col. antepenul.lib.1.& in conſ.222.viſa facti col.2. lib.2.& in conſil.127.viſo proceſſu, col. final. lib.2.& in conſ.53. viſis, & conſideratis, col. 6.lib.3.& Soccin.in conſ.115. circa primam num.7.lib.1.& Curt.antiquior in conſil. 43. ſuper contingentia, col.4.& Soccin. iunior in conſi.67.prima præſentis, nu.22.cum pluribus ſeqq.lib.2. et Io.Ant.Rube. in conſ.12.uiſis et diligenter, num.16.et 18. et Card.Pet. Paul. Pariſ.in conſ.96. in præſenti cauſa num.65.cũ ſequentibus lib. 1.* tradunt *Doctores in l. ſi quis cum aliter ff.de verbor. obligation. et in l.2. C. de reſcin. uend.et in cap. cum cauſa, vbi gloſ. de empt.et uendit.* & hanc eſſe communem opinionem, & veriſſimam, & in praxi admictendam teſtatur D. *Didac. Couarr. à Leiba in repet.d. cap. quàmuis pactum de pact.lib.6.in 3.parte electionis, §.4.numer. 3. col. 3. illius numeri, uerſ. contrariam in hoc opinionem,* vbi plura refert ſcitu digna ſuo ſolito more eandem dicit communem *Aymon. Crauett. in conſil. 114 Ioanna Filia, num. 9.lib.1.*

Et licèt aliqui de ſcribentibus contrariũ velint, tamen in hoc noſtro caſu, hæc ſententia probabilior ex pluribus videtur.

Tum quia, per dictum D.Gaſparem non eſt obtenta, nec petita relexatio dicti iuramẽti, quo in caſu complures ex tenentibus contrariam ſententiam, dicunt non poſſe renunciantem renunciationi iuratę obſiſtere.

Tum etiam, quia inter dubias opiniones

21 † illa opinio præponenda eſt, quæ animæ contrahentium fauet, & ſic obſeruantiæ iuramenti *ex tex.in cap iuuenis de ſponſalibus.* & in terminis ſic conſuluit, & tenet *Alex. in conſ.27.uiſo libello, col.penul. uerſ. ſi dignũ eſt ergo lib. 1.* & plerique alii, quos refert, & ſequitur *Ioannes de Neuizan.in ſua ſilua nuptial.in tractatu, in dubio quomodo iudicandũ char.mihi 25.col.4.verſ.item* pro ea opinione qua euitatur peccatum. Et inficiari non poteſt

teſt, opinionem contrariam dubiam eſſe, ſi quidem DD. quidam eam communem di-
22 cunt; alij verò aduerſam, & quòd hoc † rem dubiam efficiat, ſatis conſtat *ex tex. in l. non poſſunt, ff. de legib.* & ex notatis *in l. ſcire leges, ff. eod. titul. & inibi Bald. poſt Bartol. in l. qui Romæ, §. duo fratres, col. 3. verſ. ſexto ad idem, in fine, ff. de verb. oblig. & Soccin. in rub. ff. de reb. dub. col. 1. verſ. ex quibus infertur, lib. 6. & alibi ſæpe.*

Tum etiam, quia inter ambiguas ſenten-
23 tias † illa eſt eligenda, quæ reis fauet, *ff. de regul. iur. l. fauorabiliores, & ex tex. in cap. cũ ſunt partium, eod. titul. lib. 6. & in §. commodum inſtit. de interdict. cum ſuis ſimilibus,* & quia ſi actoris probatio eſt dubia, ei minimè prodeſt, *ex tex. in cap. in præſentia, & ibi DD. de probat. & l. qui accuſare, C. de eden. & l. actor. quod aſſeuerat, C. de probationib. cum alijs.*

Tum quia ſi hanc teneamus partem, atq. opinionem alij filij dictæ Comitiſſæ minus
24 læduntur, & illa præualet ſententia † quæ æqualitatem inter filios generat, *vt in l. fin. C. commu. vtri. iudi. & in l. inter filios, & ibi Bal. C. famil. herciſcun. & facit l. cum pater, §. dulciſſimis ff. de leg. 2. & 1. §. euictis. eiuſdem leg. & in authen. de n p. §. præfactæ colla. 4. & tex. in l. vt liberis, & in l. illud, C. de collat.* & in terminis ita tenet *Soccin. in repet. l. cum auus, col. 20. verſ. ex quibus infero, ad finem, ff. de condition. & demonſtrat. & melius ibi colum. 57. verſ. tum quia per iſtam opinionem, & per Carol. Ruin. in conſ. 178. ſubtiliter, & abundè num. 7. lib. 2. & per Mar. Mãtua in repet. authen. nouiſſima, C. de inofficioſo teſtamen. per tex. ibi in pagina 33. verſ. nota quinto, & per Ioan. de Lezari. in tract. de primogenitura lib. 2. q. 3. col. 4. verſ. tertia prærogatiua, & per Io. Lup. a Pal. Rub. in repet. c. per ueſtras, de donat. inter uir. & uxor. §. 26. numer. 19. char. mihi 101. col. 1. poſt medium.*

Tum etiam, quia in dicta renunciatione iudicis præſentia interuenit, eiuſque decretũ
25 quæ operari conſueſcunt † doli, & fraudis excluſionem, *ex text. in l. 1. C. de præd. curial. lib. 10. & ibi Bartol. col. 1. uerſ. item nota, quod dicta cauſa, & facit tex. in l. tranſactionem, C. de tranſac. & in l. non eſt ueriſimile ff. quod met. cau. cum alijs,* quorum meminit *Curt. antiq. in conſ. 43. ſuper contingentia co. 5. & 6. et plenius Curt. Iun. in conſil. 67. præſupponitur. co. 2. num. 3. & 4. poſt Bald. in d. l. 1. C. de præd. curial. col. 2. uerſ. item nota, et in uerſic. item puto,* vbi & dicit, quòd decretum iudi-
26 cis interpoſitum in contractu † excludit beneficium *l. 2. C. de reſcin. uend.* quod ibi tenet per *tex. ibi in d. l. 1.* & ſic ſecundum *Bartol. & Bald. in d. l. 1.* decretum iudicis operatur, quod quis non poſſit cõqueri de deceptione vltra dimidiam iuſti pretii, *ut Bald.* refert, & ſequitur *Iaſon. in conſ. 54. circa dubium primũ num. 3. uer. primo moueor, lib. 1. et in conſil. 150. miſſis præfactionibus. n. 1. eod. lib. 1. et ideo idem Bald. in cap. 1. §. quia co. 3. uer. et ego addo, in tit. de his qui feud. da. po. in uſibus feudorum,* dicit quod hoc decretum iudicis facit
27 præſumi contractum † eſſe celebratum vtilitatem eccleſiæ, vel minoris, & hoc *ex tex. in d. l. 1. C. de præd. curial. lib. 10. et Bald.* refert, & ſequitur *Iaſon. in dictis conſilijs, maximè in dicto conſil. 55. num. 1. in fine lib. 1.* ex *Curt. iunior. in dicto conſil. 67. colum. 2. num. 3. & 4.*

Tum quia, & dictus D. Gaſpar in dicta renunciationis ſcriptura iureiurãdo promiſit,
28 ex cauſa enormiſſimæ † leſionis eidem renũciationi non aduerſari, quo in caſu, & plures ex tenentibus contrariam opinionem, dicunt iurantem minimè venire poſſe aduerſus renũciationem, quia renunciantibus iura ſua, regreſſus dandus non eſt, *ex tex. in l. quæritur, §. ſi uenditor, ff. de edil. edict. et in cap. ex tranſmiſſa de renunc. cum alijs,* & in terminis ita tenet *gloſ. in cap. cum cauſa, gloſ. fin. in fine, de empt. et uend.* & inibi *Doctores, et in d. l. 2. C. de reſcin. uend. maximè Bartol. col. 3. uerſ. quæro quid, et Philipp. Franc. in cap. quamuis pactum, de pact. lib. 6. col. 3. ante uerſicul. in gloſa in uerbo improbet. et Card. Paul. Pariſ. in d. conſilio 96. num. 74. lib. 1. citans Corn. uidendum, et idem conſuluit Aym. Crau. in conſil. 114. Ioanna, num. 10. quibus accedat tex. in l. 56. titul. 5. in fine uers. Otroſi dezimos. parti. 5. et l. 102. (Reciben) titul. 18. par. 3. facit et tex. in l. cum in uenditione, & in l. ſi quis donationis. ff. de action. emption. cum ſuis ſimilibus.*

Verum, & ex alio hæc fiunt manifeſta, quia ex quo dicta Comitiſſa tot ingentiaque bona ante dictam donationem dicto D. Gaſpari donauerat, quæ ab eo auferre poterat, ea aliis filijs tribuens & ſatis ipſe D. Gaſpar in modice què fuit honoratus ex dicta donatione, *ex traditis in l. ex tribus, C. de inoffic. dona. & ibi Cinus col. 1. ante finem, & idem conſtat in l. ab eo, C. de fideicomm. & in l. ſcimus, §. cum authen. & ibi DD. C. de inofficio. teſtamen. & in l. 27. taurinarum legum.* Et eo etiam præcipuè, quòd mater non tenetur dare filio donationem, propter nuptias, nec quid ſimile, *C. de iur. dot. l. mater, & ibi gloſ.* itaquè ſatis conſtat, quòd dictus D. Gaſpar ſaltim obligationi antidorali erat obligatus dictæ ſuæ matri, ante ipſam renunciationem,

Digitized by Google

29 nĕ quæ † antidotalis obligatio ineſt etiã inter patrem, & filium, *ex tex. notabili in l. cùm oportet. §. cum aute. C. de bon. quæ lib. in verbis (Quaſi remunerationis gratià à filio accipere.)* Quod & *tex. probat. in l. in principio ff. ſi quis apparen. fue. manumi.* ibi *(Quia apparente beneficium habuit)* Eſt etiam *tex. in l. 1. C. de ingratis libe. & in l. de mancipatis in princip. C. de legit. hæredib. & in authen. de non eligendo ſecundo nubentes, in princip. & inibi Ang. qui ſingulariter loquitur in propoſito col. 2. verſic. nota hic tex. colla. 1. & per DD. in l. ſi donatione, C. de collation. & Alex. in cõſ. 8. viſis, & conſideratis col. fi. verſ. nec obſtant. lib. 2. quibus & accedat tex. in l. iuſta, ff. de manum. vindict. & per totum, C. ex quib. cauſ. ſerui. pro prem. liber. merue.* Si igitur D. Gaſpar dictæ eius matri erat antidotaliter obligatus ante dictam renunciationem, confeſtim ſequitur, ex eadem renunciatione nullam leſionem enormiſſimam ſubortam aduerſus dictum D. Gaſparem, præcipuè, quia dicta donatio materna eſt maioris æſtimationis, quã ipſa renunciatio, & ita vltra iam dicta, minime obtinere poſſunt Doctorum ſententiæ, tenentium extante enormiſſima leſione dictã *authen. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vendit.* non obtinere, ex quo enim dicta renunciatio facta eſt ex cauſa remunerationis, permu-
30 tatio fuit † & compenſatio iure permiſſa *ex tex. in l. ſed ſi lege, §. conſuluit, ff. de peti. hereditа. ibi* (Velut genus quoddam hoc eſſe permutationis.) & inibi *Bartol. & DD. illum tex. ad hoc perpendunt, eſt etiam ad idem tex. in l. Aquilius regulus, ff. de donationib. ibi* (Nõ meram donationem eſſe.) Sunt alia iura cõſimilia, quorum meminit *And. Tiraq. in repet. l. ſi vnquam, C. de reuoc. don. in ver. donatione largitus n. 11. in princ. & per DD. in l. iuris gentium, §. quinimo, ff. de pact.* non quidem cenſetur præſtare beneficiũ, qui debitum impẽdit, *ff. de hæred. inſtit. l. ſi vero, & ff. de leg. 2. l. vnũ*
31 *ex familia, §. 1. quibus,* & fit legitimã † tolli poſſe, ex cauſa remuneratoriæ donationis, *ex tex. in l. vnius libertus, aliàs l. vnius libertus, ff. ſi quid in frau. patro,* q; lex temperat iura prohibentia donationem libertorum, præter quàm ſi libertus faciat donationem remuneratoriam, quem *tex. Bald. ad hoc notat, in l. 2. in 4. oppoſitione, C. de inoffic. donationib. & Ludou. Roman. in l. ſi ante num. 5. in fine. ff. ſolu. matrimo & Iaſo. in l. ſi non ſortem, §. libertus num. 8. verſ. octauus effectus, ff. de cond. indebi. & per DD. in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. &*
32 *iur.* quibus & accedat, quia † res quæ alienari prohibetur, ex cauſa tamen remunerationis donari poteſt, *ex tex. in cap. relatum in 2. de teſtamen. legitur, & notatur in l. iubemus §. verum, C. de ſacr. ſanct. Eccl. & inibi eſt bona gloſ. in verb. permiſſam, & ibi etiam DD. & in l. iuſta, ff. de manu. vindict. & alibi ſæ-*
33 *pe.* Quid plura, & minoris res, ex cauſa † remunerationis alienari etiam poteſt, *ex l. qui filium, ff. vbi pupil. educa. debe. & in l. 1. & ibi Salicet. C. eod. tit. & l. ſi filius in princip. & ibi gloſ. 2. ff. de donationib. facit tex. in l. 3. (Hijo, o nieto.) in medio titul. 4. par. 3. & l. ob es alienum, & ibi gloſ. C. de præd. minor. cũ aliis de quibus Bartol. in l. ambitioſa, col. 1. ff. de decret. ab ord. faciend. & per Iaſ. in d. l. ſi non ſortem, §. libertus, num. 8. verſ. ſextus effectus eſt, ff. de cond. indebi.* & hac præcipuum ratione, minor leſus dici non valet, ſi ex cauſa remunerationis alienauerit, vt ſtatim dicemus, quam inquam ob rem, & iure optimo ſtabilitum eſt, quòd & ſi minor rem ſuam donare nequaquam poſſit, (vt iura notiſſi-
34 ma dicunt) ex cauſa tamen † remunerationis donare valet, ita probat *tex. recte penſitatus, in l. nonſolum in fine, C. de præd. mino. & in l. 1. C. ſi aduerſ. dona. & facit ad hoc, d. l. 3. in medio titul. 4. part. 5.* & in proprijs terminis ita tenet *Ludou. Roman. in l. ſi ante nuptias num. 5. in princip. ff. ſolu. matrimon. & Cuman. in conſil. 101. duciſſa col. 1. & Soccin. in conſ. 66. fruſtra num. 12. lib. 1. & Dec. in conſil. 232. dura admodum, nu. 3. & 4. & Iaſ. in d. l. ſi non ſortem, §. libertus nu. 8. verſ. nonus effectus eſt,* vbi notabiliter loquitur in noſtro propoſito, & ibi dicit hoc maxime procedere, ſi iudicis decretum interueniat, vt in præſenti quidem interuenit, vt iam dictum eſt, quam ſententiam in puncto iuris probabiliorem dicit *Iaſo. in d. l. ex hoc iure ff. de iuſtit. & iur. num. 63. in vndecimo effectu, & illi adſtipulatur, Alc. in l. creditores, ff. de verb. ſignif.* & latiſſimè omnium *Andr. Tiraquell. in rep. l. ſi vnquam, C. de reuocan. donat. in verb. donatione largitus num. 23. in decimo effectu,* quæ & vltra iam dicta ſatis probantur *in l. cum plures, §. cum tutor, ff. de adminiſtrat. tutor.* Et inquit *Iaſ. in d. l. ex hoc iure nu.*
35 *63.* quod ex eo quod † antidotalis obligatio præceſſit, nulla leſio minoris conſiderari poteſt, quod & conſuluit *Dec. in dicto conſ. 232. num. 4. & Ioan. Anton. Rub. in dicto conſ. 12. num. 18.* & quòd extante prædicta obligatione antidotali, dicta leſio enormiſſima conſiderari nequeat ſat probatur in *l. 1. C. de imponen. lucra. diſcre. lib. 10.* quam ad hanc rem expendit *Anchar. in conſ. 69. contra donationẽ col. 2. verb. confirmatur conſuetudo,* vbi, & aiquod in hoc caſu, minor donando, non dicitur perdere, cum tunc potius minor dicatur debitum naturale perſoluere *ex d. l. 1. & ex l. ſed ſi lege §. conſuluit ff. de pet. hered. cum aliis*

Nec

Digitized by Google

Nec *Aret. ſententia in conſ. 24.* quatuor dubia potiſſime diſcutiẽda veniunt, *col. pen.* (qua cenſuit, minoris donationem remuneratoriam dirui, cuius recentiores dictis in locis meminere, præſertim *Iaſo. in d. l. ex hoc iure num. 63. & in d. §. libertus num. 8. col. 2.*) iure probari poteſt, Præter hoc, quod ipſe *Aret. fatetur in contrarium eſſe*, communẽ opinionem DD. quibus fauet optimus *text. in l. etiam, ff. de manum. vindicta.*

37 Non igitur † dictus D. Gaſpar enormiſſime leſus dici valet, ex dicta renunciatione, præcedente dicta ingenti donatione à dicta Comitiſſa eidem D. Gaſpari confecta, & ob id DD. ſententia tenentium, dictam authentic. ſacramenta puberum, extante enormiſſima leſione non procedere, ad caſum noſtrũ (præter ea quæ deſuper ſcripſimus) obtinere nequit, vt pote quod læſio ipſa ceſſauerit.

38 Nec prædictis dicere obſiſtit, quòd † *tex. in l. 2. C. ſi aduerſ. dona.* probare videtur minoris donationem remuneratoriam ſubuerti, etiam ſi confecta ſit iudicis decreto.

Tum quia *tex.* ille de donatione remuneratoria minimè agit, vt expendit *Iaſ. in d. l. ſi non ſortem, §. libertus, nu. 8. verſ. nonus effectus, & in d. l. ex hoc iure, nu. 63. in fine.*

Tum etiam, quia ille *tex. potius contrariũ ſuadet, vt & Iaſon in dictis locis aduertit.*

Tum & præter alios, quia *tex.* ille minimè de donatione loquitur, quæ manſura eſt apud eum cuius fauore antidoralis obligatio ſuborta eſt, vt eſt noſter caſus. Etſi fateremur legem ipſam de donatione remuneratoria agere in caſu enim illius *tex.* pater filio prædonans, bona donata habiturus minimè erat, ſed extraneus quidam, inter quæ non minimum eſt diſcrimen.

Tum & quia in caſu dictæ *l. 2.* in donatione non quidem iuramentum interuenit, prout in noſtro accidit caſu.

Tum etiam, quia nec *tex.* ille edocet ſuo in caſu, leſionem enormiſſimam ineſſe, ſi quidem enormis leſio, & ſi non enormiſſima minoris præſtet reſtitutionem in integrum, de qua eadem agit ſanctio, vt notiſſima concinunt iura.

Profecto nec refragatur prædictis textus

39 † *in l. ſi ad reſoluendum, C. de præd. minor.* Si quidem illi ſolutio in promptu eſt dictis modis. Rurſum, Nec in ipſius ſanctionis caſu, iudicis interuenit decretum, vt & Odofred. ibi conſiderat. vt in noſtro euenit caſu. Præterea in eadem lege, minor nòn quidem alia bona patri donauit, a contentis in priori donatione diſſimilia, ſed ipſe minor ipſam donationem cauit, quod à noſtro diffidet caſu, nec enim ex diuerſis illatio enaſci poteſt, *l. final. ff. de calumniat. l. papinians exuli, ff. de minoribus, l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. poſſ. cum alijs.*

Quid multa, & ipſa antidoralis obligatio

40 † donationis pręſumptionem inducit, *ex l. ſi vero non remunerandi, §. idem Papinianus ff. manda. & quæ inibi Bart. ad nota. co. 2. ver. opono de lege ſi vero non remunerandi, poſt gl. in l. quæ dotis, ff. ſolu. matrim. cum alijs de quibus Iaſ. in d. l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iur. nu. 57. & in d. l. ſi non ſortem, §. libertus num. 8. verſ. quartus notabilis effectus, ff. de condict. indebi.*

Deinceps, & prædicta ex alio muniuntur, quia & ſi opinio eorum qui tenent, interueniente enormiſſima lęſione dictam authent. ſacramenta puberum, locum non habere, probabilior eſſet, expeditiſſimum quidem

41 eſt ipſam leſionem † eſſe probandam ex *tex. in l. quoti. §. qui dolo. ff. de probat. & in l. nam, & poſtea, §. ſi minor. ff. de iur. iuran. & in l. verum, §. item non reſtituetur, ff. de minorib. ad quod eſt tex. notabilis, in l. 2. tit. 19. part. 6. & l. 6 in fine ead. 6. part. & titul. eod. text. etiam notabilis ad idem in l. 3. titul. 25. par. 3 tex. etiam ſingularis in l. 16. in medio titu. 11. par. 4 cum alijs de quibus fusè Card. Paulus Pariſ. in d. conſ. 96. nu. 67. cum ſeq lib. 1. & per recentiores in l. ciuitas, ff. ſi cert. petat. & in autent. hoc ius porrectum, C. de ſacr. ſanct. Eccl & in cap. ſiue exceptione. 12. q. 2. & per modernos in repet. l. 2. C. de reſcinden. vendi.* & alibi ſepe. Sed quo modo ipſe Do. Gaſpar ipſam leſionem probare poterit, cum præceſſerit tam ampliſſima donatio ei facta prædictam Comitiſſam eius matrem, & eo pręcipuum, quod dictus D. Gaſpar tempore dictę renunciationis dixerit, facere dictã renũciationẽ ex certa ſcięntia, vt euidẽter conſtat ex ſerie dictæ renunciationis, quod & conſiderant *DD. in d. authent. ſacramenta puberum, & in d. cap. quamuis pactum de pact. lib. 6. & in d. l. 2. C. de reſcinden. vendit. & alibi ſepe traditur.*

Nec dicto D. Gaſpari dicere ſuffragatur, quod prædicta Comitiſſa in dicta eius donatione, non illi dicta oppida, & bona libere il-

42 li conceſſit, ſed quod ea † maioricat. titulo heberet, & ob id, quòd hoc onus maioricatus ipſam obligationem antidoralem euertit.

Si quidem hoc dicere, aduerſetur omni rationi & iuri, & eo maxime, quod negari nõ poſſit, ſatis dictum D. Gaſparem honoratum dicta donatione tot bonorum, & ſi ei confecta ſit maioricat. titulo, præcipue quia vt diximus, alios filios dicta Comitiſſa habebat



Digitized by Google

bebat, quibus eadem bona condemnare poſſet.

Rurſus, nec onus prædictum maioricat. conſiderabile eſt, vt ipſam a... doralem abiiciat donationem, eo præcipue, quod non exteris conceſſa ſint dicta bona, ſed dicto D. Gaſpari, omnibusque eius poſteris perpetuo ſint relicta quorum fructus ipſi ſunt potituri.

Verum, & hac in ſpecie conſiderandum eſt, ex eo quod dicta bona vinculo maioricat. relicta ſint, commodum non medicum etiam ipſi D.Gaſpari confluere, ſi quidem
43 illis † eius genus familiaq. conſeruentur, ex tex. in l.1.§.quamuis ff.de ventr. in ſpeciem, et q; Cin. & alij adnotant in l.1.C. de adulter. cap.1.ver.tertio quæro. & DD. in l. maximũ vitium, C.de liber.præte.vel ex hereda. ad quod eſt opti.tex.in l.44.tit.5.par.5.ibi, (Mas que ſinque ſiempre ami hijo y ami heredero, porque ſea ſiempre mas honrrado, y mas tenido) Quibus accedat bonus tex.in l.cum filius, §.pater
44 ff.de le.2.ibi diuitiæ enim † agnationes tuentur, & ſine eis obnubilantur, & diruuntur, ſm Io.Andr.in addictionibus ad Spec.in tit. de ſucceſſionib.ab inteſtato in rubr.col.2.in princ.& ſatis pbatur in l.3.in princ.ff.de teſtib.& alibi ſæpe, & ideo beatus Auguſt. in lib.de Ciuit. Dei, quẽ refert Alex.in conſ.52.circa hanc dubitationem, col.1. in fine, lib. 4. dicit, quod in familijs per diuitias conſeruatur honor, & in terminis quod hij maioricat. non damnoſi
45 ſucceſſoribus † ſed ingentis commodi ſint, & & ob id in republica permiſſi, Paul. Caſtren. notat. in conſ.179.in cauſa, quam magnificus dominus.num.3.& 4.lib.1.cui & Iaſon. conſentit in conſ.170.in præſenti conſultatione co 3.& 4.lib. 4. & ſingulariter hoc clarius adnotat in proprijs terminis maioricat. Præpoſit. in cap. ius naturale, co. 4. in medio. 1. diſt.& Andr.Tiraq. in eius aureo tractatu de primogenitura q.4. num.13.cum ſeq. vbi & refert complures interpretes Sacræ Theolog. canonum, ac atque legum, prædictam tenentes ſententiã, & præter eum idem in terminis maioricat. adnotat Domin. Couarr. à Leiua, cap.5.num.5.verſ.tertio lib.3.variar.reſolut.& Aym.Crauett.in conſ.135.verſ.decreti num.45.& frater Domin. à Soto in ſuo ſolemni tractatu de iuſtitia, & iure lib.4.q.5.ar. 1.§.at vero quamuis, co.2.ver. ad ſecundum ſecunda concluſione, & in ver. & genus, & virtus, & Dom. Didac.Septima. in tract.de primogen.Hiſpan.lib.1.cap.16.& cap.18.& 19.& 20.& in cap. 21.eod.lib.1.vbi ponit plures rationes, quibus ſuadet, maioricatus eſſe permiſſos in republica, & Peral.in l. 3. §. qui fideicommiſſ.num.121.ff.de hered.inſti.quibus accedat, quod primogenitura dicit Ioa. Andr.in cap.licet deuoto, col.3.ver.de primogenitis vero, & alibi ſæp, & in terminis etiã facit quod dicit Bologni. in co. 62. vt in præſenti aurea dubitatione, col.3.verſ.ex quo infero, vbi & dicit, quod in inſtitutione maioricat.non ſolum verſatur vtilitas eorum quibus ſit conceſſio, & eorum deſcendentium, ſed etiam publica vtilitas concedentis, pro ipſius memoria perpetuo conſeruanda, & pro regimine eorum, qui in maioricatu ſucceſſuri ſunt, de quorum intereſſe, & non modico dicit tractari in conſtitutione talis maioricatus, hactenus Bolog. vbi ſupra quibus ſatis conducit tex. inſignis in l.208.filli incipien.(Es ſaber) Et quæ beatus Bernardus tradit, quem refert, & ſequitur Abb. in cap. licet, co.2.ver.in gloſ.tertia, prope finem dicitq. beatus Bernardus, quod melior eſt filiorum diſpoſitio, quam diuiſio hæreditatis, de voto, & quam Bal.conſuluit in conſ.283. pater habens li.3.& quæ Ludou.Roman. conſuluit in conſ.29.in cauſa maioria hiſpalenſis, co. 1. verſ. ſecunda quidem ratio, & per Bologni.in d.conſ.62.co.3.ver.ſecundo, vt per hanc conceſſionem, & in verbo ex quo ad rem noſtram, & faciunt quæ in noſtris terminis ſingulariter adducit Ari.Pinell.in repet.l.1.C.de bon.mater. 3.part. nu. 99. ver. ſed pro ſucceſſore.

Proinde, ne dictus D.Gaſpar ex eo quod dicta Comitiſſa in dicto maioricatu, illum grauauit ſuoſq. deſcendentes, portare nomẽ & arma de la Zerda, grauamen conſiderabile exit cum citra prædicta dictum nomen & arma regia ſunt, ex progenie, quæ regia ortum habuerunt, vt in his regnis comper-
46 tiſſimum eſt. Et fauorabile, vtileque eſt † bonum habere nomen, ex tex. notabili in l.facta, §.quod ſi conditio aſcripta eſt, ff ad trebell. ibi (nihil enim mali eſt honeſti hominis nomen aſſumere.) Et ibi etiam eſt bona gloſ.in ver.conditio, ad quod communiter allegatur Ioan.Andr.in cap. grauis depoſiti, & idem tenet Cin.in l.1.co.1.in.2.notabili, C. de ſum.trinit.vbi late Iaſon.in 2. lectu. num. 25.& per Segur.in repet.l.Imperator, ff. ad trebell.co.3.per totam, & ſingulariter in noſtris terminis ita Dec conſuluit in conſ. 273. in caſu propoſito co. 2. ver.ſed tamen prædictis non obſtanti. vbi & in propoſito noſtro
47 dicit, talem conditionem † ſumendi nomẽ, & arma teſtatoris, ab ipſo teſtatore apponi poſſe, & quod ſi heres eam non implet, priuari poſſe hæreditate, & hoc ibi tenet ex pluribus iuribus inibi per eum adductis, quod etiam, & in proprijs terminis prius tenuit, Guid.pap.in deciſ.251.teſtator, per to-



Digitized by Google

*tam,& Guill.Benedict. in repet.cap. rainuntius de teſtamen.in ver.Rainuntius de Clera. num.45.cum pluribſeq.& iterum in verb.ſi abſque liberis moreretur,in ſecundo in rub.de fideicommiſſaria ſubſtitutione,num.90,& 91* quod etiam late proſequitur *Card.Paul. Pariſ.in conſ.19. ad reſolutionem num.28. cum ſeq.lib.2.* vbi ſingulariter dicit, quòd prædicta conditio ſummendi nomen, & arma teſtatoris, continet in ſe præceptum honeſtū, validum, facile, & voluntarium, & quòd ideo apponi poteſt à teſtatore, ex *tex. in d. l.facta §.quòd ſi condi. vbi & Paul. Pariſ. referendo Imol. dicit*, quòd talis conditio aſſumptionis nominis honeſti, familieque teſtatoris,continet præceptum honeſtum, & quòd ſeruari,& adimpleri debet, ab illo ad cuius commodum tendit,& cui impoſita eſt,ex *l.cum hares,§.1.de ſtat.libe. quod etiā ibi Paul. Pariſ. ex pluribus confirmat.* Quæ
48 & procedunt, etiam ſi † tale nomen maternum ſit,cum ita inſignè, & præclarum fuerit ex *tex. in dicto cap.Rainunt. de teſtamen.& ibi DD. præſertim* Gul.Benedict.*in ver.Rainunt.de clera.num.1.cum plurib.ſeq.* His & fauet quod dicit *Ioan.Imol. in l. ex facto,§. ſi quis rogatus,in primo,co.7.verſ. ſi autem dicat quicumquè,ff.ad trebell.* vbi ait, quod adducere nomen alicuius nobilis generis, honorem tribuit,cuius meminit *Alexander in conſ.125.viſo proceſſu.co.2. num. 2. lib.7. & latè Paul.Pariſ. in dicto conſ.19.num.32. cum plurib.ſeq.lib.2.* à quibus longe deſidet, quod *Bartol.& DD.tradunt in l.filijs matrē, C.de inoffic.teſtam.* multa,& ſi aliquod onus ex dicto maioricatu, dicto D.Gaſpari ineſſet,tamen multo maior eſt honor,quod prouditur ex donatione tot bonorum,& ita plus
49 ipſe honor,quam onus eſt † conſiderandus, ex *l.quaritur,ff.de ſta.homi.& in cap.ad quaſtion.de rer.permut.ibi & illic DD.*& faciunt ſingulariter tradita,per *Bald.in præludijs feudorum,col.4.verſ.pro intellectu, & facit etiā tex.in l.Titius puerum emit,ff.de obſeq. a libei.patron.præſtan.quibus & adſtipulatur, quod Soccin.tradit in conſ. 4.ſuper quaſt.nu. 5.& 6.lib.3.ad quę videndus eſt tex. in cap. velatum in 2.ver.licet autem de teſta. & in l. illud, ff.de manumiſ.vindict. & quæ Bald. dicit in l.illud.col.3.verſ.4. quaro,C.de ſacr.ſā. Eccl.& Ioan.de Imol.in l.Aquilius regulus, col.2.verſ. aduerte etiam ff.de donationibus, & Dec.in conſ.174.& pro tenui facultate, col.2.ver.preterea,& tali donatione.*

Nec dictæ officit renunciationi,quòd dicta Comitiſſa tempore dictæ renunciationis
50 † erat curatrix dicti D.Gaſparis eius filij. Si quidem, ipſa renunciatio fuit facta ex cauſa r emunerationis ex iam dictis. Item, & quia Iudicis decreto fuit confecta, & ob id, ipſi curatori fieri valuit,*ex tex.in l.cum ipſe, & inibi DD.C.de contrahen.empt.& recentiores tradunt in l.frater à fratre,ff. de conditio. indebi. & Imol.in l.1.§.fuit quaſitum colun. 2.verſ.ſed aduerte,quia mirandum,ff.ad trebell.& Alex. in l.tranſactionem,col. 1.verſ. vltimo per hanc legem,C.de tranſact. vbi ait Alex.*quòd tunc dicitur, & bona fide tutor contrahere cum minore,cum contractus fit, Iudicis decreto interueniente, & quòd ideo tunc bene valet etiam probatur,*in l.fin. in principio,ff.quod met.cauſ. cum alijs de quibus in propoſito Ioan.Lup.a Pala.Rubi.in ſua allegatione, in materia hereſis, §.10. col. 2. poſt medium proindè.* Et ſufficit quòd ad ipſam renunciationem efficiendam,alius curator fuit creatus quo caſu,contractus fieri poteſt cum alio curatore,*ex tex.in l. pupillus, §.item ipſe tutor.ff.de auctor.tutor.* & eſt ad idem bona *gloſ.in d.l.cum ipſe in gloſ.1. & facit bonus tex.in l.1.& 2.C. de in lit. dando tuto.cum alijs.*

Quod maxime in præſētiarum procedit, cùm contractus iſte iuratus fuerit per dictū D.Gaſparem,quo in caſu nullum dubium de eius iuribus,refricari poteſt, cum alias eſſet periuriis viam apperire ,quod non eſt dicendum,*ex tex.in cap.cum dilectus, quod met. cau. & in capit. verum de iur.iuran. cum alijs.*

Nec ratione metus dicta renunciatio infringi valet, Si quidem non ſit talis metus
51 probatus,& iuris eſt † quod metus non eſt præſumendus, *ex l.merito.ff. pro ſot. cum ſuis ſimilibus, & in proprijs terminis ita Bal. tenet in conſil.62.facta ſuper quibus num.1. lib.1.quem refert,& ſequitur Aym.Cranett. in conſ.115.nobilis num. 13. & idem tenet Card.Paul. Pariſ. in conſ. 26.pactum num. 66. lib.3. ad quod & facit tex. in l.fin.in princ.& inibi Bartol. col.1.verſ.nota quod dixi,ff.quod met.cau.& Ioan.Plat. in tract. de in lit.iuram.quem poſuit in repet.l.ſi quando §.3.num.13 & 15 C.vnde vi.*

Tum etiam,quia non quilibet metus ſuf-
52 ficit † ad contractus reſciſſionem, ſed qui in conſtantem caderet virum, *ex tex. in cap. uerum, de iur. iuran. ibi.* (Pro vita & rebus ſeruandis.) Et ex *text. notabili in cap. cum dilectus, ubi bona gloſ. quod met. cau.& tex. in l.metum in princ.ff.eod.titul.& in l.interpoſitas, C.de tranſact.ubi Paul.Caſtrenſ. eſt ad idem bonus tex.in l.7.uerſ.otioſi,titul.33. par.7.& in l.56.*(Promiedo.) *In princip. & inibi Gregor.Lup.titul.1.part.5. & in l.15.* (Deſuariamiento.) *titul.2.par.4.& in l.final.*

(Alas

Alas vegadas. In fine.titul.4.par.5. Nec qui-
53 dem, reuerẽtialis metus † dictam reſciſio-
nem cauſat iuxta communẽ Doctorum pla-
citum, de quo habetur. in l.1.§.quę honoran-
de. ff. quar. rer. act. non det. & per Alexan.
in conſ.83.viſo proceſſu, nu.9 lib.6. cum aliis
de quibus latè Iaſ. in conſ. 3. circa primum.
nu.6.ver.iſtis non obſtantibus, cum ſeq. lib 1.
& hanc dicit communem opinionem Socin.
iun. in conſ.77. licet in præſenti, nu.154, lib.1.
eadem etiam dicit eſſe communem ſenten-
tiã Card. Paul. Pariſ. in d. conſ.26.nu.67.lib.
3. & latè Felin. i. c. cauſam matrimonij nu.3,
de off.deleg. & fuſius Roderic. Suar. in allegat.
24. vtrum reuerentia patris, colu.4. ver. alij
fuerunt in opinione, & latiſsimè Boberi. deciſ.
100. præſupono. n.11. & ibi nu.12. dicit hãc
eſſe communem opinionem. Et quanto ma-
gis iam dicta procedunt, cum ipſa Comitiſ-
54 ſa fęmina, ſeneſq; ſit: & ob id † minus audax
C. ad l. Iul. maeſta l. quiſquis ver. ad filias. ibi.
( Quas pro infirmitate ſexus minus auſuras
confidimus.) Et tex. notabilis ad idem in l.2.
ver. pero las hijas tit.2. in 7. part. maximè cũ
fęmina non habeat filios in poteſtate, ex §.
fęminæ inſtitu. de adoptionib. & in l. mulie-
rem, C. eod. tit. & in proprijs terminis, quod
55 mater † non ſit ſufficiens ad metum indu-
cendum, conſuluit Hipolit. in conſ.124. licet
plur. nu.15. Et præcipuum etiam iam dicta
56 obtinent, ex quo ipſa † renunciatio iurata
fuit, ex gloſ. notabili, in authent. de nuptijs, &
ſed quod ſancitum in verb. neq. ſcriptum, col-
lat.4. quam glo. Angel. ibi, col. fin. ver, in gloſ.
quæ incipit niſi filius multum cõmendat pro
extenſione text, in dicta autenth, ſacramenta
puberum, C. ſi aduerſ. vendi. bonus tex. in l. fi.
verſ. E aun mas dezimos, tit.11. par,3. etiam
in cap. ſi verò de iur. iuran. & in cap. cum di-
lectus, quod met. cau. & in caſu quo per iura-
mentum non purgaretur metus, tamen pro-
57 pter iuramentum, maior † exigeretur pro-
batio metus, quam ſi iuramentum non in-
teruenisſet, vt in proprijs terminis tenet
Abb. in dicto c. cũ dilectus, quod met. cau. col.
pen. uer. ſed cõtra hoc oppono, cuiùs doctrinã
dicit multum ſingularẽ Curt. iun. in d. l. inter
poſitas, C. de tranſact. nu.9. Itẽ ẽt, quia iudex
præſens fuit, ſimulq. plures alij cõſanguinei
dict. D. Gaſparis præſentes fuerunt, quorum
58 præſentia † metum quidẽ excludit, vt con-
ſtat in d. l.1. C. de præd. curial. lib.10. & quæ
ibi DD. tradũt, & in d. l. interpoſitas, C. de trã
ſact. & in d. l. tranſactionem, C. eod. tit. & facit
tex. in l.4. tit.5. p.5. cum alijs, de quib. Fel. in
d. c. cauſam matrim. nu.6. DD. quoq; l. pacta
nouiſſima, C. de pact. & Aym. Crauet. in conſ.
253. ex corde nu.4. & Iaſ. in §. quadrupl. nu.
63. uer. in prędictis tũ, inſtit. de act. & Bober
in d dec.100. præſuppon. n.6. & 7. Quo & in
59 caſu, volens probare † metum interueniſſe,
oportet quod habeat clariores probationes,
quam ſi iudex, vel amici interueniſſent con-
tractui, cũ hæc præſũptio agrauet onus pro-
bationis, vt in terminis noſtris tenet Bital.
de Camba. in tract. clauſularũ in rub. de metu
uxo. col.2. in fi. poſt Bar. & Paul. Caſtren. qui
ſingulariter in propoſito loquitur in l. trãſa-
ctionem, col.1. uer. ſed illa præſentia amicorũ,
C. de tranſact. & Boberi. in d. dec.100. nu.8.
propè finẽ, quib. & accedat optimus tex. in l.
ſi extran. ff. de condit. ob cau. & in c. quia ue-
riſimile, & ibi DD. de præſumptionib. cũ alijs,
de quib. Alciat. in tract. pręſumpt. in 3. part.
pag. mihi 40. & 41. n.3. per Iaſ. in l. ſciendum
n.10 in fi. ff. de uer. oblig. & facit ad hoc op-
timus tex. in l. optimam, in fin. C. de cõtrahen.
& comi. ſtipul. & in c. fin. in finalib. uerb. de
presbyt. non baptiz. & l.117. in verbis (O lo
pudieſſe probar con quatro teſtigos) Tit.18.
parti.3. cũ alijs. Et ex eo ẽt prędicta obiectio
ceſſat, quia alius curator præſens quoq. fuit
ipſi renunciationi, ex traditis per Ang. in l.
quero, §. ſeruum. col.1. uer. ſecundo nota ff. de
edil. edict. & idquoque ex iam dictis ſuade-
tur.
60 Demũ, & quod reuerentialis metus ẽt ex
tanta lęſione enormiſſima, minime operetur
contractus reſciſione ſtante iuramẽto in ter
minis conſuluit Alex. in conſ.83. uiſo proc.
nu.8. lib.6. & latiſsimè idem cõſuluit Aym.
Craue. in conſ.114. Ioann. num.9. cum ſeq. &
ſat hoc conſtat ex ſuperius relatis.
Denique nec dictæ renuntiationi præiu-
61 ditium generat. diſpoſitio † tex. in l. ſi un-
quam, C. de reuocand. donat. & ſi dictus D.
Gaſpar poſt ipſam renunciationem filios ge
nuerit ex legitimo matrimonio.
Tum quia, ex præambula conuentione,
facta quidem fuit, vt ſuperius diximus.
Tum etiam quia remuneratoria fuit, quo
caſu dicta l. ſi unquam, locum non habet, vt
inibi communiter DD. tenent, & Imol. in c.
fi. col.6. paulò ante uerſ. querit etiam, Bart. de
donation. & Roman. in repet. l. ſi uerò, §. de
uiro, ff. ſolut. matrim. in fallentia 48. nu.81
uerſ. ultimo probatur, quẽ refert, & ſequitur
Socin in conſ.147. uiſa facti contingentia, nu.
16. lib.1. & hanc dicit eſſe cõmunẽ opinio-
nem Dec. in conſ.366. primo queritur, n.10.
& abundè eius more hanc opinionem ſequi-
Et idem de conſanguineis præſentibus Mongall. d. tract. cap. 2. §. 7. num. 15. Maſcard. de probat. concluſ. 1055. num. 23. Farinacc. vbi ſupra num. 157. & ſeq.

Num. 59. latè Menoch de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 126. & 127.

Num. 60. licèt contrarium probet Guttier. conſ. 16. num. 20. & col. 22. num. 10.

Num 61. latius Alph. collect. 264. vbi ex Ceph. & Raudenſ. probat. non habere locum in donatione remuneratoria.

Num. 62. Seraphin. de priuil. iuram. in priuil. 56.

Num. 63. qualiter, & quomodo factis hæreditas repudietur, Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 10. num. 13. & 14. & an donatio de hæreditate valeant, latè Cauall. practic. queſt. in 149. q.

Num. 65. quod in renunciatione facta à matre ſi filijs præiudicet, latè Molfeſius in conſuetud. Neapol. tit. de Renūciat. q. 5.

Num. 66. adde Paul. Stayban. conſil. 57. nu. 4.

Num. 67. defectus eius ſuppletur iuramento, Morot. reſp. 52. num. 11. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 29. num. 5. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 531. nu. 34. Magon. dec. Lucenſ. 64. num. 2. Peguer. dec. 48. num. 2. Peregr. dec. Paduę 91. numer. 7. Cancer. tom. 3. cap. 7. num. 307.

Num. 68. vide Ioſeph Ludou. in ſuis concl. tit. de donat. concl. 2. in fine verſ. pariter Gratian. diſceptation. forenſ. cap. 182. num. 20.

Num. 69. vide Gratian. diſcept. forenſ. c. 827. num. 1.

Num. 70. vide Iul. Clar. in §. donatio q. 15. num. 2. Morat. conſ. 52. nu. 13. Barz. dec. 25. num. 52. Cancer. var. reſolut. tom. 1. cap. 8. nu. 6. Fontan. ibi num. 11. Ceuall. q. 222. nu. 6.

Num. 71. ſufficiunt verba generalia, vt dicatur renũciatum inſinuationi Gratian. d. c. 531. num. 35. Magon. vbi ſupra num. 63. Gallerat. in tract. de renunciat. tom. 2. cent. 1. cap. 99. ſed ad propoſitum autoris videas Iacob. Gall. conſil. 39. nu. 5.

Num. 73. vide Gratian. diſcep. forenſ. cap. 160. num. 11. cum ſeq. Bellac. inter com. opin. lib. 4. tit. 35. num. 3. Mantic. de tac. & ambig. lib. 4. tit. 22. nu. 21.

Num. 74. vide Maſcard. de probat. concl. 1300. & concluſ. 109. num. 9. Tiraq. de retract. conuent. gloſ. 7. nu. 49. & 51. Machell. patroc. 14. nu. 6.

Num. 76. Probatio contra tenorem inſtrumenti non admittitur niſi per aliã ſcripturam, Maſcard. de probat. concl. 1320. num. 22. & an, & quando probatio teſtium contra inſtrumentum admittatur idem eodem tractatu in 6. queſt. & quot teſtes ſint neceſſarij Ceuall. Pract. quaſt. in 455. queſt.

Num. 77. Bellac. à lib. 4. tit. 35. num. 1. Mantic. de tac. & ambig. lib. 4. tit. 22. num. 1. conſ. 1. Theod. alleg. 98.

Num. 78. Maſcard. de probat. concl. 612. Surd. dec. 15. nu. 26. Magon. dec. floren. 104. Viuius opin. 152.

Num. 79. vide Bellac. vbi ſupra ſub num. 1. verſ. vbi dicunt, Alexand Trentacinque var. reſolut. tom. 3. tit. de empt. & vend.

*vendit. reſolut.* 15. *num.*4. *Viuius vbi num* 2.

Num.81. *Euerard.in eius topica loco à na tur.alter.nu.*15.

Num.83. *Bellac. vbi ſupra num.* 2. *Alexand. Trentacinq. variar. reſolution. lib.* 3.*titul.de empt.& vend.reſolut.*15. *num.*3.

Num. 85. *Mantic. vbi ſupra numer.* 19. præſumitur eſſe illius cuius nomen eſt in inſtrumento.

Num. 86.*Ozaſc.dec. Pedemont.*72. *num.* 4. *Maſcard. de probatio.concluſ.* 907. *num.*1.

Num.87. quo ad additionem *Maſcard. de probat.concl.* 41. *num.* 4. *Menocb. de præſumpt. lib.* 4. *præſumption.* 100. *num.*12.

Num.88. *Maſcard. de probat. quaſt.* 6. *num.*67. *Iac. Nouell.in regul.*212. *Anton.Gabriel. in titul. de teſtibus concl.*4. *num.*83.*&* 90. *Magon.deciſ.flor.*140. *num.*5.

Num. 89. *Maſcar. eo tractat. concl.* 347. *num.* 56.

Num. 90.vide *Tiraquell. de retract. conuent.ad finem tituli num.*24.*vbi plures allegat.*

Num.92.adde *Menocb. de præſumpt. lib.* 3.*præſump.* 145.

Num.93. & ſic productio Inſtrumenti in partibus pro ſe facientibus non valet,*Aſin. in praxi iudic.*§.22.*cap.6.nu.* 5.*Magon.dec.Lucenſ.* 25.*nu.9. Regens Valenzuel.conſ.*49.*nu.*7.

Num.95. adde quod Caſtrum licet de iure communi, quis edificare poterit, dummodo ad emulationem non fiat, in Hiſpania verò ſecus abſque licentia Regis,*Cabed. dec.*16. *num.* 6. *par.* 1. *Ioan. Saynſon. in conſuetudin. Turon.tit.* 4. *artic.* 7.*gloſ.* 1. nec per hoc videtur Domino inhibitum meliorem conditionem feudi facere illud augendo, *Par. de reintegr.feud. c. iuxta præmiſſa num.*13.*& cap.an ſi baro nu.*3.*fol.*65. & ſimiliter neceſſarias impenſas facere pro Caſtri munitione ad perpetuam vtilitatem, idē *Ioa. Sayn.tit.*15.§.14.*gloſ.*2.de reliquis videatur *Aluarad. de coniect. ment. teſt. lib.*2.*c.*4.*num.*43.

Num.96. vide *Borgn.dec.Fiuiz.* 144.*nu.* 19.*par.* 1. *Riminald.conſ.*411.*col.*3.*& conſ.*435.*num.*70.*vol.* 4.*Valaſ. conſult. ibi nu.*2.

Num.97.ſoli principi licet gratis hoſpitari *Mieres in conſuet. Catal.Cellat.*10 *c.*17.*num.*7.& quamuis de iure communi, quis inuitus hoſpitari non cogitur,probat idem *nu.*4. & quod Vaſſalli non ſint obnoxij recipere dominum ſuum in hoſpitem in ſuis domibus,nec ei hoſpitium dare,refert *Cāœr.var. reſol.tom.* 3.*cap.* 5. *num.* 63 *vbi num.* 68. excipit dominum Regem.

Num.98.expenſę neceſſarię omnino deducuntur,& reſtitui debent *Borgnin. dec.*36. *nu.* 434.*par.* 2. *latè Garſia in tract.de expenſ.c.*2.

Et quod expenſę in munitionibus factæ ſint neceſſariæ,probat *Io.Soiſon.* vbi ſupra præſertim in fortilitio, & alijs neceſſarijs in maioratu loquitur, *Aluarad.de coniect.ment. teſt.lib.*2.*c.*4. *num.*44.

Num.99.addas *Molin.de primogen.Hiſpan.lib.*1.*c.*1.*nu.* 27. *Aluarad. de coniect.ment.defunct.lib.*2.*c.*4.*nu.*3.

Num.100.*Garſ.d.tract.c.*2.*nu.* 1. *Mareſ. var. reſol.lib.*2.*c.*109.*num.*14. *&* 15. *Iac.Nouel.in reg.*14.*nu.*2.

Num.101. *Menocb. de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.*130.*nu.*5.

Num.102.vide *Menocb. d.tract.eod. lib.* 3.*præſumpt.*32.vbi de hoc agit quando donaſſe præſumatur, quod ſcienter in alieno ſolo edificaui,& nu. 12. præſertim loquitur de cuſtodiente Caſtro,& aliquid in pendente cauſa perpetuæ vtilitatis, quod non aliter animo donandi,ſed repetendi agere videtur,& expenſę in dubio videntur factę animo repetendi, *Maſcard. de prob.concl.*727.*nu.*1.

Num. 103.*Mareſc.d.lib.*2.*c.*110.*nu.*18.

Num.104. ad ornatum iſtius legis vide *Aluara.de coniect.ment.teſt. lib.*2. *c.* 4. *per totum.*

SVM-

Digitized by Google

# SVMMARIVM.

1 Condemnatio cõtra plures hæredes fieri debet proportionibus hæreditarijs.

2 Inſtantia cepta cum defuncto tranſit ad omnes hæredes & etiam in hæredem vniuerſalem, quatenus ſunt hæredes, & num.3.

4 Creditor ſuccedens ſuo debitori, viſus eſt ei remittere ſuas actiones pro ea parte, pro qua eſt hæres, etiam ſi talis creditor vellit, poſtea agere actione hipothecaria.

5 Condemnatio fieri non poteſt ſuper non petitis.

6 Pretium loco rei non ſuccedit in ſingularibus.

7 Hæreditas dicitur deducto ere alieno.

8 Vxor ſoluto matrimonio per mortem mariti, poteſt ſibi ipſi dotem ſoluere, & idem in quolibet poſſeſſor rei hęreditariæ.

9 Mandatum primum nõ reuocatur per ſecundum mandatum alteri datum, & quo modo procedat.

10 Emens rem hipothecariam prius conueniẽdus, & condemnandus eſt, quàm venditor, & quomodo procedat.

11 Præſcriptionem allegans tenetur eam probare.

12 Interpretatio in dubio debet fieri contra allegantem præſcriptionem, & in dubio iudicandum eſt, præſcriptionem locum nõ habere.

13 Bona fides etiam requiritur in fructibus præſcribendis: & ſi titulus non requiratur ad eos præſcribendum.

14 Pretium in hipothecaria non ſuccedit loco rei, & idem in fructibus venditis rei hipothecatę, vt ibi, & quòd tunc requiritur excuſio in bonis principalis, vt nu.15.

16 Expenſæ vtiles ex re & fructibus deducẽdę ſunt.

17 Bona fides de iure præſumitur, etiam ex iniuſtis, & temerarijs rationibus, & num.18.

18 Dolus abijcitur etiam ex probatione inualida, & ex coniecturis.

19 Vxor ſoluto matrimonio per mortem viri poteſt vti retentione bonornm mariti, pro dote ſua, & arris.

20 Venditio præſumitur bona fide facta, & n. 21. & 24.

21 Poſſeßor bonę fidei rem vendens, tantum tenetur, quatenus eſt factus locupletior.

22 Hipothecaria non competit contra bona fide deſinentem poſſidere.

23 Hipothecaria actio eſt realis.

24 Res præſumitur vendita, pro equiualenti pretio.

25 Litigioſi vitium non habet locum, quando pendente lite res hipothecata venditur.

26 Vendens rem hipothecatam vel litigioſam ex iuſta cauſa, tantum tenetur ad pretium, quod recepit, nec ex hoc cauſatur vitium litigioſi, vt ibi, et ibi ponitur intellectus ad tex, in l. ſi poſſeſſor §. quod ſi poſt petitam, et in §. bonę fidei poſſeſſor, ff. de peti. hæredita.

27 Mulier à dolo præſumpto excuſatur.

28 Vxori viduæ ſoluto matrimonio, reſtitui debent dos, et arre cum uſuris.

## ARGVMENTVM.

An ſententia confirmari poſſit primo ex eo, quod cum eſſent quatuordecim hæredes vnus ipſorum fuit condemnatus inſolidum, ſecundo, quia contra ius dum ipſe condemnatus fuerat ad ſolutionem totius ſummæ, ex quo actor hæres ſui Aui pro ea parte, pro qua eius pater hæres fuerat actio cõfuſa fuit, tertio ex quo pretium oppidorum, & eorum fructus cenſeri non debent bona Aui, quia in ſingularibus non ſuccedit loco rei, quarto iniuſta redebantur, quia oppida empta fuerant ab N. qui eorum fructus perceperat vnde ipſa prius petenda erant antequam pretium peterętur, & denique, quia ipſe condemnatus fuerat non tantum in eſtimatione ipſorum prædiorum, cum fructibus, ſed etiam conſiderato valore præſenti longe diſcutitur.

CON-

Digitized by Google

## CONSILIVM IV.

Primi maximi Dei ſuffragio
poſtulato, eiuſq. ſanctiſſi-
mę Genitricis Mariæ. In
cauſa quæ ventilatur inter
D.Michaelē Chacon. ad-
uerſus D.Ioannem Chacō.
Breuiter oſtendemus iuſti-
tiam dicti D. Michaelis Cachon,& ſingula-
tim docebimus capitula primæ ſententiæ, in
quibus iniuſtè ipſe D. Michael Cachon eſt
condemnatus.

Et primò in eo quòd dictus D. Michael
inſolidum condemnatus eſt, cum eſſent qua
tuordecim hæredes præfecti eius patris. Si
1 quidem proportionibus hæreditarijs † con-
demnatio fieri deberet aduerſus omnes hæ-
redes, vt in *l.pro hæreditarijs, C. de hæredita.*
*actionib.* & *in l.1. C. ſi cert.peta.* & *in l. ea*
*qua, Cod.famil. herciſcun. l. cum à matre,*
*C.de rei vendic.l.parentibus, C.de inoffic. te-*
*ſtamen.* & *in l.2. C.ad l. iul.de vi publi.qui-*
*bus conſonat, l.8.tit.29. par. 2. cum alijs.* Et
inſtantia cepta cum donna Ineſia Manrrici
dicti D.Michaelis matre, pro ſe & nomine
2 ſuorum filiorum, ad omnes † tranſit hære-
des: & etiam in hæredem vniuerſalem *ex l.*
*tam ex contractibus, ff.de iudic.cum alijs de*
*quibus Soccin. in conſ.31. proſequendo ordi-*
*nem, nu.8.lib.1.* & *idē notant Paul.Caſtrenſ.*
& *cæteri DD.in l.ſi cum hominem, co.2.verſ.*
*1. illud ad quòd, ff. de fideiuſſ.* & *ſcribentes*
*in l.hæres abſens.ff.de iudic.* & *in ca. quia, C.*
*de iud.*& plenius per ſcribentes traditur in
*l.ſi conſtante, §.fin.ff ſolu.matr.* & *in l. de*
*quare, §.cum me abſente, ff. de iudi. cum alijs*
*de quibus Ioan.de Neuiza.in conſ.20 clemē-*
*tiſſimi num.29.cum pluribus ſequentibus,* &
alibi ſæpe traditur, quod ſatis probatur in
*l.37.verſ.otro ſi quando el clerigo.tit.6.par-*
*tita primera,* & *ibi latè Greg.Lup.in verb.de*
*mand.ad idem videtur tex.in l.68.in legibus*
*ſtilli.* Nec tranſit inſtantia in hæredem, niſi
3 † quatenus eſt hæres, vt in terminis noſtris
adnotat *Paul.Caſtr. in d.l.tam ex contracti*
*bus, col.1. verſ.ego declaro ſic,* & idem con-
ſtat ex eodem *Paul.Caſtren.in d. l.ſi cum ho-*
*minem col.2.verſ.primo illud ad quod, ff.de*
*fideiuſſ.* & *ex Bart.Socc.in d.conſ.31.num.8.*
*verſ.ſed quoniam lib.1.*

Secundo prædicta ſententia eſt iuri con-
traria, in eo quòd in ea dictus D. Michael
fuit condemnatus ad ſolutionem totius de-
biti, cùm & pater dicti D. Ioannis Cachon
fuerit hæres dicti præfecti eius aui, igitur
pro ea parte pro qua dictus eius pater hæres
fuit, actio confuſa fuit. Si quidem cum cre-
4 ditor eius † debitori ſuccedit actio confun-
ditur pro parte pro qua eſt hæres, *l. debitori,*
*C.de pact.l.licet C.ad falcid.* & *l.cum ſecundū*
*C.de fideicom.l.ſi ab eo, C. de nego. geſt. l. ſi*
*adul.C.de hæred.act.cum ſimilib. ad idem eſt*
*bonus tex.in l.ſi compenſandi, C.de hæredibus*
*inſtituen. quibus concordat tex.in l.15.tit.6.*
*lib.3.fori legum,* & *in l.24.titul. 13. par. 5.*
quod procedit, & ſi actio hipothecaria ſit
intentata, quia & ſi hæres creditoris agere
poſſit inſolidum hipothecaria *ex tex. in l.*
*mulier, ff.qui pot.in pigno.habe.* & ſatis pro-
batur in iuribus ſupra citatis præſertim in
*l.1. C. de hæredit.act.cum alijs de quibus Ro-*
*der.Suarez in repeti.l. poſt rem iudicatam in*
*1.limitatione ad legem regiam, col.pen.* & *fi-*
*nali, ff.de re iudic.* tamen pro ea parte pro
qua eſt hæres, debitum extinguitur vt legi-
tur & notatur *in d.l.1.C.de hæredita.act.* &
*ibi eſt bona glo. in uerb.non prohiberis,* quod
in expreſſo inibi adnotant *Ioan.Fab.num.1.*
& *Salic.col. 1.uerſ.oppono quòd non agat. cū*
*ſequentib.* & *Bald. etiam ibi col.1.verſ.ſecū-*
*do oppono, ad quod eſt optimus tex.in l.24.ti.*
*13.parti.5.cum ſimilibus.*

Tertio prædicta ſententia iuri etiam ad-
uerſatur, quia extimatio & valor oppidorū
de Oria, & Alboreas, & Venitangla, habita
conſideratione ad tempus præſens, cum fru-
ctibus qui hucuſquè ab ipſis oppidis proce-
ſerunt, reputantur bona dicti præfecti, ſi qui-
dem in hoc proceſſu non fuerit pretium. Vn
5 de ſuper eis pronunciatio fieri non potuit,
*ex l.fin.C.de fideicom.liberta.* & *in l. vt fun-*
*dus, ff.commu.diuidun.* & *in l.ſi ex teſtamen-*
*to.in fi.ff.de excep. rei iudic.* cum ſimilibus
de quibus in propoſito *Iaſ. in §. omnium*
*col.fin.nu.176.cum ſequent.inſt. de actionib.*
*quibus accedat tex.notabilis in l.16.(Afinca*
*damente.) in princ. tit. 22. (De los juyzios)*
*Parti.3.* & *ibi notanter Greg. Lup. in verb.*
*que no pertenecieſſe.*

Præterea valor dictorum oppidorum, &
eorum fructus non debent cenſeri bona præ
dicti præfecti: & eo maximè, quod hic ſu-
6 mus in ſingularibus † in quibus pretium nō
ſuccedit loco rei, vt in *l.mater,* & *ibi DD.C.*
*de rei vend.* & *in l. ſi rem* & *pretium, ff.de*
*peti. hæredit.* cum alijs de quibus meminit
*Alex in conſ.49.*in cauſa & lite vertēte *col.2*
*verſ. eſt modo videndum lib.7.* & *ſingulari-*
*ter in propoſito Card.Paul.Pariſ.in conſ.55.*
*quoniā Iacobus num.66. cū ſequentib.lib.3.*

Proinde ipſe præfectus debitor erat do-
tis eius vxoris; quę ingentis valoris erat, qđ
7 debitum extenuat † bona ipſius præfecti, *C.*
*ad l.fal.l.irritum,* & *ff.de colla.bono.l. fi.* &



Digitized by Google

ff.eod.tit.l.1.§.fin.bonus tex.ad idem in l.pater filiam in princip. ff.ad l.falcid. cum alijs, bona enim dicuntur deducto ere alieno, vt in l. ſubſignatum, §. bona, ff. de uerbo. ſignif. & in l.mulier, ff.de iur.dot. & in l. Papinianus, §.quarta autem, ff.de inoffic. teſtamentis, & in l.ſi quis ad declinandam, §. licentia in fin.C. de.Epiſcop.& Cler. Quæ ex alio ſuadentur, quia mater dicti D. Michaelis Chachon vxor dicti præfecti, pro eius dote & ar ris exoluendis prædicta oppida vendidit, & fecit talem venditionẽ de expreſſo conſenſu patris dicti D. Ioannis, & ſuorum fratrum.

8 Pręter hoc quòd ipſa ſibi potuit ſoluere † ex tex.in l.quotiens §. ſicut autem, & in §. non tantum, ff.de adminiſtr.tut.& in l.fiſtulas, §. fundum, ff.de contrahen.empt.& in l. debitor, ff.de nego.geſt. cum alijs ſtatim allegandis, num.19.& cum ipſa iuſte dicta oppida poſſidebat, ſibi ex hoc ſoluere poterat; ſi quidẽ quilibet iuſtus poſſeſſor etiam rei hæreditarię ſibi ſoluere poſſit, ex l.ſi quid poſſeſſor, §. ſed et ſi ipſi, ff.de peti.hæredita.& in l.titia, ff.de ſolutionib.vbi ex tex. ad hoc notabilis in propoſito. Nec dictum mandatum conceſsũ dictæ donnæ Ineſiæ ad venditionem dictorum oppidorum, ex eo reuocatum fuit, quia mandãtes ad hanc litem procuratorem cõſtituerunt, cum ad diuerſa illum conſtituerint ex tex. notabili in l. ſi quis cum procuratorio, §. Iulianus, & ibi notant Bal. col. 1. verſ.illud eſt intelligendum Paul. Caſtrenſ. col. 1.in princip.ff.de procur. quibus accedat tex. in l.24. Señaladamente in verb. (en eſſe miſmo pleyto) tit.5.part.3. & eſt gloſ. notabilis in l.vxorem, §. feliciſſimo in verbo generali, ff.de legat.3.cum alijs de quibus in propoſito Domini de Rota in antiquis in deciſio.479.& melius in deciſio.298. ſi quis cõſtituat in nobis, & Bartol. in l. cum ſeme col.2.verſ.oppono de ſequen.& in verſ.not ad illud. ff.de tutel.ti.generali. & plenius per Card.Paul.Pariſ.in conſ.88. quòd ſententia. num.22.cum pluri b.ſequentib.lib.4.poſt Cardinal.Florenti. in clem.1.col.pen. verſ.ſexto quæro de renunc.& alibi ſæpe.

Quarto prædicta ſententia iniuſta etiam fuit, quia dicta oppida emit Marchio de Velez, vt ex proceſſu conſtat ipſe, quæ eorũ fructus percepit, namquẽ, & ſi prædicta non obtinerent, prout obtinent prius ipſa oppida cum fructibus perẽda erant à dicto Marchione, antequam eorum pretium peteretur à dicta donna Ineſia, ex tex.& inibi gloſ. in verb. poſſeſſores in l.1.ff.de diſtra. pign. & ibi Bartol.& Doctor.colum.1.in notabilibus, & in columna 2. verſ. ſed quæro quid ſi res,

10 quin expreſſo tenent, quòd ſi quis † vendit rem alteri hipothecatam pro aliquo debito, quòd creditor non poteſt agere ad pretium datum pro ipſa re aduerſus venditorem, & eius hæredes ſed prius acturus eſt contra emptorem ad rem ipſam & fructus, & tantum venditor in ſubſidium tenetur, nempe ſi res præſcripta fuerit, vel prorſus perempta idem & probat textus in l.1.C.de rebus alie.non alienan.quibus accedat tex.in l.54. qui notabilis eſt, titulo quinto par. 5. de qua præſcriptione in præſenti non conſtat, nec à iudice ſuppleri poteſt, vt in cap. veniens in fine, de præſcript. & in l. emptor, C.de præſcript. long. temp. & in expreſſo ita tenet Guid. Pap. in quæſt.221. in incip.Item dicta die, per totam, & faciunt quæ DD. tradunt in l.1. C. vt quę deſ nt aduoca. par.iud. ſup. & in l.1.ff.de exceptionib.titu. generali, ad quod etiam videtur bonus tex. in cap.1. in final. verb. de pręſcript. li. 6. & præter hoc facit, quia aduerſarius erat probaturus omnia requiſita ad præſcriptionem: ſiquidem in præſcriptione ſe fu: dans eam

11 probare † teneatur ex tex.in c. cum perſonæ §.quod ſi tales, & ibi gloſ. in verb. munitos de priuileg. lib.6. & ibi notat Dominic. colum.1.in verſ. nota quòd allegans, & probatur in d.l.emptor. & in d. cap. veniens in fine, nec præſcriptam rem quis præſumitur tenere, niſi ad allegante ipſa præſcriptio probetur ex tex. in l. ſi tibi & inibi gloſ. in verb.minime, & Bald.colum.1.verſic. quæro quid, C.de ſeruitu.& aqua. & probatur in d.cap.1.de præſcript. lib.6. & ibi Dominic. colun.1. verſ. nota quòd excipiens ſunt, & plures aliæ concordantiæ de quibus meminit Aym. Crauett.in conſ.201. præſupponitur in facto numer. 29. cum pluribus ſequentibus.& in conſilio 29.pro clariori num. 9.

12 vbi ait inter alia, quòd in dubio † debet fieri interpretatio contra allegantem præſcriptionem & etiam dicit ibi, quòd in dubio iudicandum eſt pręſcriptionem locum non habere: & contra eam allegantem ſunt, & alię concordantię de quibus Cardin. Paul. Pariſ. in conſil.27. in pręſenti conſultatione num. 35. & 36. & melius numer. 89. & 90.lib. 1. & iam dicta confirmantur ex alio, quia in pręſenti conſtat mala fides dicti Marchionis ex pleriſquè cauſis: qua extante notiſſimum eſt in iure, pręſcriptionem decurrere non poſſe textus in cap. final. de pręſcription. cum alijs ſuis notiſſimis, quę bona fides, etiam requiritur † in fructibus pręſcri-

13 bendis; & ſi ad eos præſcribendos non requiratur titulus iuſta tradita in leg. ſiqui-

tur

*tur, §. fructus, ff. de vſucap. & in l. ex diuerſo, ff. de rei vendic. cum alijs de quibus Alex. in propoſito in conſ. 154. conſideratis his, numero 1.2. & 3. lib. 6. poſt Barba. qui ſingulariter loquitur in conſ. 51. clementiſſimum col. 3. 4. & 5. lib. 4. latiſſimè Andr. Tiraquell. in repe. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. in verbis reuertatur, num. 228.*

Sane, & *gloſ. in dicta lege 1. ff. de diſtr. pigno.* in verbis poſſeſſores, adnotanda ad hoc
14 eſt, quod pretium † in hipothecaria rei loco non ſuccedit, niſi in ſubſidium quam *gloſ.* & inibi DD. ad hoc adnotant: & idem tenet *Bar. in l. quia debitore co. fin. verſ. ſed quæro, ff. de his quæ in fraud. credito. & Angel. in d. l. ſi rem & pretium col. 2. verſ. in hipothecaria ff. de peti. hæred.* ſunt & aliæ concordantiæ de quibus *Anton. de Fano in ſuo notabili tractatu de pignoribus in 1. membro 5. partis n. 48. verſ. aut ſumus in hipothecaria. & in verſic. in alia autem hipotheca. Vnde Paul. Caſtrenſ. in d. l. ſi rem & pretium col. 2. verſ. in vltima gloſa dicit*, quòd ſi emptor etiam rei poſſeſſor conueniri poteſt, quia extat res apud eum, quòd non poterit agi contra venditorem ad pretium rei hipothecatæ venditæ, quod & tenent DD. maximè *Bald. in l. fin. §. & ſi perfectam col. 1. verſ. quartò nota C. de iur. deliberan. & Iaſ. in l. item quia num. 18. ff. de pact. & idem Iaſo. in l. ſi eum ſeruum nu. 7. ff. ſi cert. pet. poſt Alex. in conſ. 108. viſo proceſſu col. pen. & fi. ver. alio fundamento, & in verſ. item & fortius, lib. 5. & Anto. de Fano. in d. tract. de pignorib. in 4. membro. 2. partis. nu. 149.* vbi & ait, quòd in fructibus venditis rei hipothecatæ pretium non ſuccedit loco rei, pro qua ſententia eſt *text. in d. l. 1. ff. de diſtra. pigno. & in l. ſeruos, C. ſi vned. pigno. aga.* & ad prædicta eſt etiam *tex. regius atque notabilis, in l. 44. tit. 13. par. 5.* qua diſponitur, quòd quamtuncunquè creditor circa ſolemnitatem pignus vendat, quòd rei dominus non poterit agere contra venditorem niſi in ſubſidium re dirupta, ſeu præſcripta, qui *tex.* in fortiori caſu loquitur, ſcilicet, quia loquitur in vero domino rei agente, non autem in habente ius tantum hipothecæ, & non dominium, vt noſter eſt caſus. Præterea & quòd quando pignus venditur à creditore, etiam ſi dominus expreſſim ratam habeat venditionem pignoris, nō poſſit agi ad pretium contra venditorem antequam res ſit præſcripta ſeu perempta, in expreſſo tenet etiam *Pet. de Bellapert. in d. l. ſeruos C. ſi vendit. pignor. aga. col. 1. verſ. pater tuus*, & ibi etiam *Salicet. col. 1. in verſ. quæro qua actione, & in verſ. quærit gloſ. & Cin. in verſ. ſed numquid, & Alberic. colun. 1. verſ. item dicit gloſ.* & ibi etiam *Ioan. Faber.* qui omnes hoc ibi tenent contra *gloſ. inibi in verb. petat pater, quæ gloſ.* loquitur cum dominus venditionem expreſſe comprobauit, vt ex ea conſtat, & ita illam *gloſ. interpretatur Paul. Caſtrenſ. in leg. ab vno. colun. 1. verſ. ideo Bartol. C. de nego. geſt. & Alex. in d. l. ſi eum ſeruum colun. penul. ante verſ. iuſta hæc quærunt, ff. ſi cert. peta.* & hæc omnia ſatis confirmantur ex *tex. in l. 1. C. de reb. alien. non alienan. & in l. fin.* vbi eſt etiam bona *gloſ. in verb. mihi, ff. de nego. geſt. & ex tex. in l. 1. & ibi Salic. colun. 1. verſ. nota ex ſecunda parte, C. de commun. rer. aliena. & in l. familiæ, & ibi gloſ. in verb. petenda in verſ. ſi uero tuo nomine, C. famil. herciſcun. cum alijs.*

Præterea & dicit *Bartol. in d. l. 1. ff. de diſtra. pigno. col. 2. uerſic. ſed quæro in fin.* quòd
15 antequam † agi poſſit contra venditorem pignoris etiam re perempta, ſeu præſcripta, quòd prius facienda eſt excuſſio in bonis principalis, quod probatur in authenti. hoc ſi debitor, *in 2. C. de pignoribus*, & idem ſatis clare probatur in *l. 14. Empeñando, ibi Primeramente, tit. 13. par. 5.*

Et adeo prædicta vera ſunt, quòd non ſufficiet dominum tacitè approbare venditionem rei, vt ad pretium agi poſſit contra venditorem, re non præſcripta ita tenet *glo. ſingularis in d. l. mater, in uerb. prohiberis, C. de rei uendic.* & ibi etiam *Pet. de Bellaper. qui notabiliter loquitur.*

Quinto prædicta ſententia ſubſtineri non poteſt in quantum in ea fuit condemnatus dictus Donnus Michael non tantum in extimatione dictorum oppidorum cum dictis fructibus, ſed etiam fuit condemnatus conſiderato valore præſenti. Siquidem præter hoc quòd vt diximus, pretium rei loco non ſuccedit, & aduerſus eum agi non poſſit ad pretium re extāte apud dictum Marchionē, ſi hodie dicta oppida plus valent quā quando vendita fuerūt, vt eſt probatū, id. n. fuit propter magnas expenſas factas à d. Marchione in dictis oppidis, namquè expenſę vti-
16 les ex re, & fructibus † deducēdę ſunt, *ut in l. ſumptus, ff. de rei uend. & in l. fructus, ff. ſolu. matr. & in l. 44. tit. 28. par. 3. & in l. 26. titul. 11. par. 4. & in l. 6. tit. 8. par. 3. cum alijs.*

Verum & in hac ſpecie eſt conſiderandum, quòd dicta donna Agnes bona
17 fide prædicta vendidit oppida quæ † bona fides de iure præſumitur, vt in *leg. penult. Cod. de euiction. tradunt Doctores in leg. celſus, ff. de uſucap. maximè Bartol. col. penult.*



Digitized by Google

*verſ.ſed contra hoc,& eſt glo.in c.ſi diligenti in verb.bona fides de præſcript.facit tex. in l.merito,ff.pro ſot.& in l.verius ff.de probat. & eſt ad idem bona gloſ.in cap.fin.verb.bona fides de præſcript. cum alijs de quibus Paul. Pariſ.in conſ.93.finis,& conuentio,num.25. 26.& 27.lib.1.* & alibi ſæpe traditur, quæ quidem bona fides præſumitur non tantùm ex iuſtis cauſis, ſed ex iniuſtis & temerariis rationibus, vt legitur,& notatur *in l.1.C.vbi cau.ſtat.& ibi eſt gloſ.ſingularis in verb.receſſit,* quam ad hoc adnotat ibi *Bald. cuius etiam gloſ.meminit Iaſ. in l.qui iuraſſe,num. 6.ff.de iur.iuran.cum qua gloſ.* videtur communis opinio, vt conſtat ex pluribus traditis, per *Andr.Tiraquel. in tractatu de penis temperandis,in 43.cauſa nu. 34.& ſequent. & per Aym.Crauett.in conſ.6. plura videnda num.119.& 120.* & ſatis probatur in *l. igitur,§.poteſt, ff.de libe.cau.& in l.1.in fin. & ibi gloſ.in verb.iuſtis, ff.de abigeis, & in l.plagij,& ibi DD.C.ad l.faui.de plagia, & tex.in l.ſcire,§.ſed ſi lege.ff.de peti. hæredit. cum alijs* & ex probatione etiam inualida
18 † dolus abijcitur,*ex tex.in l.fin.ff.de reb.cõ. adnotat Bald.in c.1.ff.ſi duo.col. 2.in princ. verſ.ſed quid operabitur in tit.de pace tenen. in vſibus feudo.* & ex coniecturis dolus abijcitur, & bona fides probatur, vt latiſſimè DD. tradunt in *d.c.ſi diligenti, de præſcrip. et in d.c.fin.eod.tit.et in d.l.celſus ff. de vſucap.* & ſat eſt vt bona fides probetur, quod dolus abſit,& de ipſa bona fide conſtet, vt in *l.apud antiquos,et illic Bart.co.1.uer. no. quod ille,C. de furt.* Immo vt ipſa donna Agnes eſſet poſſeſſor bonæ fidei, ſufficit qđ ipſe præfectus ei dictã dotem, & arras deberet: pro quibus dicta donna Ineſia reti-
19 nere poterat † prædicta bona tamquam bona dicti præfecti, vſquè adeo ſibi exoluerentur, vt probatur in *l. ſi quis poſt hac in princ. C.de bon. præſcripto.et in autent. de exibend. reis,§.ſi uero quaſdam res colla. 5. et traditur in l.cum tibi,et Bald. in finalibus uerbis,C.qui por. in pign. habe.* & idem tradit idem *Bald.in l.pen.col. 1. uerſ.ſed quid de uxore,C.de pigno.act. et idem Bald. in l.ſi cui numerate,col 2. uerſ.in tex.ibi nel dotis,C.de non numer.pecun.poſt Bartol. in l.ſi filiofamil. in princ.co.1.uerſ.cum ergo, et in uer.nota ergò ff.ſolut.matrim.et idem tenet Iaſ.in §.item ſeruiana num.72.col.10. uerſic. & in tantum bona viri inſtit. de actionib. & idem Iaſo.in l.ſi non ſortem,§.ſi centum.num. 10.in fin.ff.de cond.indebi.* & idem tenet *Baldus qui notabiliter loquitur in l.1.C.quor. legato.col.2.verſ.nota pro vxoribus, & Dec. in l.dotis,nu.2.C.de collat.* & melius idem *Dec.in conſ.292.* dura admodum, per totũ, *& Soccin.in conſ.78.licet pendeat nu,8.ver. poſtremo lib.3.& idem Dec.in conſ.232.dura admodum nu.2.& in conſ.400.viſo elegãter num.5.& in conſ 449.viſis duobus num. 23.& Bal.Nouel.in tract.de dote 8.par.principali.in 6.priuilegio num.18.& 21.conſtitutus in 6.volum.tractatuum diuerſo. DD.fol. mihi 197.col.1.& 2.Ioa.Lup.de Pala. Rubi. in repet.rub.de donationib. int.vir. & vxor. §.59.operatur alium nu.1. & 2.* & iterum in eadem repetitione,*§.77.col.1.verſ.ad cuius confirmationem,& Anton.de Fano,in tract.de pignoribus 4.membro.5.par. num.5. & Thom.Gram.in dec.58. Magnif.Margarita num.3.& melius idem Gram.in dec.92 .in cauſa honeſte num.19.Capyc.in dec.119. in cauſa domini num.3.& alibi ſæpe,* quibus accedant tradita per *Barba.in cap.ex literis de pignorib.* fauorabilius enim eſt ius retentionis, quàm ius agendi ex *tex.in l.per retẽtionem,C.de vſur.& in l.2.vbi* Bald.*in 2.notabili,C.de fideicom.cũ alijs de quibus Aym. Crauett. in conſil.148. nobilis Antonia num.2.*

Proinde, & magis in terminis accedat in
20 fauorem ſupradictorum, quia præſumitur † venditio iure,& ob bona fide facta, ſecundum *Bald.in d.l.1.C.de reb.alie.non alienan. col.1.verſ.ſolutio.* ad quod citat per eum tradita in *l.ob maritorum,C.ne vx.pro mari.ad quod eſt ibi bonus tex.ſecũdum Salic.ibid.col. 1.verſ.item* nota quod hic videtur caſus, & ſat idem conſtat ex *eodem* Bald. *in l. inditia C.de rei vendic.col.2.ver.quarto quaro, & probatur in l.54. tit.5.par.5.verſ.otroſi dezimos.* Immo & vendens præſumitur rei dominus,ex *tex.in cap.cum olim, de cenſibus,* cum aliis cum de re aliena nullus diſponere poſſit, vt probat *tex. in l.fin.in fine,C.de pact.* & non poteſt conſtituere ſeruitutem in fundo niſi dominus fundi,*l.2.C. de ſeruit. & ab.& in l.fin.ff.commun.prædio.cum alijs ſuis vulgatis.*

Si igitur prædicta donna Agnes dicta oppida bona fide vendidit,& id fecerit mãdato hæredem dicti præfecti, omniquè iuri aduerſatur dicta ſententia,cum dicta donna Agnes ſit aſtricta ad valorem præſentis temporis dictorum oppidorum: cum contra eam non poſſit agi ad pretium,& cum etiam dictus Marchio de Velez poſſideat prædicta oppida.

Suadentur & prædicta,qui poſſeſſor bonæ
21 fidei † vendens non aſtringitur ad reſtitutionem pretii,niſi quatenus factus eſt locupletior: etiam in caſu quo aduerſus illum agi poſſit ad pretium, *ex tex.in l. vtrum, ff.*

de

*de peti.hæredita.* & *in l.ſi quid poſſeſſor in princ.* & *l.ſed ſi lege,§.conſuluit,ff.eod.titul.* & quòd vendens alienam rem bona fide, tantum ſit obligatus ad pretium receptum, traditur in *l.ſi cum ſeruum*, *ff.ſi cert.pet.*& clarè idem probatur *in d.l.54.tit.5.part.5. ibi (E es tenudo el vendedor en todas guiſas de tornar el precio a aquel cuya era la coſa.)* Et idem traditur *in l.1.C.de reb.alien. non alie.ubi eſt bona gloſ.in uerb.iubebit* idem tenet *Bald.in d.l.mater.col.penul.uerſ.deinde quero,* & *in uerſ.ſi uero, C.de rei uendic. poſt gloſ. ibi in uerb.prohiberis, uerſ. item ſi tu*,& ibi etiam idem notant alii DD.maximè *Petr.de Bellapert.col.penult.uerſ. ecce alia quaſtio ſi aliquis uendit,* & *Salic. col. 4. uerſ.quæro ſecundo,* & idem probatur *in l.in extimationibus,ff.de peti.hæredit.*

Hipothecaria notiſſimum eſt de iure, quòd agi non poteſt contra dictam Agnetē, nec contra eius hæredes,ſiquidem dicta oppida non poſſideant, nec dolo ea deſierunt poſſidere: & ideo contra poſſidentem debent ſuas intentare actiones,*ex tex.in l.ſi fundus,§.in uendicatione,ff.de pignoribus,*& *in l.mulier,ff.qui pot.in pign.habe.*& *in l.Paulus §.1.ff quib.mod.pig.uel hipothe.ſol.*& eſt ad idem *tex.in l.14.uerſ. el ſegundo,tit.7.p.3.*& *tex.in l.19.tit.13.par.5.cum alijs de quibus DD.in l.qui petitorio,ff.de rei uendic.* & *in l.fin.§.ſin autem C. de litigio.* actio 23 enim hipothecaria eſt realis, vt probat *tex. in l.pignoris uel hipothecę perſecutio in rem C.de pigno.*& *hipothe.*& *in l.pignoris,ff.eodem tit.*& *in l.1.tit.13.par.5.* cum alius de quibus in propoſito *Anton. de Fano. in ſuo aureo tract.de pignoribus* & *hipothecis, 3. membr.8.partis nu.17. uerſ. predicta tamen intellige* & *in 4.membro.2.partis num. 132.* & *in 2.membro.8.partis nu.1,uerſ. item contra tertium,* & *tradunt Bart.et alij in l. moſchis,ff.de iure fiſci,et alibi ſæpe.*

Ex quibus conſtat, non iuſte latam eſſe ſententiam aduerſus dictum D. Michaelem hæredem dictæ donnæ Agnetis: per quam condemnatur ad dictorum oppidorum pretium,& extimationem huius temporis.

Suadentur ſuperiora, quia non tantum interuenit bona fides dictæ donnæ Agnetis, immo ea vendidit pro iuſto pretio, vt conſtat ex proceſſu huius cauſæ, & de iure etiā 24 † res præſumitur vendita pro ęquiualenti & iuſto pretio,vt eſt *tex.notabilis in l.ſi uxor,* & ibidem *Bald.col.2.uerſ.ampliores pretij,C.ſi uend.pigno.aga.* dicit quod cōtrarium dicenti incumbit onus probandi, ad quod ibi *Bal.allegat etiam tex.ſingularem in l.fin.§. ſin autem dubitatio,C.de iure domi.impetrā.* & idem dicit idem *Bal.in l.ſi fundus§. quam quam colum. 1. uerſ. in gloſ.ſi fundus ff. de reb.eor.et idem conſtat in l.pretia rerum,ff. ad l.fal.et in l.65. in fine titul.4.par. 1.cum alijs* quod procedit etiam res vendatur in ſubaſtatione, quia præſumitur vendita iuſto pretio,cùm venditur plus offerenti ex *text. in l. mortis cauſa capimus. uerſ. fin. ff. de donat.cau.mort.*quem ad hoc allegat dominus donnus *Anton. de Padilla in repet.l. 2. C.de reſcinden.uendi.nu.30.* poſt principiū, & vltra eum ad prædicta vide *Fabia. de Mon.de empt. et vend. 8. q. principali num. 25. in fin. et num.26.qui reperitur,in 5. uol. tractat.diuerſorum DD.fol.494. Et tex.in d.l. 1.C.ſi uend. pign.aga.* tantum loquitur in habente ius pignoris, non vero loquitur in habente etiam ius retentionis, prout dicta donna Agnes habeat maximè de conſenſu & mandato hæredum prædicti præfecti, ad quam etiam pertinebat dimidia pars dictorum oppidorum tanquàm quæſita durante matrimonio inter ipſam, & eius maritum, magnum enim diſcrimen eſt, an vendatur res aliena,in qua quis ius habet,vel in qua venditor nullum ius habet: vel quòd quis vendat rem alienam conſenſu domini, vt conſtat ex *tex.in l.emptor,ff.de rei uendica. iuncta.d.l.mater,*& ibidem *Bald.in 3.oppo. C.eod.tit.*& idem ſatis probatur *in.l.in edibus. §. quod filiusfamilias.ff.de donationib.*& *in l.ſi quis hac lege,§.ſi filius, ff. qui* & *a quib.optimus tex.ad idem in l. ſicut, §. uenditionis,ff.quib.mod.pig. uel hipothe.ſolui.cum alijs de quibus And.Tiraquel.in leg. Conubialibus,in gloſ.3. poſt leges Conubiales num.137.cum pluib.ſequentib.* & prædicta etiam probantur in *l. ſi mulier intercedendi, ff.ad uelleya.et in l.pupillus §. final. ff.de uerbor.ſignif.et in l.id quod noſtrum.ff. de regul.iur. cum alijs.*

Præterea prædictis non obſtat quod aduerſarius in contrarium dicit, nempe quòd venditio dictorum oppidorum fuit facta poſt hanc litem motam: & ita quòd ex hoc conſtat de mala fide dictæ Agnetis vendentis: & quòd ideo tenetur ad pretium dictorum oppidorum conſideratum ſecundum præſens tempus.

Tum quia,& prædictis manifeſtè probatur bona fides dictæ donnæ Agnetis.

Tum etiam,quia tantum in hac lite aduer 25 ſarius hypothecariaagit, cuius lis non † fecit dicta oppida litigioſa,vt eſt *tex.in autē. de letigioſis,§.ab hoc autem colla.8.per quem tex.ita tenet gloſ. in autent.litigioſa, in uer.*

domi-

dominio, C. de litig. quam inibi Bald. colu. 1. uerſ. in gloſ. in uerbo ad hoc comendat, et Iacob. Butrig. in authent. hoc ſi debitor, C. de pign. col. 1. verſ. ſecunda lectura eſt. vbi & dicit, quò iuditio ſuo hęc eſt ipſa veritas. idē & tenet Bart. in l. 1. §. inter, col. 1. verſ. primo caſu, ff. de litigio. & Bald. in l. 1. C. commun. diuidun. col. 2. uerſ. ulterius opponitur, & Guido pap. in q. 432. ſupra nu. 6. & in q. 337. pro declaratione, num. 4. uerſ ſed an per hipotbecariam, & in uerſ. an in actione, & notabiliter idem tenet Mathe. de Afflict. in conſtit. Neapol. lib. 2. rub. 41. num. 8. & 13. char. mihi 148. col. 2. & 4. & Io. Ferrar. in ſua pract. ciuili. in tit. de forma libelli in act. reali decla. num. 81. char. mihi 18. col. 1. vbi ait hoc probari, in l. 1. C. de litigio. & in l. 1. C. de præſcr. long. tempo. idem etiam tenet Greg. Lup. in l. 13. Muchas uegadas, tit. 7. par. 3. in uerb. E que era ſuya, quibus conueniunt tradita, per Auguſt. Vero. in cap. 1. nu. 20. de confir. util. uel inutil. & melius tradita per D. Did. Cou. in c. 15. pract. quę ſt. num. 6. per totum maximè, colu. 2. illius num. 6. & etiam in num. 7. uerſ. hinc etiam deducitur, & in uerſ. maior ac iniquior. & quæ conſuluit Guid. pap. in conſ. 82. in cauſa, num. 1. col. 2. uerſ. nec inualidatur, lib. 2. & ſi in contrarium faciunt tradita per Ioan. de Neuiz. in conſ. 20. contra nu. 14.

Proinde, & ſi poſſeſſor hæreditatis poſt litem conteſtatam rem vendiderit, gratia eris alieni ſoluendi, & ita id faciat ex iuſta
26 cauſa, tantum † tenetur ad rei venditæ pretium, non autem ad pretium præſens cū fructibus vel vſuris ex tex. in l. item ueniunt, §. ſimili modo. ff. de peti. hęredi. & ibi adnotat Paul. Caſtr. col. 2. uerſ. in tex. ibi non amplius, & in uerſ. oppo. pro declaratione poſt Bar. inibi in notabilibus tex. & eſt etiam ad idem tex. in l. quòd ſi in diem §. idem Iulianus in 1. ff. eod. tit. de peti. hære. & in l. æſtimationibus, ff. eod. tit. & in l. ſi poſſeſſor, §. quod ſi poſt petitam, & in §. bonefidei poßeſſor. ff. eod. Quæ fortaſis in contrarium ponderatur, quæ loquitur in iudicijs vniuerſalibus, & ita eam intelligit ibi gloſ. in uerb. ſed ſi forte, poſt principium & Fulg. etiam ibi num. 2. in fine poſt Paul. Caſtren. in d. l. item ueniunt, §. ſimilitudo, ff. de peti. hęredi. col. 2. uerſ. oppono pro declaratione in fin. vbi temperat illum tex. niſi venditio fiat ex iuſta cauſa, vel ex neceſſaria quibus & conuenit tex. in l. ſed ſi lege, §. item ſi rem diſtraxit. in 1. & in §. item ſi rem diſtraxit bonefidei poßeſſor ff. eod. tit. de peti. hære. & tex. notabilit in l. 5. tit. 14. par. 6. & quòd in hoc caſu ſcilicet, quando venditio fit ex cauſa neceſſaria ſeu ex iuſta, nullum vitium litigioſi allegari poſſit, nec quòd in iure cauſetur, ſatis probatur in l. fi. C. de litigio. & tradunt communiter DD. in locis ſuperius citatis, dum agebamus an in hipothecaria cauſetur vitium litigioſi, & cū dicta l. final. concordat text. in l. 14. tit. 7. part. 3.

Cæterum, & reſpondetur ex tex. in l. item ſi uerberatum §. ſi quis rem. ff. de rei uendica. qua in lege Angel. col. 1. uerſ. in tex. ibi pretium adnotat, quòd cum quis à principio eſt bonę fidei poſſeſſor ex iuris præſumptione, quòd venditor tantum tenetur ad pretiū receptum, quod maximè in muliere ex eo
27 obtinet, quia mulier † à dolo præſumpto excuſatur, vt in l. ſi decipiendi, & ibi notat gloſ. 1. ad Velleya. & eſt ad idem glo. communiter recepta in l. ubi exigitur in uerb. niſi dolo malo, ff. de eden. cum ſuis uulgatis.

Sexto prædicta ſententia iniuſta ex eo eſt
28 † quia in ea iudices non pronunciarunt per ſolui dotem, & arras dicto D. Michaeli Chacon, vt hæredi dictæ donnæ Agnetis, maximè, quia dicta donna Agnes non habuit alia bona ad eius alimenta, quam dictam eius dotem & arras, ex tex. notabili in l. ubi adhuc, C. de iur. dot. & ex tex. in c. ſalubriter de uſur. & ex Bald. in autent. & qui iurat. C. de bon. autori. iudi. poſſiden. col. 14. uerſ. quæro mulier eſt miſſa, poſt Cinum in l. 1. §. exactio col. 2. uerſ. ſecundo quero, C. de rei uxor. act. quòd & plerique alij ex ſcribentibus tenēt quorum meminit Mathe de Afflict. eis conſentiens in deciſ. 284. an ſoluto num. 1. & 2. vbi, & ait, ita Conſilium Neapolitanum iudicaſſe, & in hoc Regio Pintiano prætorio idem ipſe quoque pronunciari vidi & pro dotis intereſſe uxori, pro dote annui redditus ſunt conſtituti, cum facultate redimendi, & hoc ſatis conſtat ex Bald in l. fin. uerſ. ultimo quæro, C. de peti. hæred. & ex Ancharan. in regul. peccati ueniali de reg. iur. lib. 6. num. 8. uerſ. ad quartum dum videtur, & melius in ver. & per hoc poſſet dici, immo, & Mathe. de Affl. in d. dec. 284. num. 2. & 3. dicit idem eſſe in muliere diuiti, ad quod allegat Paul. Caſtren. & alios in l. diuortio in princip. ff. ſolut. matrim. et his accedat tex. in cap. per ueſtras de donat. int. uir. et uxor. et Ioan. Lup. §. 8. incipiente octauo infertur. nu. 5. poſt Archidia. Florent. Sanctum Antoninum in ſecunda parte ſuæ ſummæ tit. 1. §. 29. Conrad. etiam in ſuo libro de contractibus, q. 35. concluſ. 10. & DD. Medina in ſuo Codice de reſtitutione dum diſputat materiam c. ſaſalubriter, de vſur. char. mihi 135. col. 4. verſ. ſequi-

Digitized by Google

ſequitur amplius ſi gener defunctus ſit, & idem tenet frater Domini. de Soto in ſuo inſigni tract. de iuſtit. & iure. lib. 6. q. 1. art. 2. §. reſtat ergo col. antepenul. uerſ. atquè ex eadem radice ſoluitur, quibus & accedant, quę ſingulariter in propoſito cumulat D. Didac. Coua. Epiſ. Segouien. lib. 3. uar. reſol. c. 1. nu. 3. uerſ. ſexto aggerit, vbi & refert plures DD. idem tenentes, & faciunt tradita per DD. in d. c. ſalubrit. de uſur. & tradita per Anton. Gome in l. 51. tauri num. 31. & per fratrem Medina, in dicto ſuo libro de reſtit. char. mihi 134. cum ſeq. & per Dom. de Soto in d. eius tracta. lib. 6. q. 1. art. 2. §. reſtat ergo per totum.

Et his hoc abſoluitur cōſilium, & ſat quidem conſtat de iuſtitia dicti Dom. Michaelis Cachon: & in prædictis dictam ſententiam eſſe reuocandam.

Doctor Burgen. de Pace.

# ADDITIO.

NVm. 1. vide *Alph. collect.* 1159. *Rice. collect.* 528. *Coſta de portion. Rota quaſt.* 180. *Nicol. Valla in tractat. de rebus dubÿs in tract.* 18. *nu.* 5.

Num. 2. *vide Seſſam dec. Aragon.* 54. *num.* 2. *& dec.* 353. *nu.* 33. *to.* 2.

Num. 3. *Caſtill. dec.* 2. *nu.* 3. *Aſin. in praxi iudic.* §. 2. *c.* 12. *nu.* 16. *Minſi. obſ. conſ.* 4. *obſeru.* 45.

Num. 4. *Martius dec. Senenſ.* 39. *nu.* 6. *Statil. Pacif. dec.* 75. *nu.* 4. *Medic. conſ.* 162. *nu.* 29. *&* 37. *conſ.* 85. *nu.* 25.

Num. 5. vide *Sebaſt. Vant. in tract. de nullit. Rub. de nullit. ex def. proceſſ. etc. nu.* 96. *Muſc. in prax.* 5. *c. lib.* 1. *p.* 7. *gla. condemnando nu.* 70.

Num. 6. *Iacob.* Nouell. *in reg.* 13. *num.* 8. *Franc. de Petris ſeſtiu. lect. lib.* 2. *c.* 12. *num.* 3. *Andr. Gail. in tract. de pign. obſeru.* 11 *num.* 3.

Num. 7. *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 109. *num.* 8. *& præſumpt.* 143. *num.* 14.

Num. 8. & in Catalonia vidua cōfeſtim dicitur poſſidere bona viri pro dote, & argumento ſinè apprehenſione, *Cancer. var. reſolut. tom.* 1. *cap.* 9. *nu.* 14. ita etiam, & quilıber adminiſtrator bonorum debitorum præſumitur ſibi ſoluiſſe *Statil. Pacif. deciſ.* 87. *nu.* 2.

Num. 9. ad hoc latè *Maſcard. de probat. concl.* 1016. *à nu.* 30. *cum ſeq. Surd. dec. Mantua* 291. *nu.* 1.

Num. 10. non eſt dubium, quod creditor hypothecarius agere poterit actione perſonali contra debitorem, ac hipothecaria, & Saluiano interdicto contra bona à quocunque poſſeſſa propter ſuum creditum affictum, cenſum, damna, expenſas, & intereſſe ad eius electionem *Borgn. dec.* 8. *num.* 46. *par.* 4. nam, & ſi res aliena vendi poſſit, adhuc res ipſa auferri poterit per iura citata à *Gomes. var. reſolut. tom.* 2. *cap.* 2. *num.* 8. non mirum ſi prius poſſeſſor conueniendus ſerit, & tanto magis ſi ſcienter emiſſet, quia in dolo eſſe præſumeretur *Manent. dec.* 15. *n.* 13. non ageret pro euictione ſub dicto nu. 14. niſi eſſet res fideicommiſſo ſubiecta tunc dici poterit, vt prius agatur contra alienantem, *Gratian. dec.* 71. *num.* 20. nec aliter emptorem moleſtari poſſe affirmat *Morot. Reſp* 25. *num.* 20.

Num. 11. adde *Balb. in tract. de præſump.* 3. *par. tertiæ partis q.* 3. *num.* 7. *Borgnin. dec.* 2. *nu.* 21. *p.* 1.

Num. 13. vide *Balb. d. tract. in* 4. *p. quarta partis q.* 35. *per totam.*

Num. 14. *Manent. dec. Mantua* 58. *nu.* 3.

Num. 15. ad hoc plenè *Carroc. in tracta. de excuſſ. bon. p.* 2. *q.* 87.

Num. 16. *latè Mareſc. var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 110. & optimè *Viuius in opin.* 798. *num.* 3.

Num. 17. conferunt addita ſuper in cōſil. præcedenti *nu.* 101.

Num. 18. adde *Camill. de Medic. conſil.* 40. *nu.* 61.

Num. 19. plenè *Malignat. de retent. q.* 20. *cum ſeq. Alex. Trentacinq. var. reſol. lib.* 3. *titul. de pignor. reſolut.* 1. *col. pen. verſ. ſecundo non procedit.*

Num.

Digitized by Google

Num. 20. *nam venditor debet omni fraude, & dolo carere, Alex. Trentacinq. variar. reſolut. lib. 3. tit. de empt. & vend. reſol. 11. nu. 5.*

Num. 21. *Mareſc. var. reſol. lib. 2. c. 112. num. 59.*

Num. 23. *Borgnin. dec. Finiz. 27. num. 5. par. 2. Ozaſc. dec. 156. nu. 1. & 2. Stetil. Pariſ. de Saluian. interd. inſp. 3. cap. 4. num. 642. Surd. dec. 174. num. 19.*

Num. 25. vide *Lancell. de actitatis in præfat. 2. part. cap. 4. num. 587. vbi plures citat, Ceuall. pract. quæſt. lib. 1. q. 127.*

Num. 26. Vitium litigioſi ex cauſa neceſſariæ alienationis nõ contrahitur, latè *Lancel. d. tract. 2. p. cap. 4 limit. 7.*

Num. 28. *Nepita in conſuet. catan. tit. 14. num. 3. & 4. Molfeſ in conſet. Neap. p. 6. q. 7. & 10. & p. 4. q. 47.*

## *S V M M A R I V M.*

1 *Filia aduerſus renuntiationem iuratam, venire non poteſt.*

2 *Leſio etiam enormiſſima probanda eſt per eam allegantem.*

3 *Filia ingreſſa Monaſterium poſt renunciationem, non poteſt dici leſa, nec allegare leſionem enormiſſimam contra talem renunciationem.*

4 *Monaſterium non poteſt allegare leſionem etiam enormiſſimam, contra renunciationem per monialem factam ante ſuum ingreſſum Monaſterij.*

5 *Filia monialis ſi renunciat hæreditati paternæ vel maternæ, aliquid ſibi pro dote retinendo, per inde eſt, ac ſi in totum ſucceſſit ſuis parentibus.*

6 *Renunciatio filiæ facta ante ingreſſum Monaſterij omnino ſeruanda eſt, & habetur pro eius vltima voluntate.*

7 *Iuramentum excludit leſionem etiam enormiſſimam, & inibi late tractatur de intellectu tex. in autent. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vendit.*

8 *Metus non præſumitur, & contrarium dicenti incumbit onus probandi.*

9 *Metus in ſpecie probari debet, taliter quòd non ſufficit ob aliam cauſam probari.*

10 *Metus probari debet clariſſimis probationibus, nonquè ambiguis: maxime ſi interuenit iuramentum in contractu.*

11 *Metus reuerentialis non ſufficit ad reſciſſionem contractus, & ibidem qualis metus requiratur.*

## ARGVMENTVM.

Renunciatio facta per filiam ingreſſurã monaſterio in beneficium ſui patris de legitimis quas erat conſecutura ex ſucceſſionibus patris, ac matris, cum reſeruatione certæ quantitatis conſequendæ in beneficium Monaſterij accedente iuramento in forma infirmari, an poſſit à dicto Monaſterio aſſerentj talem renunciationem ſibi non afficere copioſè elucidatur.

## CONSILIVM V.

DEI Optimi maximi auxilio in vocato: eiuſque Virginis Mariæ. In hac cauſa, quæ eſt inter Antonium Beltram, & eius filios, aduerſu monaſterium S. Claræ Ciuitatis Soriæ ius dicti Antonij Beltram, & eius filiorum Fulciemus.

Ad quod illud in facto præſupponitur, quòd Leonor filia dicti Antonij Beltram ante ingreſſum dicti Monaſterij renunciauit in fauorem dicti Antonij Beltram, & eius filiis legitimas, quas erat habitura ex ſucceſſione dicti Antonii Beltram ſui patris, & dõne Mariæ de Ribera eius matris iam defunctæ: pro ſumma quingentorum aureorum, & etiam pro viginti aureis annuatim ſoluendi: eidem donne Leonori in eius vita, auferens à ſe dicta Leonor omnium legum auxilia, iure iurando promittens ex cauſa læſionis enormiſſimè, ſeu alia ratione nunquam ventura aduerſus ipſam renunciationem: reſeruando in dicta ſcriptura renũciationis in fauorem prædicti monaſterii, dictos quingẽtos aureos & prædictos annuos reditus pro eius dote. Et poſt modum dicta Leonor ingreſſa eſt dictum monaſterium

rium

rium; & ipſum monaſterium ipſam renunciationem iure iurando confirmauit. His tamen prætermiſſis dictum monaſteriū nunc agit, petendo integram legitimam dictæ donnæ Mariæ de Ribera dicens ei non præiudicare prædictam renunciationem, cuius petitio iuri aduerſari, ſequentia demonſtrant.

1 Primum, quia dicta renunciatio iurata fuit, & ita aduerſus eam venire non poteſt *ex tex. in c. quamuis pactum lib. 6. & in authen. ſacramenta puberum, C. ſi aduer. vendit. & in l. 16. (maguer diximos) Poſt principium tit. 11. (De las iuras) part. 3. & in l. 6. diziendo, verſ. eſſo miſmo tit. 19. par. 6. cum alijs ſuis ſimilibus.*

Nec ex cauſa enormiſſimæ læſionis ipſa renunciatio ſubuerti poteſt, vt conſtat ex ſequentibus.

Primo quia à dicto monaſterio non eſt
2 probata † prædicta læſio enormiſſima (ſi quidem in toto hoc proceſſu non conſtet de bonis dictorum Antonii Beltram, & donnæ Mariæ de Ribera) quòd neceſſarium erat, vt *in l. quotiens §. qui dolo, ff. de probat. & in l. nam et poſtea, §. ſi minor ff. de iur. iuran. & in l. verum, §. item non reſtituetur, & in §. ſciēdū, in princip. ff. de minorib. & eſt ad idem gloſ. in l. 1. in verb. poteſt in fine, C. ſi minor ſe maio. dixe. & de iure regio eſt ad idem tex. notabilis in l. 2. tit. 19. part. 6. & in d. l. 6. in fine eod. tit. & part. tex. etiam ſingularis ad idem in l. 3. tit. 25. part. 3. & in l. 16. medio tit. 11. par. 4. ſunt,* & aliè concordantiæ de quibus *Card. Paul. Pariſ. conſ. 96. in præſenti cauſa num. 67 cum ſequent. lib. 1. & per modernos in l. 2. C. de reſcind. vendi.* & alibi ſæpè traditur.

Secundum, quia non poteſt læſio enormiſſima conſiderari, ex quod Leonor dotē dari
3 conſuetam reſeruauit dicto monaſterio † ſcilicet dictos quingentos aureos, & dictos aureos annuos, immò & maiorem dotem ſibi reſeruauit, vt de ſe notoriè conſtat, & ob id non debet dici leſa ex ipſa renunciatione, vſa enim eſt iure commu. *ex l. fin. C. de in integ. reſtit. & in l. 1. C. ſi aduer. donat. & in l. cum plures, §. fin. ff. de adminiſtr. tuto. & idem diſponit tex. notabilis in d. l. 6. verſ. E aun dezimos tit. 19. par. 6. facit ad idem tex. in l. verum, §. ſciendum ff. de minoribus, & eſt ad idem gloſ. in l ſi frater tuus in verb. nec contra in princip. C. de filijs famil. mino. cum alijs,* & in propriis terminis ſic notabiliter conſuluit *Dec. in conſ.* 31. & pro tenui facultate mea *col. fin. verſ. vltimo non obſtat,* vbi notanter dicit, quòd ſi antequam monaſterium ingrediatur, ſuas legitimas renunciauerit pro certa pecuniæ quantitate, pro dote ipſius monaſterii dari ſolita, quod non poteſt dici eam læſam fuiſſe, nec poteſt contradicere ipſam renunciationem ſiquidem in monaſterio in quo eſt ingreſſa, paupertatem profiteatur, nihil quæ ipſa monialis ſit habitura, ex *tex. in cap. cum ad monaſterium de ſtat. monacho.* itaque ipſa mulier non poteſt dici lęſa, ad quòd & allegat *Anton. de Butr. in cap. in præſentia de probat. & Imol. in l. Lutius in 2. ff. de hæred. inſtituen. & faciunt rationes poſitæ, per Signor. de Homo de*
4 *in conſ. 148. in queſt. num. 2.* Præterea nec † reſpectu monaſterij læſio conſiderabilis eſt ſecundum *Dec. in d. conſ. co. fin. verſ.* nec etiā ſiquidem illa mulier iure permittente diſpoſuit ante ingreſſum de ſuis bonis. Item, & quia monaſterium non poteſt aliquem inducere ad religionem ſpelucri, ex *tex. in cap. conſtitut. 2 c. q. 3. & facit tex. in cap. non ſatis de ſimonia,* quod præcipuè ipſe *Dec. admitit.* ſi ipſa renunciatio facta fuerit in fauorem venientium ab inteſtato, vt in præſenti confecta fuit eorum fauore, ex trad. in *l. Lutius, §. 1. ff. de leg. 2. & per Bald. & alios in l. frater, C. qui teſtamen. face. po.* & in propriis terminis idem quod *Dec. tenet conſuluit Aym. Craue. in conſ. 160. in hac cauſa, num.* 1. & ſingulariter idem tenet dominus *Did. Couarr. in repet. cap. quamuis pactū de pact. lib. 6. in §. 23. partis relationis num. 5.* eandē etiam opinionem tenet dominus *Ferdinandus Menchaca* vir magnę virtutis & ſcientiæ in ſuo tractatu de reſolutione ſucceſſionum *lib. 2. primæ partis, §. 18. num. 116. & melius nu. 130.* vbi ait in conſuetudine ſeruari, & quòd ſi caſus accideret, dicit quòd ita conſuleret, & iudicaret. Immò ex quo dicta Leonor contenta fuit dictis quingentis
5 aureis, & dictis annuis redditibus † per indè habenda eſt, ac ſi ſucceſſiſſet in omnibus bonis ei debitis ex ſucceſſione ſuorū parentū vt tenet DD. *in l. qui ſuperſtitis, ff. de acquir. hæred. & Bald. in l. pactum, C. de collat. colu. 2. verſ. ſecundo quæro, & inibi Dec. num. 18. verſ.* prædicta concluſio cum aliis de quibus idem *Dec. in conſ. 181. ſatis nota co. 3. verſ. 2. reſponderi poteſt, & Card. Paul. Pariſ. in conſil. 69. dominus Ambroſius numer. 70. lib. 3.*

Quæ & inſtruuntur, quia prædicta renū-
6 ciatio † eſt quædam diſpoſitio præambula ante ingreſſum monaſterii, conſueta fieri à volentibus religionem ingredi, & eſt vltima voluntas ingredientium religionem: quæ omnino ſeruanda eſt, prout ipſe ingreſſurus

monaſterium diſpoſuerit ex *tex. notabili in*
*authenti. de monachis,§.illud quòque decer-*
*nimus colla.1.cuius tex. meminit Abb. in c.*
*præſentia de probat.co.4. ver.vlti. nota. poſt*
*Bart. in authent. ſi qua mulier col.3. 4. verſ.*
hæc opinio non videtur,cum ſequentibus,*C.*
*de ſac.ſanct.Eccl.ex quo tex.iuncta, l.1. ff. de*
*milita.teſtamen.omnes DD.concludūt in dict.*
*authent.* ſi qua mulier præſertim, *Bar. colu.*
*4. verſ.aut ſit teſtamentum,* quòd ingrediēs
monaſterium poſſe ad libitum diſponere
de ſuis bonis, etiam citra legis ſolemnitatē
& latiſſimè idem firmat *Dec.in dicto capitu-*
*lo in præſentia, de probat.columna 31. verſ.*
*extra gloſ. de probat.* & ibi etiam notanter
*Auguſt.Veron.num.55.ad quod facit bonus*
*tex. in d.authenti. ſi qua mulier, C. de ſacro.*
*ſanct.Eccle. & in cap.ſi qua mulier 19.q.fin.*
*& in cap.quia ingredientibus ead. cau.& q.*
*& in l.17.tit.1.par.6.cum alijs.*

Verum & ſufficeret, vt dict. Leonor,& di-
ctum monaſterium teneantur obſeruare prę-
dictam renunciationem ex quo iureiuran-
do fuit confirmata, quod quidem iuramen-
7 tum † tollit enormem, atque etiam enor-
miſſimam læſionem, *ex tex.in authen.ſacra-*
*menta puberum,C.ſi aduerſ.venditio,*& illic
communiter Doctores præſertim *Iaſon.,nu.*
*43.cum ſequentib.* vbi plures alios idem te-
nentes citat, & idem adnotant moderni in
*repeti d.cap.quamuis pactum de pact.lib.6.&*
*DD. etiam maximè Aret.in l. qui ſuperſtitis*
*col.6.verſ.adde etiam.ff.de acquirend. hære-*
*dita.& præter alios idem notanter conſuluit*
*Alex.in conſ.42.ſuper præmiſſo, colum. pen.*
*libro 1.* vbi affirmat hanc eſſe communem
opinionem, idem & conſuluit *Soccin. Iun.in*
*conſ.67. 1.præſentis num.22.lib.2. & Card.*
*Paul.Pariſ. in conſ.96 in præſenti cauſa.nu.*
*66.libro 1.*& hanc opinionem tenent plures
alii DD.quos in hoc primo libro citauimus
*in conſ.3.num.20.verſ.*quim, & pleriquè te-
nuerunt, quæ ſententia maximè ex eo pro-
cedit in legitima patris viuentis, quia non
erat dictę Leonori quæſita, ſed quærenda,
& poterat ipſa prius obire quàm eius pater,
& ſimiliter eius pater viuens potuiſſet bona
ſua conſummere,& de eis ad libitum diſpo-
nere: quò in caſu ferè omnes tenentes *tex.in*
*d. authen.ſacramenta puberum,*non procede-
re extante enormiſſima leſione, concludunt
id non procedere in renunciatione legitimæ
patris viuentis etiam data enormiſſima le-
ſione, ſed quòd in eo caſu locum habebit
diſpoſitio *tex.in d.authent.ſacramenta pube-*
*rum*, vt in proprijs terminis conſiderat *Pau-*
*lus Caſtren.in conſ.174.contra ſuperius con-*
*ſulta col.2.num.3.verſ.nec obſtat c. quamuis*
*lib.1.* & idem latè proſequitur, *Io. Anton.*
*Rube.in conſ.12.viſis,& diligenter n.7.& 12*
& idem etiam conſuluit *Car.Paul. Pariſ. in*
*conſ 26.pactum iſtud nu.81.cū ſeq. lib.3. &*
*Ay.Crau.in conſ.114.Ioanna filia nu. 13.cū*
*ſequent.& Carol.Moline.in conſ.55. viſo, &*
*conſiderato n.7.& 8.lib.1.*quibus conueniūt
tradita per *Soccin.Iun.in conſ.50.viſo elegan-*
*tiſſimo n.3.cum plurib.ſequent.lib.2.*

Nec reſcindenda eſt prædicta renunciatio
ratione metus, ſi quidē præter hoc quòd ſi-
8 ne metu facta † præſumendum eſt argumen-
to *l.meritò cum ſuæ materia. ff. pro ſoc. & in*
*expreſſo ita tenet Innoc.in c.cauſam matrimo-*
*nij col.1.verſic.ſed hac ratione.de offic.deleg.*
*& Bald. in conſ.82.facta ſuper quibus num.*
*1.lib.1.*& idem tenet idem *Bald in l. interpo-*
*ſitas col.1.verſ.item nota.C. de tranſact. &*
*late idem conſuluit Dec. in conſ.489. in caſu*
*occurrenti nu.6.& Ioan. Baptiſta Plot. in*
*repet.l ſi quando.C.vnde vi. in tract. quem*
*fecit ſuper illam l de in litem iurando,§.3.nu.*
*13.cum alijs de quibus Aym.Crauet.& ſi in*
*alia materia loquatur in conſ.293.ardua ad-*
*modum col.pen.in fin.& in conſ.115. nobilis*
*Gulielmus nu.13. & hoc ſatis probatur in l.*
*quotiens,§.qui dolo,ff.de probat. & in l.27.*
*tit.1.par.6.in verbis(Si le fuere probado)* Et
ita nullus metus probatus eſt, qui probā-
9 ri debet in ſpecie factus † ratione prædi-
ctæ renunciationis: nonquè ob aliam cau-
ſam ſufficiet probari *ex text. in l. interpo-*
*ſitas.Cod.de tranſact,quem ibi ad hoc Bald.*
*adnotat colun.1.verſ.vnde non ſufficit & idē*
*tenet Matthæ.de Affict. in deciſio. 246. qui-*
*dam maritus num. 3. & Iaſon. in conſil. 72.*
*in cauſa num.1.verſ.præterea vt pulchre,lib.*
*1.& latè idem conſuluit Aym. Crauett. in d.*
*conſ.293. num.12.verſ.quinto conſidero poſt*
*medium,& Ioan.de Neuiza.in conſ.47.crede-*
*debam planem.num.4.& 5.& præter eos idē*
*prius tenuit Innocent. qui notabiliter in hoc*
*propoſito loquitur in cap. cum locum de ſpon-*
*ſalibus colun.1.verſ.vel coactio,& idem In-*
*nocent.in cap.accedens de conuerſio.coniuga-*
*to.& Innocent.refert & ſequitur Petr. Re-*
*buff. in 2. thomo conſtitutionum gallica in*
*tractatu de reſciſſione contractus gloſ. 22.nu.*
*4. licet ibi numer. 5.* dicat quòd prædicta
doctrina, & ſi ſit ſubtilis, & pulchra non
ſeruetur in Regno Franciæ, & in hoc refert
etiam, & ſequitur *Petr. de Auendan. in ſuo*
*dictionario in verb. fuerça co.fin.verſ.*ſem-
per tamen quorum opinio confirmantur ex
notabili doctrina *Cardinal. in clementin. ſi*
*furioſus de homicid. colun. 2. verſ. ſecundo*
quæro vbi notanter dicit, quòd licet pro-
betur quem habere dilucida interualla,

& non

& non ſemper eſſe furioſum, quòd niſi ſpecialiter probetur, quòd tempore contractus erat ſanæ mentis, quòd non valet talis contractus, ad quod ibi refert plura in propoſito videnda, & idem tenet *Ancharan. in conſ.5.* pro parte nobilis *colun.2. verſ. & ſi dicatur, cum ſequent.* & eos refert, & ſequitur *Iaſ. in conſ. 178. in cauſa matrimoniali, nu. 1. verſ. nec obſtat, & in verſ. 4. facit lib. 2.* qui

10 metus † conſtare neceſſum eſt compertiſſimis probationibus, nonquè ambiguis, ex *tex. in l. fin. C. de probationib.* cum aliis; & facit ad idem *tex. in d. l. 27. tit. 1. par. 6. & dicit Martin. Ragault. in ſuo tractatu nuncupato ſpeculum iudicum num. 8. conſtitutus in 2. volu. tractatuum diuerſorum DD. charta mihi 302. colu. 3. allegando Bartol.* in loco de quo ibi meminit, quod metus luce clarius probari debet, cuius dictum præcipuè in caſu noſtro obtinet, ex quo prædicta renunciatio fuit iurata: quo in caſu maior probatio metus requiritur, quam ſi in ea iuramentum non interueniſſet, vt eſt ſingularis Doctrina *Abb. in cap. cum dilectus colun. penul. verſ. ſed contra hoc oppono, quod met. cau. quem refert & ſequitur Curt Iun. in d. l. interpoſitas, C. de tranſact. num. 9.* quæ & coadiuuantur ex his, quæ diximus in hoc primo tomo, *conſ. 3. num. 57. verſ.* nec ratione metus per totum cum ſequentibus, & infra dicemus in hoc *conſ. 5. nu. 11.*

11 Nec reuerentialis metus † ſufficit, vt eſt DD. communis ſententia in *l. 1. §. quę honorande ff. quar. rer. act.* non detur, & tradunt late *Felin. & Doctor. in d. cap. cauſam matrimonij, num. 3. per totum de offic. delegat.* ad quod eſt optimus *textus in cap. cum inter de elect.* cum alijs quæ paſſim per DD. traduntur.

Quin & ipſe metus reuerentialis adiunctus enormiſſimæ læſioni, iuſtum non infert metum, vt eleganter conſuluit *Alexander in conſ. 83. viſo proceſſu colun. 2. numer. 8. & 9. lib. 6.* cum alijs de quibus *Aym. Crauett. in d. conſ. 114. Ioanna filia, numer. 1. cum ſequentibus poſt Iaſon. in conſil. 3. circa primum num. 6. verſ. iſtis non obſtantibus, lib. 1.* & hæc eſt communis opinio ſecundum *Curtium Iunior. in conſil. 77. licèt in præſenti num. 154. lib. 1.* eandem etiam dicit communem ſententiam *Cardinal. Paulus Pariſ. in dicto conſil. 26. pactum iſtud nu. 67. lib. 3. & Roderic. Suarez in allegatione 24. vtrum reuerentia patris co. 4. verſ. alij fuerunt opinione*, & ſic tenendum eſt quid quid in contrarium voluerunt, *Paul. Caſtrenſ. & alij in d. l. interpoſitas, & per Moder. in d. cap. cauſam matrimonij, & in cap. 1. de offic. deleg.*

Nec quælibet metus eſt ſufficiens, ſed mortis cruciatus ve corporis, ſeu ſimilis neceſſe eſt, vt probatur in *d. l. interpoſitas. C. de tranſact. & ibi notat Bald. & communiter alij col. 1.* verſi. unde non ſufficit, ad quod eſt optimus *text. in cap. verum de iur. iurand. & in cap. cum dilectus, vbi eſt bona gloſ. in verb. mortis, quod met. cau. & tex. in l. metum in princip. ff. eod. titul. & in l. continet. ff. eod. tit. & in l. metum, C. eod. tit. & illic Doctores, & de iure regio eſt ad idem textus in l. 7. verſi. otro ſi tit. 33. par. 7. & in l. 56. in princip. titul. 5 par. 5. & ibi Gregor. Lup. ad idem eſt optimus tex. in l. 15. titul. 2. part. 4. & tex. in l. fin. in finalibus verbis titul. 4. part. 5.* quæ expreſsè declarat, qualis metus ſufficiens ſit quod maximè procedit, cum dicta renunciatio fuerit iurata: in quo caſu maior exigitur probatio metus, vt in hoc *met. conſilio dictum eſt num. 10. & id conſtat ex tex. in d. cap. cum dilectus de his quæ vi met. cau. fin. & illic Abb. col. penulti. & eſt idem bonus tex. in cap. ad aures eodem titul. & ibi adnotat Ancharan. in fine cum alijs de quibus Curt. Iun. in dicta l. interpoſitas, C. de tranſact. nu. 9.*

Ex quibus euidenter conſtat de iure dicti Antonij Beltram, & eius filiorum, & in eorum fauorem eſſe pronunciandum, & ita demum pronunciatum eſt per Regios Auditores Regiæ Cancellariæ huius Pintiani oppidi, Marcus Salon de Pace Doctor legum Burgen. nuncupatus. Et quid autem in renunciatione monialis ſit hodie neceſſarium, vt teneat, videre debes Sacrum Concilium Tridentinum ſub Pio Quarto in 25. ſeſſione in titul. de regularibus, & monialibus cap. 6.



Digitized by Google

# ADDITIO.

NVm.1.vide *Seraſ.in tract.de priuil. iur.in priuil.63. num. 3. Gratian. cap.576.num.17.*

Sed datur abſolutio ad cautelam *Conſil.Theod.in alleg.* 36. *num.* 10.

Num.2.*Maſcard.de probat. concluſ.* 963. *num.*1.

Num.3.ad hoc videas *Cancer. var. reſol. tom.3.cap.15.num.* 213. *cum ſequen.* & qualiter fieri debeat iſta renunciatio plene *Conſ.Paſcal. de iur.patr.poteſt.p.* 1 *cap.3.nu.*95.*& ſeq.*

Num.4.adde in terminis *Conſ. Theod.d. alleg.*36.*num.*23.

Num.5.adde quod iſta renunciatio habet vim vltimæ voluntatis *Conſ.Paſc.* vbi ſupra *num.*99.& propterea renunciatio ad inſtar. mortis, facit renunciantem, quo ad bona renunciata, non extare, *Theod.alleg.*1.*nu.*16.

Num.7.*Cenall.pract.quaſt. in quaſt.*115. *Cheri.inter com. opin. lib.*4. *tit. de reſcin.vend. num.* 46. *Ozaſc. deciſ.* 40. *num.*2.

Num.8.conferunt addita ſuper *conſil.*3. *num.* 51. & alleganti incumbit onus probandi *Maſcar. de probat. concluſ.* 1056.*num.*1.

Num.9.addas *Annam.ſingul.*141.*Maſc.* vbi ſupra *num.*12.

Num.10.adde *Maſcard.d.concluſ.*1056. *num* 14.

Num.11.vide Addita in *conſ.* 3. *nu.* 53. Conferunt etiam huic conſilio diſcuſſa per *Reg.Rouit.in conſ.*42. *lib.* 1. vbi de conſimili altercatione agit, nẽ pè de muliere dotata ob ingreſſum religionis iuxta Monaſterij qualitatem, ſi dicatur læſa, & quid ſi renunciauerit cum conſenſu eiusdem Monaſterij excludatur à ſucceſſione fratrum, in quornm beneficium renunciatum fuerat, qui abſque liberis deceſſerant, ita vt Monaſterium agendo admitti poſſit, & quid fuerit deciſum oſtendit in *conſ.*43.& melius *conſ.* 44 cuius memor eſt præclariſſimus I.C. *Ioan. Baptiſta de Thoro in ſuo fertili Compend. deciſ. Regni p.*2. *verb. Soror Monaca, & verbo renunciatio.*

# SVMMARIVM.

1 *MAtrimonium non probatur per depoſitiones matris & ſororis prætendentis matrimonium.*

2 *Matrimonium probari debet per teſtes omni exceptione maioris.*

3 *Falſitatis ſuſpitio ſufficit, vt nulla fides detur inſtrumento.*

4 *Matrimonium ſicut non poteſt contrahere conſtitutus in extremis, cum eſt furioſus, ita & eodem modo habens eius mandatũ ad id ſpeciale, non poteſt contrahere tempore quo mandans eſt furioſus cum pluribus ſequentibus.*

5 *Mandatum ſicut morte mandantis reuocatur, ita & reuocatur ſuperueniente furore mandantis, & ibi late tractatur, quando reualidetur tale mandatum.*

6 *Voluntas non ſufficit, quòd de ea conſtet, niſi adſit tempore quo actus fit.*

7 *Matrimonium præſumitur contractum tempore furoris, & contrarium dicenti incumbit onus probandi.*

8 *Procurator conſtitutus ad contrahendum matrimonium, non poteſt illud contrahere, poſt reuocationem talis mandati, & ſi ad eius notitiam reuocatio talis nõ perueniat, & inibi late tractatur materia tex.in c.fi. de procur.lib.6.*

9 *Matrimonium contrahi prohibetur cum muliere, cum quã alter frater prius copulam habuit; taliter quòd dicitur ex inde ortũ fuiſſe impedimentum dirimens matrimonium contrahendum.*

10 *Filius non efficitur legitimus per ſubſequẽs matrimonium, quando non eſt habitus ex concubina in domo retenta.*

11 *Filius non legitimatur per ſubſequens matrimonium contractum in vltimo vitę exitu, ad*

*tu.ad excluſionem ſubſtitutorum vbi latè doceius ratione, & de materia tex. in cap. tanta eſt vis, qui fil.ſint legiti.cum ſequentibus.*

12 *Filius non legitimatur per ſubſequens matrimonium quando vnus ex parētibus natus erat ex nobili proſapia, alter vero erat ignobilis.*

13 *Filius non legitimatur per ſubſequens matrimonium, in præiudicium alterius filij legitimi primogeniti, cui pertinent bona maioricatus, & ibi etiam late tractatur, an legitimatio retrotrahatur.*

## ARGVMENTVM.

**Filia nata ex matrimonio contracto, per procuratorem, & probato per teſtes familiares, quod verè contrahi non poterat ob impedimentum publicæ Iuſtitiæ, ac alijs cauſis, & ſi in articulo mortis ad legitimationem ipſius fuerit eff.qualiter contractum, ita quod ipſa admitti poſſit ad maioratū excluſo ſubſtituto, diffusè diſputatur.**

## CONSILIVM VI.

Diuino petito auxilio, quia latiſſimè Domini aduocati ſcripſerunt in fauorem donni Petri de Arellano, aduerſus donnam Conſtantiam de Arellano: ideo breuiter fundabitur ſententiam eſſe ferendam pro dicto dono Petro de Arellano,

Primo, quia dicta donna Conſtantia non eſt filia legitima & naturalis, ſi quidem Maria de Ciſneros eius mater non contraxerit matrimonium cum donno Ioanne Ramirez de Arellano, vt ſingulariter fundatum eſt per dictos dominos aduocatos, quod etiam notoriè conſtat, quia de ipſo
1 matrimonio tantum † mater & ſoror dictæ Mariæ deponunt, quæ ideo non probant: ſi quidem nobilitate diuitijs, quæ & alijs dictus D. Ioannes dictam Mariam præcedat, *vt in cap.ſuper eo in 2.vbi bona gloſ.in verb. ſuper eo.de teſtib.cuius tex.memores ſunt DD. in locis ſtatim citandis.* Immo ex quo ipſe D.Ioannes dictam Mariam carnaliter co-
2 gnouiſſe aduerſarij deponunt, hoc ſatis eſt, vt prædictæ mulieres teſtes eſſe non poſſint: cùm præmaxima iniuria affici dicantur (vt de ſe appare:) & conſtat *ex tex.in l.1.2.& 3. ff.de liberali cau.& in l.lex Cornelia §.illud, ff.de iniur.tradit Bartol.in l. vt vin. co. pe. verſ.quærit gloſ.ff.de iuſt. & iur.* & ſi eſſent teſtes in propria cauſa: quod dici non debet ex iuribus notiſſimis, ita in proprijs terminis notabiliter conſuluit *Dec.in conſ.310.viſis diligenter num.1.col.1. per totam, & idem Dec. in conſ.133.viſo proceſſu col.2. verſ.3. conſiderandum eſt, & Barb.in conſ.53.illud afferam in medium co.14.verſ.& ſi quiſpiam opponit li.1.& Cardi.Paul.Pariſ.in conſ.55. attingam nu.35. cum ſequentib.& præcedentib. lib.4.* quibus accedant tradita per *Alexand.in conſ.150.in cauſa & lite co.4.verſ. cupio nunc ſecundum teſtam. cum duobus verſ.ſequentib.lib.5.& quæ Soccin. conſuluit conſ.17.ſupradicta col.3.num.10.verſ.præterea ex alio lib. 1.* quod & obtinet ſecundū eos, & ſi complures concurrant teſtes, quia dicunt, quod in cauſa matrimoniali teſtes
2 requiruntur, quòd ſint † omni exceptione maiores ex *tex. notabili in cap.1. & ibi gloſ. in verb.maio. de conſangui.& affinita.& ſatis probatur in d.cap.ſuper eo. de teſtib. cum alijs de quibus ſingulariter Paul.Pariſ. in d. conſ.55.num.19.lib.4.& in conſ.51.conſiderato num.53.& 54.eodem lib.4.*poſt latè traditis per *Barb.in d conſ.53.col. 3. verſ.tertio præmitto cum plurib.ſequentib. lib.1.& in conſ.45 ſcribitur belliſſime col.2.verſ.capio primum cum pluribus ſequentib.lib.1.*

Verum nec ipſum matrimonium probatur ex eo quòd dicta donna Conſtantia ait, quod Franciſcus Martinez dicti D. Ioannis mandato tempore mortis dicti D. Ioannis, cum ea pro dicto D. Ioanne matrimonium contraxit.

Tum quia, vt dicti domini aduocati pleriſque modis probant ipſum mandatum falſum eſt, ad quam falſitatem probandam
3 ſufficit † ſuſpitio falſitatis: maximè ad hoc vt tale inſtrumentum non probet, nec ei aliqua fides detur, præſertim cū ciuiliter agatur ex *tex.notabili in l.iubemus, C. de probationibus*, qui paſſim à Doctoribus ad hoc notatur, præſertim à *Dominic. de Sancto Gemia in cap.in memoriam 19.diſt.col.fin.ver. 1.quia ſuſpitio, & Hoſtien.in ſua ſumma in tit de crimine falſi §.qualis probatio num.6. verſ.verum in quæſtione falſi, & Bald. in l. veritas colum.1.verſ.nota in verbo defuerit, C.de fideicom.& idem Bald.in conſ.444. ad euidentiam nu.3.lib. 1. & Alberi. in l. ſcriptura col.1.verſ.item quærit, & in verſic.de quo miror, C.de fide inſtrum.* vbi notāter dicit, quod priuilegio habenti ſuſpitionem de falſo, non eſt ſtandum, & illius tex. ad hoc

etiam

etiam memini e *Alex. in conſ. 77. in cauſa accuſationis col. penul. verſ. ſextum inditium, & in uerſ. corroboratur prędicta lib. 1. & ſingulariter Dec. in cap. porrecta col. 2. verſ. tertio illud confir. util. vel inutil. & Aymon. Crauet. in conſil. 28. aſſertum teſtamentum num. 9. & in conſ. 134. ſcripſi num. 26. & Anton. Natta in conſ. 313. num. 14. lib. 2. poſt Gomet. in tractatu de breuibus num. 5. & Franciſc. de Rip. in cap. 2. de reſcript. num. 35. & 36.* & alibi ſæpè traditur quorum opinio ſatis probatur in *d. cap. porrecta, & eſt ad hoc bonus tex. in l. 111. tit. 18. par. 3. & in l. 44. eod. tit. & par.*

Tum etiam, quia teſtamētum in quo datur dictum mandatum non eſt ſolemne, vt ex pluribus ſuadent dicti domni inconſulentes.

Tum quia, tempore quo dictum matrimonium dicitur contractum prætextu dicti mandati, dictus D. Ioannes non erat ſanæ mentis, vt eſt probatum: ſed erat ſemimortuus, in extremiſquè conſtitutus. Vnde cum tempore illo dictus D. Ioannes principalis non poterat contrahere matrimonium cum prædicta Maria qui nō habebat conſenſum, & erat mente captus, vt in *cap. dilectus de ſponſalib. & in cap. neque furioſus 32. q. 7. & tex. in l. 6. in princip. & in fine tit. 2. par. 4. & facit tex. in l. nec codicillos, C. de codicil. & in l. ſi ei qui §. furioſus ff. de iur. codicill. & in l. furioſi, ff. de regul. iur. cum alijs de quibus Alex. in conſ. 54. ad quęſitum col. 2. lib. 1.* eadem ratione dicimus, quod eius procu-
4 rator nullo modo † eius nomine matrimonium contrahere potuit cum dicta Maria: ſi quidem non poſſit plus mandatarius quā mandans, ex *tex. in l. ſi hominem, ff. manda. & in l. aliud eſt uendere, §. abſurdum ff. de reg. iur. & in l. in omnibus officijs, §. non debeo, ff. eod. tit. & in l debitor in fine ff. de pigno. act. & ex regul. nemo plus iuris, ff. de regul. iur. cum alijs.* Item & quia, iure Doctoris reſoluto, acceptoris diruitur ius *l. lex vectigali. ff. de pignorib. cum ſuis uulgatis, quæ, & ſuadentur ex tex. notabili in l. qui ſeruum, ff. de acqui. hæredita.* vbi probatur, ibidemquè *Bart. col. 1. uerſ. nota ſicut morte, & Paul. Caſtren. co. 1. in princip. & in verſ. ult. nota & Imol. col. 1. uerſ. nota quod ſicut,* & in verſ. hic autem ad hoc illum *tex. ponderant, &*
5 *notant*, quod ſicut mandatum † mortem reuocatur, eodem modo reuocatur interueniente furore domini: ſeu ſi mente captus efficiatur, & inibi etiam *Aret. colun. 1. & 2,* verſi. primo nota, & in verſi. aliquando mandatum dicit, quòd ad hoc vt extinguatur mandatum, non eſt neceſſe reuocationem expreſſam in eſſe, ſed ſatis eſſe, priorem voluntatem extingui, vt quia mandans eſt iudicio probatus, & ibi etiam idem Areti. dicit aliud ſingulare in noſtro propoſito referendo *Bald.* & modernos inibi, quod etiam ſi talis furioſus ad ſanam mentem redeat, quod etiam tunc non reconualidatur mandatum niſi per nouam voluntatem ſuperuenientem, item notabiliter tenet ibi *Aretin. col. 1. uerſ. tertio* nota, quod ibi tenet per *tex. ibi & per tex. in l. qui ex liberis, §. teſtamento ff. de bono. poſſe. ſecund. tabul.* & præter eum facit ad idem bonus *tex. in cap. ſicut in primo,* & ibi notat *Anton. de But. per totum de regularib.* quibus accedant notabiliter tradita per Dominum *Didac. Couarru. ſuper quarto libro decretalium cap. 4. & 2. partis num. 11. & 12. charta mihi 42. col. 1.* Vndè confeſtim ſequitur aliud ſingulare, quod in propoſito aduertit *Paul. Caſtrenſ. conſiderat in d. l. qui ſeruum col. 1. uerſ. ultimo* nota, non ſufficere de voluntate conſtare niſi ta-
6 lis † voluntas adſit tempore quo actus fit, & vt ibi notat, eſt inibi argumentum, quod ſi quis ad ſuam rem vendendam, nuntium conſtituat, & antequām nuntius ad emptorem perueniat, dominus furioſus fiat, quòd eius mandato ipſa venditio celebrari non poteſt: ſi quidem eius non durauerit voluntas, tempore actum conficiendi, citat què ad hoc *gloſ. in l. 1. C. de contrahen. empt.* quibus etiam congruit quæ *Bald. tradit in l. 1. co. pen. uerſ. pone quod procurator, C. de ſent. & in t. loeu. omni. iudi. & text. notabilis in l. ſi quis alicui. ff. de adquiren. hęredita. & text. in l. fi. §. 1. C. de admini∫tra. tuto.* quibus, & accedant ſingulariter tradita per *Iaſ. in l. patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui, uel alien. iur. num. 5.* vbi ex pluribus concludit, quòd ma-
7 trimonium † præſumitur contractum tempore furoris, ad hoc vt matrimonium pro nullo declaretur: & dicit etiam ibi quod cōtrarium dicenti incumbit onus probandi, & ait quòd hęc eſt veritas, & communis opinio ad quod facit *text. in d. l. 6. in fine tit. 2. par. 4.*

Confirmantur omnia ſupradicta ex *text. notabili in cap. fin. uerſ. ſane de procuratori-*
8 *bus lib. 6.* vbi diſponitur procuratorem † cōſtitutum ad matrimonium contrahendum, non poſſe matrimonium contrahere poſt mandatum reuocatum, & ſi reuocatio ipſa ad notitiam procuratoris non perueniat, cuius ratio eſt, vt ex eodem *text. conſtat in his uerb.* (Cum illius conſenſus deficerit, ſine quo firmitatem habere nequiuit) Itaquè ille tex. clariſſimè probat, quòd tempore quo procurator matrimonium contraxerit,

man-

mandans habeat facultatem illud matrimonium contrahendi quem tex. in dicto verſ. ſane inibi Dominic. col. 1. verſ. & nota bene tex. ad hoc perpendit, quòd non extinguit, quòd mandati reuocatio perueniat in notitiam procuratoris, cum tempore actus à procuratore geſti, domini verus conſenſus pro forma exigatur, quod etiam inibi *Philipp. Franc. aduertit, col. 2. uerſ. in gloſ. in verb. cõtraxerit, & in verſ. in gloſ. in verb. reuocatus & illum tex. dicit ſingularem Felin in rub. de ſponſalib. num. 6. verſ. ſeptimo geſta & idem Felin. in cap. ex parte decani num. 10. de reſcrip. & Couarr. cap. 4. 2. partis lib. 4. decretalium num. 9. His & accedat Paul. Caſtren. ſententia in l. fin. col. 1. verſ. item matrimonio, C. ſi quis alte. vel ſibi,* vbi tenet, quòd ſi alterius nomine eiuſquè mandato à procuratore matrimonium contrahatur, quod tale matrimonium non proficitur ex procuratoris conſenſu, ſed domini, quod etiam cõfirmatur, quia iuris eſt, quòd matrimoniũ habet vires à conſenſu: id eſt contrahentium ſimul ſenſu, *capitul. tua nos c. cum locum de ſponſalib. l. nuptias, ff. de regul. iur. c. ſufficiat cap. omnis res 27. q. 2. cap. ex publico, vbi gloſ. in verb. conſumatum, de conuerſio coniug. & eſt ad idem tex. in l. 4. in princip. tit. 1. par. 4.* & ob id conſenſus ipſe ſimultaneus eſſe debet: & ſi ex interuallo præſtatur, probari neceſſum eſt, quòd primo conſentiens in eodem ſteterit conſenſu, vt traditur in prædictis locis, & vtrobiquè *Ioan. Andr.* ſunt & aliæ concordantiæ de quibus *Cardin. Paul. Pariſ. in conſ. 55. attingam nu. 14. cum ſequentib. lib. 4.* vbi ſingulariter loquitur & balde notanter, plures deciſiones canonum, & Doctorum referendo, videndas in hoc noſtro propoſito, & per *Ioann. de Neuizan. in conſ. 46. pro iſta puella n. 34. & 35. & facit tex. in cap. licet de ſponſa duo:* Quę & confirmatur ex traditis per *Hoſtien. in ſua ſumma tit. de ſponſalib. §. qualiter cõtrahantur col. 2. verſ. vbi vero, & in verſ. & contra puella, (poſt DD. in d. cap. fin. de procurator. lib. 6.)* vbi notanter dicit quòd verba illa quæ procurator pro alio matrimonium contrahens ſubiungere debet, debẽt eſſe huiuſmodi, nempe, talis dominus te ſalutat, mandatquè tibi, quòd ipſe me intercedente, & ibi nunciant, tè in ſuam accipit, & in te prout in vxorem conſentit, & idem late ponit dominus *Didac. Couarr. ſuper 4. lib. decreta. in cap. 4. 2. partis num. 8. cum ſequen.* ita quæ hic doctores tenent procuratorem tempore contractus matrimonij dictorum dominum ſuum illi matrimonio aſſentire, quòd quidem menta captus facere non poteſt, quibus etiam accedat, quod *Bonifac. tenet in clement. 1. col. 6. num. 70. vt lite penden.* dicens quod in caſu dicti *cap. fin. de procuratorib. lib. 6.* vbi probatur matrimonium poſſe per procuratorem contrahi quòd tunc ipſe procurator nudum præbet miniſterium: quia verba omnia in perſonã domini ſui concipit, & vt pica ad organum habetur, eſtquè vox domini mittẽtis ipſum, & idem quod *Bonifac. tenet Dominic. in d. cap. fin. de procurat. lib. 6. in princip. col. 1. verſ. gloſ. ſecunda,* & idem ante eos tenuit *Specul. in tit. de procuratore. §. ut autem, colun. 3. uerſ.* & nota quòd large, quæ quidem verba ſi dominus fuerit mente captus, ſeu furioſus, locum quidem non habent. His & conſonat optimus *tex. in l. unica, §. ne autem uerſ.* ſin vero talis in verbis. *ducere Vxorẽ C. de caduc. tollen. quem Bald. inibi ad hoc notat col. 4. uerſ. de inde nota,* ꝙ ſubſtantia matrimonii contracti à procuratore, fundatur in domini perſona, non vero in procuratoris perſona, & ſi procuratoris fiat loquela cui ſententiæ, & *Corn. inibi conſentit, prope finẽ, in uerſ. ibi uxorem ducere num. 9. & ſatis clare idem conſtat ex Bartol. in l. qui bona fide, §. ſi alieno, col. 2. uerſ. ſed quid ſi iurat, ff. de damno infect.* & ita non poteſt fieri fundamentum in perſona domini dementis.

Quo ad aliud dubium à dominis conſulentibus iure munitum, dicimus, quod & ſi prædicta non obtinerent, vt obtinent: quod tamen ex dicto matrimonio à dicto procuratore celebrato, non eſt effecta legitima dicta donna Conſtantia ad ſuccedendum in bonis maioricatus, ſuper quibus hęc lis verſatur, & hoc ex ſequentibus.

Primo, quia, vt latè fundatum eſt per cõſulentes, dicta Maria de Ciſneros fuit prius carnaliter cognita (antequã à dicto donno Ioanne de Arellano) ab alio eius fratre, vn-
9 de impedimentum ortum † fuit dictum matrimonium dirimens vt *in cap. non debet de conſangui. & affinit. & eſt tex. in l. 2. Parenteſco. tit. 2. par. 4. & in l. 5. titul. 6. par. 4. cum alijs.* Et vt ex matrimonio ſubſequuto proles legitimetur, matrimonium firmum eſſe debet & legitimum *ex tex. in cap. tanta eſt vis, qui fil. ſint legit. & in §. fin. inſtit. de nup. & in l. cum quis in princip. & in l. nuper, C. de naturalib. libe. & eſt ad idem optimus tex. 4. parti. titul. 13. l. 8. & 4. part. titul. 15. l. 2.* ſunt & aliæ concordantiæ de quibus *Soccin. iun. in conſ. 31. thema prædicto, num. 43. lib. 2. & Anton. Gomez. in l. 9. tauri num. 56.* quibus accedant tradita per *Ioa. Pala. Rubi. in repe. cap. per ueſtras. de donat. int. uir. & uxor. §. 7. num. 4. & 5. uerſ. facit etiam.*

qui

Secundo prædicta conſtant ex alio, quia nec exequenti matrimonio filius efficitur legitimus, quando filius non eſt habitus
10 † ex concubina in domo retenta, vt in *cap. per tuas, de probat. & ibi Ancharan. num. 1. & 2. refert Oltrad.* conſuluiſſe, talem filium non legitimari per ſubſequens matrimoniũ, & huic ſententiæ accedit *Bartol. in l. concubinam, in princip. ff. de concub. &* Bald. *in cõſ. 206. caſus talis. nu. 1. & 6. lib. 3. & Curt. iu. in conſ. 136. quidam vaſſallus, col. 3. num. 9. & Anton. Roſel. in ſuo tractatu de legitimatione, in rubri. de cauſa materiali legitimationis, num. 4.5 & 45. conſtitutus in 6. volumine tractatuum diuerſorum DD. char. mihi 265. col. 1.* & alibi ſæpe traditur, & quando dicta donna Conſtantia fuit concepta, vt probatum eſt, dictus donnus Ioannes non habeat in domo ſua in concubinam prædictam Mariam de Ciſneros.

Tertio dicta donna Conſtantia non potuit legitimari ex dicto matrimonio, ad ſucceſſionem dicti maioricatus, quia non po-
11 teſt quis legitimari † ex matrimonio contractu in vltimo vitæ ſpiritu, ad excluſionem ſubſtituti, nec tunc obtinet legitimatio ipſa aduerſus talem ſubſtitutum: cum tale matrimonium dicatur contractum in fraudem ſubſtituti, ex *tex. in d. cap. tanta eſt uis*, & in propriis terminis ita dicit *Angel. in dicta l. nuper. col. 1. verſ. tu vero dicas, C. de naturalib. libe.* vbi etiam eſt ad hoc bonus *text. in verbis*. Spe tollendę ſobolis. Idem & tenet ipſe *Angel. in l. ſed & quæſitum colun. 1. ver. & per hoc dici poteſt, ff. de libe. & poſthu. & Ant. Roſel. in d. tractatu de legitimatione in dicta rub. de cauſa materiali legitimationis, num. 41. in fine*, & idem ſingulariter tenet Barba. *in cap in præſentia de proba. col. 24. verſ. item in quantum iſte tex.* per totum, vbi ad hoc allegat *tex. notabilem in l. filię meę emancipatæ & egre. ff. ſolut. matri. & ibi ait etiam* Barba. ſe conſuluiſſe infinitis vicibus ſecundum illam doctrinam *Angel. in d. l. nuper, & idem tenet & idem Barba. in conſ. 68. circa hanc dubitationem, col. penul. verſ. præterea adduco elegans & Peregrinum dictum Ang. lib. 2. & Præpoſit. in d. cap. tanta col. 5. in 2. q. in fine, & ſingulariter Dec. in conſ. 399. concluſionem plenè col. fin. num. 9. in fine, & Carol. Ruin. in conſil. 211. prima nu. 7. cum ſequentib. lib. 1.* vbi plura notabilia refert in noſtro propoſito, & late etiam idem fundat, & tenet *Anton. Gomez. in d. l. 9. tau. num.* 58. *& Gregor. Lup. in l. 1. Legitimo filio titul. 13. De los hijos legitimos part. 4. in verb. ſe caſa con ella colu. 1.* poſt medium, & alibi ſepe Doctores tradũt, dolus enim vnius alteri nocere non debet *l. eleganter, §. 1. ff. de dol. cum alijs de quibus Bartol. in l. fin. colu. 2. verſ. ſecundo habes ff. ſi quis aliq. teſta. prohibue.* Et cum in fraudem ſubſtituti matrimonium ſit contractum, de ea què conſtet, nullus dubitat de prædicta ſententia, & tantùm DD. contendunt an ipſa fraus conſtet ex ipſo matrimonio contracto tempore mortis: nec ne. Et licet *Iaſ. in d. l. ſed & quæſitum num. 11. & Alexan. in l. ſi quis poſthumos in princip. col. 2. verſic. poſſet tamen limitatio, ff. de libe. & poſthu. & Ioan. Franc. de Rip. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus in 2. ff. ad trebell. num. 48. & Anton. Gom. in d. l. 19. tauri num.* 59. negatiuam partem ſectentur tamen contraria ſententia verior eſt, & ipſam comperiri fraudem ex matrimonio mortis tempore contracto: præſertim cum tunc non ſubſit ſpes ſobolis procreandæ, & hæc eſt magis communis Doctorum ſententia, quam tenent *Angel. in d. l. nuper, & idem Angel. in d. l. ſed & quæſitum & Præpoſit in d. cap tanta, & Dec. & Carol. Ruin. in prædictis locis poſt Barba. vbi ſupra, & idem tenet Bald. in d. cap. in præſentia col. 7. verſ. quid ſi quis ingreditur, & idem Bald. in authent. niſi rogati col. fi. verſ. quæro quid ſi rogatus, C. ad trebell. & ibi Alberic. col. fin. verſ. item quærit gloſ. & Specul. in in tit. de ſtatu monachorum col. fin. ad finem verſ. porro ſi in morte, & ſingulariter idem tenet Anto. de But. in cap. ſicut nouis in primo per totum de regularib.* quam ſententiam optime probat *tex. in cap. 2. de renunciat. lib. 6. in verbis.* (Dummodo de præmiſſa fraude appareat ſaltem per aliquas probabiles coniecturas, vt quia dictę renunciationis tempore, is qui præuendam, vel dignitatem pinguiorem habebat, infirmitate grauidet inebatur.) Et facit ad idem *in l. omnes, §. lucius, ff. de his quæ in fraud. credito. & in l. poſt contractum, ff. de donationibus, & in l. data opera, C. qui accuſa. non po. & in l. 3. tit. 10. p. 7. & in l. 2. tit. 4. p. 5. cum alijs ſuis vulg.*

Et vltra ſupra dicta conſiderandum eſt in hac ſpecie, dictum donnum Ioannem
12 deſcẽdere ex illuſtri proſapia † at dicta Maria de Ciſneros deſcendit ex ignobili genere, & ex parentibus obſcuris generis: quo in caſu filij non legitimantur per ſubſequens matrimonium *ex tex. notabili in auten. quibus mod. natural. effi. legiti. §. ſi quis vero, verſ. ſit igitur licentia, & ibi eſt gloſ. ſingularis in uerbo permittimus colla. 6. & inibi etiam in expreſſo notat Angel. in §. ſed & aliud, colum. 1. uerſic. in textu ibi neque dignam, ubi citat Bartol. & Franciſc. de Piſis, & Angel. Amel. & Vgo Pello.* quibus ad

ſtipu-

Digitized by Google

ſtipulatur Præpoſi. in cap. per venerabilem, §. quod autem qui fil. ſint legiti. col. 7. verſ. ſecundus modus eſt, & melius idem Præpoſ. in d. cap. tanta eſt vis eod. titul. col. penultim. verſ. aduerte quòd ad hoc eſt bonus tex. & ibi Bald. in authent. ſi quis, col. 1. verſ. in tex. ibi poterat, C. de naturalibus lib. & Bartol. in d. l. in concubinatu colum. 1. ver. nota ex eo. & clarius idem Bartol. in l. concubinam in finalib. verbis, ff. de concubi. cuius meminit Bald. illi conſentiens in dicto conſ. 206. numer. 6. verſ. quid dicemus, & in ver. & ſi legitimantur lib. 1. & idē, Bald. in cap. illud colum. fin. ver. item nota vnum mirabile. de præſumption. & Bartol. Cepol. in cautela 304. incipien. debet ſcire & ſingulariter idem conſuluit Curt. Iun. in d. conſ. 136. quidem vaſſallus, col. 4. num. 9. 10. & 11. & inſigne Soccin. iun. in conſ. 52. me minime fuiſſe, num. 2. lib. 1. vbi & ait, quòd hec eſt communis opinio, & quòd cum in ſpecie non habeat contradictorem ab ea nephas eſſet recedere in iudicando, & hanc ſententiam notanter proſequirur Hiſpanus noſter Io. Lup. à Pala Rub. in repet. c. per veſtras de don. int vir. & uxo. §. 7. col. 2. & 3. n. 4. & melius n. 8. per totum quibus accedant tradita per Luc. de Pen. in l. ſi cohartalis, col. 2. ver. circa primum, & in verſ. ut ſcias, C. de cohartalib. lib. 12. vbi & dicit, quòd concubinatus proprie eſt circa perſonas impares, puta virū magnæ, mulierē verò inferioris conditionis, & ad ſupradicta eſt optimus tex. in l. fi. tit. 14. par. 4. in qua lege prædictæ concluſioni videtur ratio aſſignari in hunc modum ibi (Ca non ſeria guiſada coſa que la ſangre delos nobles, fueſſe embargada ni ayuntada a tan viles mugeres.) Et facit tex. notabilis in l. ſuper, C. de quæſtionib. & alia iura quę allegat Io. Lup. de Pal. Rub. in repet. d. c per veſtras, §. 7 n. 8. in fi. ad hoc quod indignū eſt, vt ſordidæ proles ſplēdidis natalibus audeant ſubrogari, & dicit notāter Barba. in conſ. 46. ſcripſit præclare, col. fi. ver. & iud. tio meo. lib. 2. quòd nobiles abborrent contrahere matrimoniū, cùm mecanicis & vilibus perſonis & hinc etiā dicit Bal. in l. nec filiū ad finem, C. de ſecund. nupt. ꝙ ſi nobilis cōtrahat matrimoniū cum plebeya, perdit nobilitatē, & eum refert Chaſſene. in ſuo cathalogo gloriæ mundi 8 par. in conſideratione, 21. col. 2. uerſ. aduerte tñ faciunt tradita per Pal. Rub. in d. §. 7. n. 4. & 5. Et ex his non eſt mirū, ſi tex. in d. c. tanta eſt vis matrimonij, prædictis rationibus, & ſententiis tēperetur. Præſertim quia ſacri canones leges immitari non dedignantur, ut in c. 1. de noui ope. nunciа. cum ſimilibus. Vel ſaltem dicunt Curt. Iun. & Carol. Ruin. in dictis conſilijs. quòd in terris laicorum, in quibus ſunt ſita prædicta bona maioricatus, ſunt ſeruanda prædicta iura, quia cùm lex ciuilis principaliter ſuper matrimonio non diſponat, ſed ex cauſa iuſta lucrum auferat, debent obſeruari, & cuſtodiri in terris laicorum ſm Io. And. in c. cum ſecundum, col. 2. de hęreti. lib. 6. & ſingulariter idem dicit Angel. in conſ. 29. ex themate tria eliciuntur dubia col. 3. uerſ. dico quòd ſuper ipſo iure ſuccedendi, & in uerſ. concludo ergo, & tradunt moderni in c. 1. de ſponſalib. & alibi ſępe. Et ideo Carol. Ruin. conſuluit in d. conſ. 211. col. 3. n. 6. per totum lib. 1. quòd lex ciuilis auferens ſucceſſionem genitis ex nuptiis contractis à nobile cum ignobili, minimè improbatur: quia tendit ad totius familiæ dedecorem euitādum, ex pluribus ibi ab eo traditis. Nec ſequitur Cur. Iun. excogitante in dicto conſil. 52. nu. 2. 3. & 4. lib. 1. valet matrimonium de iure canonico contractum inter nobilē, & humilem mulierem, igitur ex tali matrimonio legitimantur filii ad ſuccedendum, & prædicta omnia pro vtraque parte late proſequitur Phannu. de Phannu. in ſuo tractatu de lucro dotis, in uerbo per mortem n. 32. 33. cum ſequen. pag. mihi 92.

Deniq; & dici poteſt, dictam legitimationem ex dicto matrimonio non eſſe factam, quia agitur in præſenti ad excludendum dictum Donnum Petrum de Orellano, primo natum à ſucceſſione
13 dicti maioricatus: ſiquidem filius nō † legitimetur ſequenti matrimonio ad auferendum bona maioricatus ab altero legitimo primo nato: cū in legitimè nato prius concurrant ambo vincula, ſcilicet naturale, & ciuile, ex quibus duobus ius ſuccendi quæritur, ita in proprijs terminis noſtris tenet Ioan. And. in regul. ſine culpa. de regul iur. lib. 6. col. 11. verſ. in contrarium, & ſequent. præſertim in col. 13. verſ. ad ſolutionem quæſtionis, vbi ait; ita tenuiſſe Bartol. Brix. & Tancred. & alios antiquiores, ibi ab eo allegatos (dicens eos eſſe ſolemniſſimos Doctores) quod ibi tenet Ioan. And. ex tex. in cap. ſi pro te. & in c. quàmuis. de reſcript. lib. 6. & in cap. ſi apoſtolicę. de præbēd. eod. li. 6. & facit tex. cum ſua materia in l. vobes. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſignifica. & in l. quotiens. C. de rei vendica. idem & in proprijs terminis tenet Alberic. in l. cum quis C. de naturalibus libe. columna 5. verſ. ſed an ex tempore natiuitatis, & ibi idem tenet Ioan. Fab. num. 4. poſt Bart. in l. cum decem. §. n.



Digitized by Google

uerſ.ſecundo inducit, ff. de ſolutionib. & Anchar.in d.cap.tanta col.3.num. 12. ad finem qui fil.ſint legiti.& idem tenet idem Anchara̅n.in conſ. 427. circa primum quæſitum col.2.uerſ.item non uidetur eſſe intentio, & Prępoſit.in cap.per uenerabilem, §.quod autē col.22.uerſ.& ex his infertur ad quæſtionem qui fil.ſint legit.& idem tenet Iacob.Butricarius in l. quotiens, C.de rei uendic.col.1.uerſ.& ſunt hæc in argumentum, & inibi etiam idem tenent Bal.col.1.uerſ.& hæc faciunt ad quæſtionem, & Iaſ.num.40.in princip.& in uerſic.addo quòd iſta vbi dicit hanc eſſe cōmunem opinionem eandem dicit eſſe communem ſententiam Alex.in l. gallus, §. & quid ſi tantum col.9.uer. & hoc facit ad quęſtionem, & ibi Claudi.dicit ita communiter teneri, col.6.uerſ.& hoc infertur, ff. de liber. & poſthu.& ſecundum hanc opinionem cōſuluit Alexand. in conſ.5. attentis narratis num.5. lib.7. & in conſ.25. circa primum dubium col.2. uer.adducit etiam lib.1. & Io. Andr. refert, & ſequitur additionator Paul. Caſtrenſ. in l.maximum uitium, C. de libe. præteri.uel exheredat.col.2.in additione incipien. quia primogenitus.idem etiam tenet Soccin iun.qui plures alios refert in conſil.52. memini me fuiſſe num.6. & 7.lib.1.& in conſil.95.quia prę͡ſentis num.32.lib.3.et Guiller. Benedict.in repet.cap. Rainuntius de teſtam. in uerb.in eodem teſtamento relinquens num. 202.et Felin.in cap.fin.num.11.uer.ſub iſta declaratione de conſtitu. & hæc eſt communis opinio ſecundum Martin.Lauden.in tractat. de primogenitura q.32. per totam, & idem nouiſſime tenet dominus Gregor. Lup. in l.1.titul.13.par.4.in uerb.ſe caſe con ella col.2.uer.nota tamen quod primogenitus, et Anton. Gomez.in l.9. Tauri num.64.et 65. et Ferd. Menchac.de ſucceſſio. progre.lib.1.§. 2. num.89.quibus in locis prædicti Doctores communiter concludunt, hoc in caſu talem legitimationem, non retrotrahi ad tempus natiuitatis filij legitimati cùm ſit in præiuditium filij, qui uerè legitimus eſt, ex pluribus inibi per eos adductis. Quæ ſententia, & obtinet, licet dictus Petrus de Orellano ſubſtitutus tranſuerſalis ſit, ( vt non eſt, ſed filius legitimus eius de cuius matrimonio agitur, ) vt palam conſtat ex prædictis Doctoribus, pręſertim ex Anchar.in d.conſ. 427.col.2.uerſ.item non uidetur fuiſſe intentio, et Alexan.in conſ.67.conſideratis his column.3.uerſ.pro hoc etiam ſpecialiter, et ſequē. et in col.penult.uer.ad idem adduco lib.1.et ex DD.antiquioribus, in d.l.quotiens, Cod. de rei uendic.& quanto magis cum in præſenti, nō agatur de ſuccedendo dicto domino Ioanni de Orellano, nec de eius ſucceſſione, ſed tantum tractatur de ſucceſſione cōficientis maioricatum, ſcilicet primi fundatoris, ut in l. coheredi §.cum filię, ff.de uulga.et pupil. ſubſtitu.et in l.unum ex familia in princip. ff. de leg.2.cum aliis ſuis ſimilibus.

Ex quibus luce clarius conſtat de iuſtitia dicti donni Petri de Orellano, & ita fuit poſtea pronunciatum.

Doctor Burgen. Salon de Pace.

# A D D I T I O.

NVm.1.vide Maſcard. de probat. concluſ.1023.numer.23.& ſeq. Gratian.cap. 849.num.12.& 14.

Et quando iſta probatio admictatur, Grat.diſcep.forenſ.cap.849. numer. 12.& 14.

Num.2. Maſcard.de probat.concluſ.1023 numer.3.& 4. Gratian. capit. 137. num.15.

Num.3. Maſcard. de probat. concl. 139. num.5.

Num. 4. an matrimonium in articulo mortis contrahi poſſit, vide Actium in tract. de infirmit.par.2. litt. M. verſ. matrimonium, Maureus dec. lituan.pri. num.250. latiſſimè Polid. Ripa in tract. de actis in mortis art.cap. 2. per totum ita nec cum furioſo, & mente capto contrahi poteſt, late Vinius dec. 222. nu.7. & ſeq.

Num.5. Maſcard.de prob. cōcl. 1016. nu. 6. Mantic.de tacit.& ambig.lib.7.titul. 22.num.33.& ibi num.45. & 46. docet de cauſa ſuperueniente ſi reuocatum cenſeatur primum mandatum.

Num.6.licet conſenſus præſumatur in actu quem verò ſimiliter abſque eo quis non exercuiſſet, Maſcard. concl. 417. num.3. nihilominus videatur, Menoch. de præſumpt.lib. 6. præſumpt. 34.num. 1. & conſequenter furioſus, qui habet dilucida interualla præſu-

mitur

Digitized by Google

mitur geſſiſſe actum eo tempore, quo ceſſauit furor, & contrarium aſſerenti incumbit onus probandi, *Maſcard. de probat. concl.* 824. *nu.* 17.

Num. 7. adde *Vezin. inter commun. opin. lib.* 5. *titul. de repud. numer.* 9. *vbi alios citat.*

Num 8. ad le *Cened. in collect. Iur. canon. ſuper ſexto decret. Collect.* 3. *nu.* 3.

Sicuti non poteſt contrahi cum ſorore illius, quam prius carnaliter cognouit *Viuius dec.* 272. *nu.* 11.

Num. 10. adde *Veuſner. deciſ.* 4. *num.* 15. *lib.* 1. *Alex. Trentacinq; var. reſol. lib.* 1. *tit. de legitim. reſol.* 1. *num.* 5. *Viuius opin.* 315. *num.* 9. *& in dec.* 519. *num.* 7 *Gratian. cap.* 613 *num.* 10. *cum ſeq. Intrigl. dec. Sicil.* 3. *nu* 61.

Num. 11. regulariter matrimonium cõtractum in extremo vitæ articulo cũ concubina liberos facit legitimos, *Veuſner. vbi ſupra num.* 26. *Ripa vbi ſupra num.* 4. & an ad excluſionem ſubſtitutorum vltra *Ripam Sarnient. ſelect. interp. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 8. *conſil. de Giorg alleg* 22 *nu.* 14.

Num. 12. *Alex. Trentacinq. var. reſol. lib.* 1. *tit. de legitimat. reſ.* 1. *nu.* 4.

Num. 13. de hoc latius *per Pheb. dec. luſit.* 97. *num.* 9. *par.* 1.

An autem ad feuda legitimatus admittatur latè *Viuius d dec.* 519. *Hieron Leo dec. Valent.* 93. *nu.* 17. *Anna in rubr. de Vaxal. dec ętat. nu* 432. *Borgn. dec.* 32. *nu.* 8. *par.* 3. *Intrigl. dec. Sicil.* 15. *num.* 52. *vbi declarat Conſ Theod. alle.* 50. *num.* 9. *&* 10. *Anton. Gabr. in ſuis cõcl. tit. de legitimat. concl.* 1. *per totam*, & ſic in præiudicium ſubſtituti matrimonium contractum in articulo mortis nõ operatur effectum in legitimatione, *Sarnient ſelect. interp. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 8. *Ripa ibi num.* 4. *& latius Cõſil. de Georg. allegat.* 22. *numer.* 14. *& ſequent.*

## *S V M M A R I V M.*

1 *Cauſa teſtati facit ceſſare cauſam inteſtati.*

2 *Teſtium rationes conſiderandę ſunt.*

3 *Teſtes de dementia ſeu furore deponentes, debent redere rationem ſui dicti, alias non probant.*

4 *Teſtes de ſana mente deponentes, præferuntur teſtibus de furore deponentibus.*

5 *Rei probatio in pari cauſa, pręfertur probationi actoris.*

6 *Furioſus quis debet probari tempore contractus, alias non ſufficit.*

7 *Teſtamentum libere exiſtimandum eſt fuiſſe confectum, nonquè metu nec illicitis perſuaſionibus.*

8 *Metus teſtatoris excluditur per eius ſpontaneam ſubſcriptionem.*

9 *Metus teſtatoris ceſſat ex præſentia iudicis, ſeu ex pręſentia conſanguineorum teſtatoris.*

10 *Metus claris probationibus debet probari.*

11 *Teſtari quem prohibitum quomodo probetur, & quę requirantur.*

12 *Teſtes de metu deponentes, qualiter, & quãdo pręferantur.*

13 *Voluntas teſtatoris probatur ex his, quę teſtator dixit extra teſtamentum.*

14 *Teſtatorem an liceat ſuadere perſuaſionibus leuibus, blanditijsque verbis ad teſtandum.*

15 *Teſtamentum poteſt fieri ad interrogationẽ tabellionis: & quando, & nu* 16.

16 *Titulus de his qui ſibi aſcrib. in teſtamento non procedit in teſtamento nuncupatiuo coram teſtibus confecto.*

17 *Teſtamentum in dubio pronunciandum eſt, firmum, validumque eſſe.*

18 *Poſitionibus reſpondens, quando ſit periurus, & inibi latè de intellectu l.* 12. *in fine in ordine iudiciario de Madrid in pragmaticis antiquis, quę habetur lib.* 4. *nouę recopil. tit.* 7. *l.* 2. *in fin. cum pluribus numeris ſequent. vſque in finem conſil.*

19 *Periurij pœna non habet locum, niſi extante dolo.*

20 *Periurij pœna ceſſat ex iuſta cauſa.*

21 *Periurium non pręſumitur.*

22 *Quęlibet cauſa etiam iniuſta excuſat à dolo cum ſequentibus.*

24 *Lex pęnalis extendi non debet.*



Digitized by Google

## ARGVMENTVM.

**Tractatura de validitate teſtamenti facti beneficium alicuius, ſeu inualiditate prætextu, quod erat mente captus, tẽpore quo illud confecerat, non tamen plene probatum ex parte ſuccedere volentis ab inteſtato, neque de vi, aut metu illato ab inſtitutis.**

## CONSILIVM VII.

DIuino auxilio poſtulato. In cauſa quæ vertitur inter Franciſcum Marauer, & Didacũ de Vdobrio, contra capitaneum Ioannem de Auedagño, ſuper bonis D. Ioannis de Luna iam defuncti, breuiter conſtabit de iuſtitia dictorum Franciſci Marauer, & Didaci de Vdobrio.

Et illud ante omnia præmittimus, dictũ D. Ioannem de Luna in eius teſtamento dictum Franciſcum hæredem inſtituiſſe, & dicto Didaco de Vdobrio legata aliqua reliquiſſe, de cuius teſtamenti ſolemnitate nullum dubium eſt, & id conſtat ex teſtibus in
1 hac lite productis: quo extante † ceſſat cauſa inteſtati prætenſa à dicto Ioanne de Auedagno, ex *tex. in l. quandiu poteſt, ff. de acqui rend. hæredita, & in l. quandiu, ff. de regul. iur. bonus tex. in l. 1. tit. 13. par. 6. & in l. 3. & in l. 5. eod. titul. 13. part. 6. cum alijs ſuis ſimilibus.*

Et totum hoc conſilium in duobus tantum conſiſtit.

Primo, an dictus D. Ioannes de Luna fuerit mente captus tempore quo confecit dictum teſtamentum.

Secundo, an ipſe D. Ioannes de Luna reuocauerit prædictum teſtamentum per eum confectum in fauorem dictorum Franciſci Marauer, & Didaci de Vdobrio.

Et quo ad primum dicimus, nullam demẽtiam eſſe probatam. Nec de ipſa dementia conſtat teſtibus contrarijs, & eorum rationes ſat comperiunt, ipſos teſtes non conclu-
2 dere: quæ teſtium † rationes ſunt conſiderandæ, vt in *l. ſolam, C. de teſtibus, et ibi notant DD. et eſt tex. in l. 3. §. tu magis ſcire poteſt, ff. eod. titul., et facit tex. in l. cum pater, §. dulciſſimis, ff. de leg. 2. & in cap. ex literis de probationibus, cum alijſq. in expreſſo tradit Bald. in l. conuenticulam col. 4. verſ. modo venio ad teſtes, & in verſ. item multo fortius, C. de epiſc. & cleri.*

Præterea, teſtes de furore ſeu dementia
3 deponentes non probant † niſi aſſignent rationem ſui dicti, vt in terminis tenet *Bald. in d. l. ſolam col. 2. verſ. ſed quando tale. & in verſ. idem ſi teſtis ad quod ibi allegat Innocent. in cap. cum cauſam de teſtibus idem etiam tenet ipſemet Bald. in l. furioſum, col. 1. verſ. eſt autem difficile, C. de teſtament. & Ang. Aret. in §. præterea, col. fin. verſ. ſecundo caſu iſtnit. quib. non eſt permi. face. teſta. & Dec. in conſ. 448. vis tota nu. 32. & Mayneri. in l. furioſi num. 4 in fine, ff. de regul. iur. & ſingulariter idem tenet Iaſon. in conſ. 2. in themate præſuppoſito num. 7. lib.* 1. vbi notanter conſuluit, quòd teſtes de furore deponentes debent aſſignare rationem ſui dicti, etiam ſi de ea non ſint, interrogati ad quod ibi allegat *Bald. & Alberi. in l. nec codicillos, C. de codicil. & Iaſ. in dict. conſ. 2. num. 7. refert Bald. in §. item furioſi inſtitu. quib. non eſt permi. & face. teſtamen.* concludentem, quòd non ſufficeret ſi teſtis in aſſignatione rationis diceret, ſcio quòd eſt furioſus vel non ſanæ mentis, quia vidi eum prohicientem lapides, vel vidi eum loqui inania verba, quia dicit, quòd talis teſtis non probaret, niſi diceret, quòd vidit eum talia facere, more inſanorum, quia etiam ſani talia faciunt, & idem tradit *Bohe. deciſ. 33. num. 77. in fin.* & præter eos hoc facit conſtat ex *Bart. in tract. teſtium in cap. quod incipit oppoſita prudentia col.* 1. poſt principium, & quòd teſtes teneantur redere rationem, etiam non interrogati quando deponunt, de furore eſt communis opinio ſecundum *Soccin. in conſ. 42. in caſu reſtitutionis num. 4. cum ſequentib. lib.* 1.

Proinde teſtes dictorum Franciſci Marauer, & Didaci de Vdobrio, quia deponunt
4 † de ſana mente teſtatoris, præferuntur teſtibus de furore ſeu de dementia, de dementibus: ſiquidem de re veriſimiliori deponãt, atque de re iuri communi conſona: cum quis ſanæ mentis præſumatur, vt *in d. l. nec codicillos, C. de codicill.* quo in loco *DD.* dicunt, præſertim *Bar. col. 1. verſ. dicendum eſt ergo,* quòd ille, qui dicit aliquem eſſe ſanæ mentis, habet præſuntionẽ iuris pro ſe, ſcilicet, quòd quis ſit ſanæ mentis, ad quod eſt *tex.* notabilis *in l. 2. verſ. E otroſi dezimos que quando alguno. Cum ſequenti titul. 14. par. 3. & tex. in cap. fin. verſ. nos cauſam, & in verſ. ſi vero de ſucceſſionib. ab inteſta. &* facit *tex. in cap. indicas 3. q. 9. & ibi gloſ. in verb. oſtenderis,* ſunt & aliæ concordantiæ

tiæ, de quibus, *Dec.in conſ.489.in caſu occurrenti num.13.& plenius idem Dec. in conſ.448.vis tota.num.9.cum ſequentib.* & quod teſtes de ſana mente deponentes præferantur, tradunt etiam *DD.in cap.fin.de ſucceſſionibus ab inteſta.* maximè *Abb. col. fin.verſ. quid autem ſi vna pars*, vbi dicit, magis eſſe ſtandum teſtibus de ſana mente deponentibus, quàm contrarium deponentibus,& idem tenet *Cardin.in clement.1. de homic.col.2.verſ.ſecundo quæro,& Corn.in conſ.217.licèt videatur, col.pen.ver.& magis oſtenditur lib.2.& Dec.in d.conſ.448.n.10.cum ſequentib.* & ſingulariter *Iaſ.* idem conſuluit *in conſ.2.in themate præſuppoſito col.4. num.8.lib.1.* dicens magis eſt ſtandum duobus teſtibus de ſana mente deponentibus, quàm mille teſtibus deponētibus de furore,ſeu inſania, idem & conſuluit idē *Iaſ.in conſ.178.in cauſa matrimoniali, nu.1. verſ.ſecundo confirmatur,& in verſ.tertio quòd magis lib.2.poſt Dec. in dicto conſil.448.num.10.* & *Boer. in dec.23.& quo ad primam quæſtionem cum pluribus ſequētibus,& Thom.Grama.in deciſ.73.venerabilis Antonius num. 21. cum ſequentibus,& Cardin. Paul.Pariſ.in conſ.88.viſo proceſſu.num.20.& 22. cum ſequentibus, & præcedentibus lib.3.* Et quanto magis hęc concluſio in præſenti caſu vera eſt, cum prædi-

5 ctus Franciſcus Marauer † ſit reus,quare in pari cauſa eius probatio eſt pręponenda, *ex tex.* notabili *in cap.ex literis de probat. & ibi Abb.col.2.verſ. nota magnum eſſe commodum,& ſequentib.& ibi Felin. num. 5.* ad quod eſt optima *gloſ. in cap. clerici in uerb. aliqui.81.diſtin. quam gloſ. allegant ad hoc Abb.& Felin.in d.cap.ex literis, & idem Abb.in cap.ex tenore.col.2.verſ. nota vnum modum cum ſequentib. de teſtib.* & alibi ſæpe traditur. Immò & modicus exceſſus in probatione actoris, & in eius teſtibus,non tollit reo beneficium abſolutionis; *ſecundum Abb in d.cap.ex litteris col.2 verſ. & nota quod reus de probationibus.* Præter hoc, quòd non ſufficit in genere, quem furioſum probari,vel non ſanæ men-

6 tis eſſe, ſed requiritur † in ſpecie probari, quòd tempore celebrati contractus, ſeu inſtrumenti, erat furioſus,ſeù non ſanæ mentis,& ſecundum hanc opinionem *Cardinal.* conſuluit, *vt ipſemet* affirmat *in d. clement.1.de homicid.col.1.uerſ. ſecundo quæro in fine. & Ancbar.in conſ.5.pro parte nobilis col.2.verſ.& ſi dicatur, cum ſequent.*& eos refert & ſequitur plures alios citans *Iaſon. in d.conſ.178.num. 1.* & facit ad idem *gloſ.* notabilis *in d. c.fi.de ſucceſ.ab inteſt.in uer.* compotem, de quo latiùs ſupra diximus *in conſ.5.nu.9.*

Quò ad ſecundum, conſtanter etiam dicimus, dictum teſtamentum non dirui ra-

7 tione metus, nam liberè confectum † exiſtimandum eſt; non autem ex metu, ui, aut illicitis perſuaſionibus prædictorum Franciſci Marauer,& Didaci de Vdobrio *ex tex. in l.merito* cum ſua materia *ff pro ſocio,* ad quod eſt *tex.*notabilis in propoſito, *in l.fin. C.ſi quis aliq.teſta. prohib.& ibi notat Bal. col.fi.verſ.ſed nunquid,& tex.in l.fin.ff.eod. tit.& in l.3. quādo fiio, Tit.1. Delos desheredamientos. Libro 3.fori leg.cum alijs de quibus in propoſito Guiller.Benedict. in repet.cap.Raynutius de teſtamen.in verb.condidit lo ſecondo num.35.poſt Corn.in conſil.77.viſo dicto themate col.5.verſ.non obſtant adducta in contraeium lib. 4.* & Abundè *Dec.in conſ.489.in caſu occurrenti nume.6.*vbi tenet *ex d.l.fin.*minime eſſe cenſendū falſis cauſis, vi, ſeu iniuſtis ſuaſionibus, teſtatorem compulſum ad aliquem inſtituendum,& ſat conſtat *ex tex.in l.quotiens, §. qui dolo, ff.de probationib.& in l.27. titul.1.part.6.* præter hoc, quòd pleriſquè teſtibus eſt probatum, dictum teſtamentum ſponte eſſe confectum, & dictum Franciſcum Marauer eſſe hæredem inſtitutum, propter ingentia ſeruitia ſibi à dicto Franciſco exhibita.

Et ad dictum metum abijciendum,& nō modicè confert, factam eſſe ſubſcriptionē

8 † à dicto teſtatore in dicto teſtamento, & alia ſimilia interueniſſe, *ex tex.notabili in l.emptor,§.lucius ubi Bar.col.1.uerſ.ſecundo nota, ff.de pact.* & probatur *in l.ſi ego, §. dotis ff.de iur.doti.cum alijs* de quibus in propoſito, *Soccin.Iun. in conſ.77.licet in præſenti num.7.cum ſequentib. lib. 1. poſt Alexan.in conſ.147.ponderetis his colun.1. uer.ad hoc oſtendendum, cum ſequentibus lib.2.*& melius *per Aym.Crauet.* qui ſingulariter loquitur in noſtris terminis *in conſil.25.dubia plura col.3. num.12.* quibus accedat, quæ *Bald.dicit in l. fraudem in princ. colun.2.uerſ. in tex. probatur, ff.de teſtam. mili.*

Præterea dicimus, ex eo non interueniſſe aliquem metum, quod Iudices loci fuerunt

9 † præſentes confectioni prędicti teſtamenti, quod iudex facere debet etiam non requiſitus ad id, *ex tex.in l.curent, ff.de teſtibus, & ibi DD.& id notat Guiller.Benedict.in d.cap.Raynutius in uerb.condidit in 2. nu.24.& Segur.in repet.l.1.§.ſi uir uxori col.48.uer.item adde.ff. de acquir.poſſeſſ.*& in expreſſo, quòd in hoc caſu ceſſet metus, pro

bat

bat,*tex.vbi DD.in l.*1.*C.de præd.curia l.lib.* 10.& idem probatur *in l.tranſactionem, & in l. interpoſitas,* vbi expreſſe *DD. C.de tranſact.& DD. in l.pacta nouiſſima, C.de pact.cum alijs de quibus Iaſ.in §. quadrupli. num.63.ver. in prædictis tamen inſtitu. de actionib.& Feli.in cap.cauſam matrimonij num.6.de offic. deleg. & Aym.Crauett. in conſil.*114. *Ioanna filia,num.2.& in conſil.* 253. ex corde num. 4. & *alibi ſæpe,* & ſat hoc probatur *in l.*4. *titul.* 5. *par.* 5. idem enim in hac ſpecie operatur iudicis præſẽtia,ſicuti amicorum,& conſanguineorum aſſiſtentia, *ſecundum Bart.in l.frater à fratre,col.*15.*verſ.tertio quæro,ff.de condi. indebi.cum alijs* de quibus meminit *Iaſ. in d. l. tranſactionem num.*1. *verſ. ſecundo ex hac lege nota,& tradit idem Bart.in l. ſi in princip. col.*1. *verſ. nota quòd in Vrbe Romana, & in verſ item nota,ff. quod met. cau.*& dicit ſingulariter *idem Bartol.in l.fin.colun.* 2. *verſ.quærò quæ coactio in fine,ff.ſi quis aliq. teſta.probib.* quòd omnis præſumptio metus illati in teſtatorem, ſeu diſponentem, ceſſat ex præſentia conſanguineorum *ex d. l.tranſactionem,* & idem dicit *Bald. in l. ciuili.col.*2.*verſ.tamen ad tollendam,C.ſi quis aliq.teſta. probib.* igitur idem eſt, quando iudex eſt præſens tempore confectionis teſtamenti per ſupradicta.

Quæ omnia & confirmantur, quia ipſe
10 metus erat probandus veris,& claris † probationibus,non ambiguis,*ex l.fin.C.de probat.& in l,metum,C. quod met. cau. & eſt optimus tex.in l.*29.*tit.*1.*par.*6. qua & diſponitur,neceſſum eſſe probari,quòd vis teſtanti ita illata fuit, quòd teſtator ex ea teſtari non potuit,idem,& probat *tex.in l.*3. *tit.*9.*lib.* 3.*fori leg. & per totum titulum, C.& ff.ſi quis aliq.teſta. probibu.*& hoc etiã notantèr in noſtris terminis conſiderat *Cardin.Pariſ. in conſ.* 97.*quarela. numer.* 67. *lib.*3.

11 Cæterum, & vt probetur † quem teſtari prohibitum,duo ſunt neceſſe probanda; Primùm,quòd teſtator teſtari volebat. Secundum,quòd teſtari eſt prohibitus, *vt in l.*1.*ff. ſi quis aliq. teſtá. prohibu. & ibi DD. & Bart.etiam in l.fin.ff.eod.tit.col.*2. *verſ. quæro qualiter,& Bald.in l.ciuili,C.eod. tit. col.penul. verſ.ſed quæro qualiter probabitur, & Guiller.Benedict. in repet. c.Raynutius de teſta. in verb. teſtamentum lo primo num.*23.*cum alijs de quibus Card.Pariſ. in conſ.*67.*quærela num.* 34.*cum ſequentib. lib.*3.*poſt Soccin.* qui notabiliter loquitur in hoc propoſito *in conſ.*105.*viſo proceſſu, num.*2. *cum ſequentibus lib.*3. Imò & erat neceſſarius metus mortis,ſeu cruciatus corporis, aliuſq. metus, qui caderet in conſtãtem virum,vel ſaltim talis metus, qui officio iudicis reſtitutionem induceret *l.* 1.*§. quæ oneranda,ff. quar.rer. act. non detur,* & in proprijs terminis ſic adnotat *Bart. in d. l.fin.ff.ſi quis aliq.teſta.probibu.col.* 2.*verſ. quæro,quæ coactio,& Bald. in d. l.ciuili, C. eodem titu.colum.*2.*verſ.quæro quę coactio.* & idem conſuluit *Corneus in conſ.* 150.*circa præſentem,col.fin. verſ. tum etiam lib.* 2. *& Roderic.Suarez in allegatione* 1.*colu.*15 *ver.accedat prædictis,& Card.Paul. Pariſ. in d.conſ.*67.*quęrela,num.*41.*lib.*3.

12 Et licet teſtes de metu deponentes † præferendi videantur *ſecundum Innoc. in cap. ſuper hoc de renuncia.*& idem tenent *plures alij DD.in pluriſque locis,* tamen hoc temperandum eſt,niſi teſtes de ſpontanea voluntate deponentes, aliquid deponant, ex quo lex pręſumat metum non interueniſſe, nempe, ſi ipſi teſtes tractent de præſentia iudicis, ſeu de præſentia amicorum, *ſecundum Angel. in l.fin. ff.quod met.cau.colun.* 1.*verſ.in tex.ibi apertiſſimas,& in verſ. illud credo verum,*quem refert & ſequitur *Iaſon.in d.l.interpoſitas,C.de tranſact.num.* 5. *verſ.limita iſtam Doctrinam,& Boer.in deciſ.*100.*præſuppono,num.*6.*& Ioan. de Nevizan. in conſ.* 46. *pro iſta puella num.* 28. *Bernard.Diaz. de Luco in ſuis regul.& fallen.in regula* 470. *teſtibus duobus,colun.* 1. *verſ.limita niſi teſtes.*

Verum & prædictum metum ex eo non conſtituiſſe probatur, quia dictus teſtator ante dictum teſtamentum ſepiùs dixit, ſe inſtituturum hæredem dictum Franciſcum
13 Marauer. † ſi quidem de voluntate teſtatoris conſtare dicatur ex his, quæ ipſe teſtator extra teſtamentum dixerit, *ex textu notabili in l.quotiens,§.primo,ff. de hæredibus inſtituen.*vbi ait hoc eſt bonus tex.nam ibi teſtator extra teſtamentum dixit ſe velle inſtituere talem hæredem in quadrante, deinde in teſtamento ſcripſit ſemiſſem pro quadrante, dicit *ibi tex.* quòd cum mens teſtatoris ex dictis extra teſtamentum eſſet de quadrante, quòd ſolum erit hæres in quadrante, qui *tex.*loquitur in fortioribus terminis: quia ſi hoc eſt,quando vnum apparet diſponentem voluiſſe extra teſtamentum, & aliud contrarium reperitur ſcriptũ, à fortiori in noſtro caſu idem dicendum eſt, vbi idem ſcribitur in teſtamento: quòd dictus D. Ioonnes de Luna dixit extra teſtamentum,& illum *text.* ad hoc commen-

dac

Digitized by Google

dat Bartol.in l.moribus, in princip.columna ſeptima uerſ.quæro ex quibus, & columna 8. verſ.dixi primo,ff.de vulga.& pupil.ſubſtitu.& ibi Alexand.col.10. verſ. item in quantum, & eundem tex. ad hoc commendāt DD.in l.precibus C.de impub.& al. ſubſtitut.maximè Bald.col.3.ver.6 oppono, & in ver.circa primum, & ſcribentes l. ſemper in ſtipulationibus,ff.de regul.iuris,ad quod facit tex.in l.quoniā deſideria, C.de naturalib. liber.vbi ait tex. volūtates,& deſideria morientiū ex voluntate viuentium colligendas,& facit tex.in l.ſi ſeruus plurium,§.fin. ff.de leg.1.& in l.licet Imperator, cum ſua materia,ff.eodem tit. ſunt & aliæ concordātiæ de quibus in noſtro propoſito Corneus in conſil.239.columna penult.lib.2.& Soccin in conſ.37. viſo teſtamento num.5. verſ. 1.& num 7.verſ.præterea cum agatur lib. 3.& Laurent. Calca.in conſ.8. in cauſa pēdente col.4.verſ.ad cognoſcendum,& Ludouic.de Gozadin.in conſ. 98. in hac cauſa numer.9. vbi, & dicit, quòd tunc haberi debet,ac ſi verba quæ teſtator dixit extra teſtamentum eſſent poſita in ſcriptura ipſius teſtamenti.

Nec ad rem pertinet,& ſi probatum eſſet, dictum Franciſcum Marauer & Didacum
14 de Vdobrio ad dictum teſtamentum † cōficiendum ſuaſionibus leuibus, blandiſque verbis ſuaſiſſe dictum teſtatorem, vt dictum Franciſcum hæredem inſtitueret, vt conſtat in l.fin.C.ſi quis aliq.teſta.prohib. & in l. fin.ff.eodem titul.1.& in d.l.27. poſt mediū titul.1.par.6.cum alijs de quibus Montalt. in d.l.3.titul.1.lib. 3.fori leg. in verb. por ruego.Vbi plura iura ſimilia ad hoc allegat in propoſito videnda,& per Dec.in d. conſ. 489.in caſu occurrenti num.7.& Ioan.Lup. de Pala.Rub. in repet. rub. de donat. inter. vir.& vxor.§.80. alias 81.num.11.& Bernard.Diaz de Luc. in ſuis regul. & fallen. in regul.498.incip.vxori & Nicol. Bellon. in conſ.79.num.10.& per Card. Pariſ. in d. conſ.67.querela num.47. cum ſequentibus lib.3; & hinc dicit Bald.in d.l.ciuili col. fin. verſ.ſed nunquid omnis,quod qui ſe hæredē inſtitui curat, non ex hoc in dolo eſſe conſtat ex traditis in l.quidquid,C.arbit. tutel. quilibet enim ius ſuum procurat, vt in leg. pupillus,ff.de his quæ in frau. credito. cum alijs. Et quia ſi quis ſuum commodum quærat,& ſi ex eo alteri damnum ſequatur,non eſt dicendum id feciſſe animo nocendi, vt conſtat in l.iniuriarum, §. is qui iure publico,ff.de iniur.quod notanter etiam conſiderat Carol. Ruin.in conſ.2. viſo teſtamento, num.10.lib.2.& ibi ponit intellectum doctrinæ Angel.in l.non enim,ff.de inoffic.teſt. & in d.l.fin.

Præterea parti aduerſæ non ſuffragaretur,& ſi conſtaret dictum teſtamentum ordinatum fuiſſe à dicto Franciſco Marauer. & à dicto Didaco de Vdobrio, cum illud liberè poſtquàm lectum fuit, confecerit & approbauerit. Imò & ad interrogationem
15 tabellionis † ipſum teſtamentum fieri poterat,etſi illud teſtator non ordinaſſet: cum teſtator articulatè loqui poteſt,& ſanæ mētis ſit, (vt hæc omnia in caſu noſtro vera ſunt) vt tenet gloſ.ſingula.in l. iubemus in verb.quemadmodum.C.de teſtamen. quam gloſ.ſequitur ibi Bart.col.2. uerſ.quærit gl. cum qua gloſ. eſt communis opinio ſecundum Alex.inibi col.fin.verſ.in gloſ.in verb. quemadmodum,& idem tenet Imol.in capit. cum tibi.col.3.verſ.quid autem ſi teſtator de teſtamen.& Angel. Aretin.in princip.inſtitut.de teſtamen.col.3. uerſ.in gloſ. teſtium. vbi dicit opinionem prædictæ gloſ.communiter teneri,& idem tenent Bart. & alij in l.hæredes palam in princip. ff. de teſtament. col. fin.uerſ.quæro quid ſi teſtator, eandem etiam dicit eſſe communem opinionem, Dec.in conſ 489.in caſu occurrenti num. 3. uerſ.& in caſu,eadem gloſ.dicit communiter approbatam Corn.in conſ.77.uiſo dicto themate.col.2. uerſ. his tamen non obſtantibus lib.4.dicens dictam gloſ. eſſe communiter approbatam in iudicijs, & in ſcholis, & cū ea eſſe magis communem opinionem,Idem etiam ſingulariter conſuluit Alexand. in conſ.33.ponderatis uerbis col.3. & ſequen. lib.3.& cum opinione dictæ gloſ.eſt magis communis opinio ſecundum Lauren.Silua. in conſ.54.integerrime iudex num. 10. vbi refert plures alios dicentes hanc eſſe communem opinionem,& ita in practica ſeruari, & ibi plura notabilia in hoc propoſito citat, Et adde videndum dominum Greg. Lup.in l.6.in uerb.Diziendo colum.2.per totam tit.3.par.6.

Immo, & ſi hæres ſua manu teſtamentū conſcriberet,illudque teſtanti coram teſti-
16 bus dederit † & ipſe teſtator illud confirmet, poſtquàm ei lectum fuerit per tabellionem coram teſtibus:& ſic teſtamentum nuncupatum conficiat, quod tunc talis hæres nulla pœna eſt plectendus:nec tunc obtinet locum titulus, C. de his qui ſib. adſcrib.in teſtament. cùm tunc non probet, vt hæredis ſcriptura, ſed vt ſcriptura à tabellione confecta: & quia tunc taliter ſibi adſcribens in teſtamento nuncupatiuo,poteſt innocentiam ſuam probare per teſtes, qui audiuerunt voluntatem defuncti,vt in pro-

prijs

Digitized by Google

priis terminis tenet *Bald.in l. 2. Cod.de his qui ſib.adſcrib.in teſtam. col.1.verſ. quæro hic*, & ante eum idem tenet ſingulariter *Spe cul.in tit. de inſtrum.edit.§. inſtrumentum col.pen.verſ.quidem ergo,& Bart.in l. 1.§. ex illa quoque col.fin.verſ.quærit gloſ. ff. ad l.Cornel.de Fal.* & idem notabiliter tenet, *Salic. in l.1.col.fin.verſ.& ex prædictis,C. de his qui ſib.adſcrib. & Angel.in ſuo tractat. maleficiorum in verb.falſario, colum. 6.verſ.quid autem ſi hæres ſcribat*, idem, & conſuluit *Cuma.in conſ. 78. quadam fecit teſtamentum col.2.ver.ſuper eo quòd à me quæritur*, ad quod inibi allegat *tex.*notabilem *in l.ſi quis legatum,§.cæterum, ff. ad l. Cornel. de Fal.* vbi dicit probari, quòd in teſtamento nuncupatiuo ceſſat pœna falſi per adſcriptionem, idem & tenet *Ioan. Dilect.Durand.in ſuo tractat de arte teſtandi tit.6. de legat.cautel.1.num.1. 2.& 3.* vbi notabiliter loquitur in hoc propoſito, & in effectu idem voluit *Cuman.in l. cum quidam colum.3.verſ. ad finem, ff.de leg.2.* & tenet *Nicol.Bellonus in d.conſ.79.num. 3.* His & conducit communis DD, ſententia, qua habetur, quòd ſi teſtator teſtamentum nuncupatiuum confecerit, in quo hæredem extraneum inſtituerit, & cum in extremis eſſet, conſanguinei ordinauerunt aliud teſtamentum ad ſuum commodum, quod teſtator approbauit ad interrogationem Tabellionis, quòd tale teſtamentum firmum eſt,& validum, vt palam tenet *gloſ.in dicta l.iubemus,& ibi Alex.* & magis communiter *DD.& Imol.in dicto cap.cum tibi, & idem Imol.in l.hęredes palam in princip.colum. 2.verſ vltimo adde.ff. de teſtament.* & latè *Alexand.in dict.conſ.33. & Decius in d. conſ.489.num.3. cum ſequentibus*, ad quod videtur bonus *tex.in l.quoniam indignum, C. de teſtam.* Quæ omnia maximè vera ſunt in præſenti caſu, cum dictum teſtamentum non inſcriptis, ſed numcupatim fuerit confectum, *ex ſupradictis.*

Itaque ex multis conſtat dictum teſta-
17 mentum validum eſſe, † & ita in dubio exiſtimandum eſt, *ex text.in l.ſiuè pars iudicantium in princip.ff. de inoffic. teſtamen. & in l.Gallus,§.quòd ſi is in verbo. vtilitatem, ff.de liber. & poſthu.*& ibi notat *Iaſon.in ſecundo notabili.& ex tex.in cap.fin. de re iudica.*ſunt & aliæ concordantiæ de quibus *Ioan.de Neuizan.in conſ.26. poſtquam præſens cauſa num. 7. cum pluribus ſequentibus.*

Sane nec dictorum Franciſc. & Didaci iuri aduerſatur, quòd ex proceſſu conſtat,
18 quod periuri ſunt, ex quo in iuramento † calumniæ ea, quæ aduerſarius pluribus teſtibus probauit, negauerunt, & ità quòd ex Regis Madritij ſanctionibus in ordine iudiciario *l.12.in fin.* (quæ habetur in noua recopil. *lib.4. titul.7.l.2. in fine*) pro confeſſis habentur.

Tum quia non conſtat aduerſus veritatem prædictos depoſuiſſe, nec benè aduerſarii teſtibus periurium probatur: à quo quantum fuerit poſſibile excuſandi ſunt, ex *tex.in cap.cum tu de teſtibus, & in cap.anteceſſor 11.q.3.& in cap.in ſcripturis 8.q. 1.*& vt habeat locum pœna dictæ *legis Madritti*, neceſſum eſt, quòd clariſſime de ipſo conſtet periurio, vt ipſius legis hæc verba edocent (*El reſpondiente fuere conuincido claramente de periurio*) Et in verbis (*De manera que parezca que a ſabiendas ſe perjuro en la reſpueſta que dio.*) quod ſingulariter fundat in propoſito *D. Couarr. in repet.cap quamuis pactum de pact.lib.6. §.7.prima part.nu.7.*

Tunc etiam, quia ea quæ prædicti depoſuerunt, citra dolum quidem ſunt, ſed per-
19 iurii pœna † nullus plectendus eſt, niſi extante dolo, *vt in l.fin.§.quod obſeruari, & ibi notat Bald.col.1.verſ.3.nota.C. de iurament.calum.*& eſt ad idem bonus *text. in l. 7.titul.11.part.3.verſic. Ca todo home.* Et facit *gloſ.notabilis in cap. breui.in verb.difficultas de iure iuran. cum alijs de quibus* moderni *in l.ſi quis maior, C. de tranſact.* notat *Paul.de Caſtr.in l.qui iuraſſe in princip.colun.2. verſ.vltimo nota*, & ibi etiam *Alex.in colum.1.verſ. item nota .quod periurium, & col.2.uer.item facit ff. de iur.iurand.*& hæc eſt communis opinio *ſecundũ Iaſon in l.videamus num.7.9.& 10.ff. eodem titul.& idem Iaſon.in d. l. qui iuraſſe in princip.num.3.cum pluribus ſequentib.* in quibus locis ad hoc allegat *tex.* quem dicit eſſe meliorem de iure *in cap.item opponitur 22.quæſt.1.*quem corrupte allegat nã debuit allegare *tex.in cap.quæritur,§.item opponitur 22.q.2.*idem tenet *Hipol.de Marſil.in ſingulari 287.tetigit in medio* vbi ſe refert ad ea quę dixit *in l.de minore in princip. ff. de quæſt.& Iaſ. in prædictis locis* cõ-
20 cludit, quod quælibet cauſa † etiam iniuſta excuſat à periurio,& conſequenter à pœnis periurii, *ex pluribus de quibus vtrobiq. per eum, & in d. l.qui iuraſſe in princip.* dicit *Iaſo.num.8.* quòd ad hoc opinione nullus diſcrepat,& idem etiam tenet *D. Grego. Lup. in dict. l.7. tit. 11. part. 3. in verbo non dicen a ſabiendas*, & in terminis idem adnotat *Dominus Couarr. in repet. d.cap. quamuis pactum de pact.lib. 6. §.7.prima*

partis

Digitized by Google

partis num. 7. in fine per tex. in propoſito ſatis ſingularem in cap. de iure iurand. lib. 6. quibus ſatis conueniunt tradita per Alexandr. in conſil. 102. viſo proceſſu colum. 3. verſ. ſecundo reſpondeo, libro 5. & per Decian conſil. 118. viſo inſtrumento, colum fin. verſ. ſecundo principaliter, & per Ioan. Baptiſt. Plot. in repeti. leg. ſi quando in materia, & tractatu de in litem iurando. §. 49. num. 5. C. unde vi, & hac
21 ratione dicimus periurium † non eſſe preſumendum ex tex. notabili, etſi vulgato, in leg. merito, cum ſua materia, ff. pro ſocio, cum quo concordat tex. in l. fin. titul. 10. par. 5. & textum in dict. l. merito in materia periurii allegat Cardinal. Paul. Pariſ. in conſ. 172. in cauſa illorum num. 7. lib. 4 quibus & conueniunt quæ in materia falſitatis per dictam l. meritò tradit Hippolit. de Marſil. vt non præſumatur in rub. ff. de fideiuſſo. num. 55. 58. & 59. & quæ notanter in materia teſtamenti, & periurii conſuluit Aymo. Crauett. in conſil. 65. ſorores num. 9. & vltra eos facit in expreſſo tex. in l. ſi duo patroni in princip. verſic. multum tamen, ff. de iur. iurand. vbi ſatis videtur probari, periurium non preſumi, & iuramentum eſſe verum quem ad hoc allegat Paul. Caſtrenſ. in dict. leg. qui iuraſſe in princip. ff. eod. titul. colum. final. verſic. ultimo nota in fine, & eſt bonus tex. in l. final. C. ad l. Iul. repetun. poſt medium vbi præſumitur pro iuramento, quòd aliquis non iuret niſi veritatem, ad idem etiam eſt tex. in dict. cap. cum tu. de teſtibus, per quem text. periurium non præſumi, tenet Bartol. Brixien. in ſuis quæſtionibus dominicalibus in tit. de iure iurando quæſt. 35. num. 3. qui eſt poſitus in 17. uolumine tractatuum diverſorum Doctorum char. mihi 39. colum. 1. & dicit ſingulariter Alexand. in additionibus ad Bartol. relatus per Robert. Maran. in tractat. de ordine iudiciario, 6. parte in 7. membro iudicij num. 9. quòd ſi inquiſitus de crimine fuerit cum iuramento interrogatus, an delictum commiſerit, non dicitur periurus, ſi neget & mandatum dicat, & eundem Alexand. refert, & ſequitur Roderic. Suar. in repetio. l. 4. titul. (De las iuras) lib. 2. fori legum, colun. 8. uerſic. ad unum aduerte, cum ſequentibus
22 & facit etiam, quia quælibet cauſa † etiam iniuſta excuſat à dolo l. agitur, §. poteſt, ff. de liberali cau. & tex. in l. 1. in fine, ff. de abigeis, & eſt gloſ. in l. plagij in verb. iuſta, C. ad l. Iul. de plagia melior gloſa in propoſito in leg. unica in gloſ. 1. Cod. ubi cau. ſtat. & gloſ. in l. ex conſenſu. in uerb. non recte in medio, ff. de appellat. cum alijs de quibus Hipolit. in dicta rubri. ff. de fideiuſſo. num. 53. & 58. cum ſequentibus, & omnis credulitas etiam fa-
23 ctua à doli pœna immunem reddidit, ſecundum Angel. in l. 1. in princip. columna 2. uerſic. & concludo, ff. de eo per quem fact. erit, pro quo facit bonus textus in cap. quàm magnum 23. quæſt. 4. & text. in cap. inquiſitioni, de ſentent. excommunicat. & ob id Bald. ſingulariter dicit in dicta l. final. §. quod obſeruari colum. 1. uer. 3. nota C. de iuram. calum. per tex. ibi quòd ſi ille qui iuramento calumniæ reſpõdit, aliquid aduerſus veritatem, depoſuerit, exiſtimans verum dicere, quòd non incidit in pœnam periurii; nec cenſendus eſt periurus, & idem videtur tenere Anch☐ranus in cap. 2. eodem titul. de iurament. calum. num. 6. quem refert, & ſequitur Felin. in cap. 1. ut lit. non conteſta. num. 21. in medio, & idem latè proſequitur Hipol. de Marſil. in conſil. 26. ſtatuti iam diu numer. 6. ſunt & aliæ concordantiæ de quibus Aym. Crauett. nullum iſtorum referens, loquendo in materia teſtamenti & periurii in dict. conſ. 65. ſorores num. 9. vbi ad ſupra dicta allegat text. notabilem in cap. quanto de iure iuran. & in cap. beatus Apoſtolus 22. q. 2. quæ iura ad hoc notabilia ſunt.

Tum quia dicta Pragmatica Madritij non diſponit, periurium cauſam amiſſurũ, ſi reus ſit, ſed tantum ſancit, quòd pro cõfeſſo habeatur, & in illa poſitione, in qua periurus fuit, intelligenda quidem eſt, vt eiuſdem legis Regiæ, hæc verba inſinuant. (Y ſi fuere el Actor, pierda la cauſa, y ſi fuere reo ſea auido por confieſſo.) Et ante hæc verba ibi (En la parte de la dicha poſicion a que aſſi no reſpondiere. Et ita olim iudicatum fuit in alia ſimili cauſa, quæ ventilata fuit in hoc Pintiano, regioque Conſiſtorio, & ita clarè prædicta lex Madritij in hac ſpecie facit diſcrimen inter actorem, & reum, & clarè conſtituit, quòd reus in poſitionibus periurus, cauſam non amictat, ſed vt confeſſus ſit cenſendus: quod non eſt mirum, ſiquidem iura minus fauent actori, quam reo, ut in l. fauorabiliores, ff. de regul. iur. & in regul. cum ſunt eod. tit. lib. 6. in cap. ex literis, §. quòd ſi ambarum de probationibus cum alijs ſuis ſimilibus, & ſi lex illa Regia idem in reo, quòd in actore



Digitized by Google

diſponere voluiſſe de facili quidem expreſſiſſet, ex l. vnica, §. ſin autem ad deficientis, C. de caduc. tollen. & in cap. ad audientiam de decim. cum alijs, & facit tex. in l. ſi ſeruũ, §. prætor ait, ff. de acquiren. hęred. Quæ, &
24 ſuadetur, quia dicta lex Madritij † cùm ſit penalis extendi non debet ex tex. notabili, in l. & ſi quis impediat. §. diuus autem Marcus, ff. de relig. & ſumptibus fune. in verbis. Pœnam tamen in eum ſtatutam non eſſe. Et tex. in authenti. de non eligend. ſecund. nuben. §. cum igitur verſ. optimum itaque in verbis. Nec quælibet lex eſt tale quid dicens colla. 1. & eſt gloſ. notabilis in cap. fin. de iur. patron. in verb. exui in fine notat Bald. in l. nemo martires, col. 1. verſ. quæro iuxta hanc legem, C. de ſac. ſanct. Eccleſ. & Iaſon in l. illam C. de collationib in 12. ver. adde ad regulam, & idem Iaſo. in l. 1. numer. 12. ver. idem in marito, C. de tranſact. & in l. diuortio, §. ſi fundum num. 4. verſ. 1. moueor, ff. ſolut. matri. & facit tex. in l. ſi pena, ff. de pœnis tradunt etiam moderni in authenti. quas actiones, C. de ſacroſanct. eccleſ. & ideo ſtricte intelligenda eſt l. omnes & l. rectores C. de pęnis cum alijs, maximè cum dicta lex Regia diſponat eum haberi pro confeſſo: & ſic per fictionem dicitur confeſſus ex traditis in l. ſi quis pro emptore ff. de vſucap. & in l. 3. §. hęc verba, ff. de negoc. geſt. cum alijs, quæ in terminis confeſſionis fictæ tradit Curt. Iun. in conſil. 11. præſentis conſultationis num. 7. 11. & 12. lib. 2. vbi ſingulariter loquitur, & infra latiùs dicemus in conſ. 8. num. 2. cum ſequentib.

Præterea ad interpretationem dictæ legis Madritij eſt tex. notabilis in l. fin. §. ſi autem reus hoc iuramentum ſubire recuſauerit, C. de iuramen. calumn. vbi diſponitur, quòd ſi reus pro confeſſo habetur intelligitur in eo articulo in quo peccauit, ſed in præſenti, etſi aduerſarius dicat, dictos Frãciſcum Marauer, & Didacum de Vdobrio: periuros eſſe, non quidem in poſitione ſubſtantiale eſt, & quæ negotium tangit, ſicut dicimus de eo qui falſum deponit circa acceſſoria, & non circa caput principale, vt notat Innocent. in cap. fraternitatis colun. 1. ver. nota quòd ſi tabellio de hæreti. & ſingulariter Hipolit. de Marſil. in ſingulari. 76. cõmunis concluſio. poſt principium, & idem Hipolit. in conſ. 70. oportune num. 6. & Hieron. Gratian. in conſ. 43. in præſenti cauſa num. 25. lib. 1. & notabiliter Didac. Couar. in repet. cap. quamuis pactum de pact. lib. 6. §. 7. primę partis nu. 6. ver. pænè verò ſtatute. vbi refert plures Doctores idem tenentes.

Tum & deniquè, quia etſi reus habeatur pro confeſſo ex legis diſpoſitione, id tamèn intelligendum eſt, niſi iuſtitiam habeat, nã tunc non eſt condemnandus, ſed abſoluendus, vt probatur in d. l. final. §. ſi reus autem, & in §. quòd ſi actor, Cod. de iure calum. & ibi notat Paul. Caſtren. columna penult. verſ. prætereà ſatis operatur, & ibi notat etiam gloſ. in verb. caueat, & in verbo rei qualitas, & faciunt quæ Bartol. notat in l. abſentem, colum. 3. verſ. tertio extra gloſ. ff. de pœnis, & melius Paul. Caſtren. in l. 2. C. qui teſtam. face. po. col. 2. verſ. vnde dicit Angel. ſunt, & aliæ concordantiæ de quibus notabilitèr, Corneus in conſil. 45. eleganter deductum eſt colum. 3. verſ. prætereà inquiſito lib. 3. & bene probatur in l. ſi ex cautione, Cod. de non numerat. pecun. quam ad hoc ponderat, Paul. Caſtren. in dict. leg. 2. colum. 2. verſicul. unde dicit Angel.

Quare cùm conſtet de notorio iure prædictorum Franciſci Marauer. & Didaci Vdobrio, allegatio periurij non quidem ſufficit, vt dicti rei condemnentur: ſed potius ſunt abſoluendi, maximè cum tractetur de ſeruanda voluntate diſponentis, quę in caſu noſtro manifeſtiſſima eſt, ex l. 1. C. de ſacr. ſanct. Eccleſ. & in l. in teſtamentis, ff. de regul. iuris cum ſuis ſimilibus, & ex alijs pleriſque traditis per Corneum in dicto conſil. 45. colum. 3. per totam libro 3. & per Ioan. de Neuizan. in conſilio 26. poſtquam præſens cauſa. numer. 7. cum pluribus ſequentibus.

Ex quibus omnibus conſtat de notoria iuſtitia dictorum Franciſci Maraner, & Didaci de Vdobrio.

Et ſic poſtea quidem fuit deciſum.

Doctor Burgen. Salon de Pace.



Digitized by Google

# ADDITIO.

NVm. 1. *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 29. num. 56. Giurb. deciſ. 11. num. 5.*

Num. 3 adde *Maſcard. de probat. concl. 827. per totam Viuium in Silua opinio. 544. num. 6. Seſſe dec. Aragon. 56. nu. 5.*

Num. 4. adde eundem *Maſcar. vbi ſupra nu. 11. & 13. Phebum deciſ. luſita. 78. num. 3. & 11.*

Num. 6. adde eundem *Maſcard. concluſ. 824. num. 18. & Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt 45. num. 63.* ponit an actus à furioſo geſtus, ſit geſtus præſumendus tempore furoris, vel interualli, & quod in dubio præſumitur geſtus tempore furoris, adeò quod incumbit onus probandi aſſerenti illũ eſſe geſtum tempore interualli, vt ibi habetur, latè *Viuius in Silua opin. 544. num. 8.* e quod in tempore teſtamenti conditi *Phebus vbi ſupra nu. 13 Seſſe d. dec. 56.*

Num. 7. vide *Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 11. num. 2. & lib. 3. præſump. 126. num. 2. Maſcard. de probat. concl. 1359. numer. 6. & concluſ. 1354. num. 5.*

Num. 8. & quod metus pluribus modis purgetur nempe per ratificationem ſpontaneam, latè *Farinac. in fragm. par. 2. litt. M. nu. 136.*

Num. 9. vide *Farinac. in tract. de falſit. & ſimulat. q. 161. num. 83. & in dict. fragm. p. 2. litt. M. num. 152. & ſequen.* vbi etiam quia quando in præſentia ſuperioris actus fieret.

Num. 10. *Maſcard. d. tract. concluſ. 1056 num. 14.*

Num. 11. adde *Maſcard. eo. tract. concl. 1361. Farinac. de falſit. & ſimul. q. 161. num. 19. & 20.*

Num. 12. latiſſimè *Maſcard. in eod. tract. concl. 1057.*

Num. 13. *Maſcard. in d. tract. concluſ. 1422. num. 38.*

Num. 14. latiùs *Farinac. in d. tract. & q. num. 26. & ſeq.*

Num 15. Latiſſimè *Ioſeph. Ludouic. in ſuis concluſ. tit. de teſtam. concluſ. 3. per totam, Rircou. inter commun. opin lib. 6. tit. de teſtam. n. 107.* & quod ad interrogationem aliorum *Martius deciſ. Senenſ. 18. à num. 15.* & ad interrogationem Notarij vide *Martam voto 89 Flor. Diez lib. 1. var. reſol. quæſt. 1. num. 44.*

Num. 16. *Farinac. in d. tract. de falſit. q. 150. p. 8. nu. 215.*

Num. 17. teſtamento ſemper in dubio fauendum eſt, *Maſcard. tract. concluſ. 1359. n. 2.* & pro eo præſumitur *Martius dec. Senenſ. 13. num. 22.*

Num. 18. vide *Marant. in ſpec. p. 6. verbo poſitio num, 17.* & quod commictatur periurium, in reſponſione poſitionũ, *Surd dec. Mantuæ 17. nu. 5.* & quando in iuramento calumniæ interuenitur qualiter puniatur, *Farinac. d. tract. q. 160. num. 62. & ſeq.*

Num. 19. *Ceſ. Barz. dec. Bonon. 62. n. 36. Iul Clar. in § periurium num. 8. Farin. ibi num. 261.*

Num. 20. *Ceſ. Barz. dec. Bonon. 18. nu. 8.* latè *Farin. d. q. 160. num. 250. Macerat. lib. 2. var. reſolut. in reſol. 17. n, 13.*

Num. 21. & ad hoc vt periurium excludatur verba ſunt intelligenda, & in dubio ſemper eſt facienda interpetratio pro excluſione periurij, *Farin. dict. tract. de falſit. quæſt. 160. nu. 142.*

Num. 22. *Battand. in prax. crimin. regul. 84. Iul. Clar. in § fin. q. 60. num. 18. & ibi additio plures citat.*

Num. 23. *Euerar. in topic. Iuris loco a ratione legis, & cap. num. 55. Viuius in opin. 271.*



Digitized by Google

# SVMMARIVM.

1 *EX diuerſis non fit bona illatio.*
2 *Leges pœnales extendendæ non ſunt.*
3 *Prohibitum quod expreſsè non reperitur, cenſetur promiſſum, & tempore permiſſo factum.*
4 *Naues onerare, & exonerare licitum eſt in quolibet portu maris. & ibi latè cum ſequentib. tractatur de intellectu legum regiarum loquentium, de carga, y deſcarga.*
5 *Portus maris ſunt publici omnibus de Regno.*
6 *Via publica cuilibet ire licet.*
7 *Deſtinatio mercatorum ſemper attendenda eſt.*
8 *Intellectus ad l. cùm proponas, C. de nauti. fœno. & inibi latè tractatur, quando fraus excludatur, ut ceſſet præſumptio delicti.*

## ARGVMENTVM.

Merces repertæ in naui nauigante, per loca publica maritima, an præſumantur ſuſpectæ, quod deferantur ad portus prohibitos, per edicta, per varia inditia, ac diuerſas præſumptiones diſcutitur non aliter eſſe in fraudem præſumendæ.

## CONSILIVM VIII.

DEi optimi maximi auxilio poſtulato, eiuſque Virginis matris Mariæ. In cauſa Leonoris del Rio, & eius conſortium ciuis Burgenſis, contra Garſian de Auila. Breuiter fundabimus iuſtitiam dictæ Leonoris del Rio, & eius conſortium ex ſequentibus.

Primo, quia nulla lex eſt, quæ prohibeat mercatores eius merces non poſſe deferre, à Ciuitate Burgenſi ad oppidum de Vilbao: & à portu dicti oppidi de Vilbao ad portum Sancti Ioannis de Lus, & ex eo loco ad locum Legionis de Sola Rona: tantũ enim (vt conſtat *in legibus codicis*, quæ reperiuntur apud cõputatores maiores Chriſtianiſſimi Regis noſtri) prohibetur, quòd ab his Regnis ad Regnum Aragoniæ, ſeu ad Regnum Nauarrræ merces nequaquàm deferantur in portibus *inibi* expreſſis, & *ibidem* etiam alia lex eſt, quæ ſtabilitur, mercatores eius merces trahere non poſſe ad portus Victoriæ, & Saluatierra, vt deinde dicant eas deferre ad loca Guipuſcæ, & eas poſtea portent ad Regnum Franciæ, aliter autem *dictis legibus* ipſæ merces fiſco Regis applicantur, at dictis legibus Regijs nõ prohibetur, quòd ipſe merces non portentur à dicta Ciuitate Burgenſi in Galliam, per dictum portum de Vilbao. & deinde per portum Sancti Ioannis de Lus, & exinde ad prædictum locum Legionis de Sola Rona, & cùm de hoc nulla ſit lex non ſunt prædictæ *leges codicis*, quę reperiuntur apud dictos computatores maiores, trahendæ ad
1 hunc caſum † diſſimilem & ſeparatum, *ex l. Papinianus exuli, ff. de minoribus, & in l. ſi maritus, C. de donat. inter. vir. & vxo. & ex tex. in l. illam C. de collat. & in l. ſi ſeruum, §. prætor verſ. non dixit prętor, ff. de acquiren. hæredita. & in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquirenda poſſeſſione cum ſuis vulgatis*, maximè cum dictæ leges
2 ſint pœnales † & ob id non ſunt extendendæ: nec locum habent niſi in caſibus in eis expreſſis, *ex tex.* notabili *in l. ſi quis impediat, §. diuus autem Marcus, ff. de relig. & ſumptib. fune. in verb. (Pœnam tamen in eũ ſtatutam non eſſe)* quem *tex.* ad hoc commendat pro notabili *Bald. in l. nemo martires, C. de ſac. ſanct. Eccle. col. 1. verſ. quæro iuxta hanc legem*, quem etiam *tex.* ad hoc dicit ſingularem *Iaſo. in l. diuortio, §. ſi fundum, num. 4. verſ. 1. moueor. ff. ſolut. matrim.* eumdem etiam *tex.* commendat pro ſingulari *idem Iaſo. in l. illam, C. de collat. num. 12. verſ. adde ad regulam, & idem Iaſo. in l. 1. num. 12. verſ. idem in marito, C. de tranſact.* ad idem eſt bonus *tex. in authenti. de non eligendo ſecund. nub. §. cùm igitur, verſ. optimum itaque colla. 1. in verbis. (Nec quælibet lex eſt, tale quid dicens.)* & facit *tex. in l. ſi pęna, ff. de pœnis & in l. omnes, & in l. rectores, C. eod. tit.* & eſt *glo.* notabilis, *in cap. fin. de iur. patrona. in verb. exui in fine*, ſunt & aliæ concordantiæ de quibus *Hipol. de Marſil. in conſ. 53. in præſenti cauſa inquiſitionis num. 28. & in conſ. 91. propter anguſtiam num. 12. 14. & 15. & Tho.*

Grama.

*Gratia. in deciſ. 47. in cauſa vniuerſitatis, num. 4. cum pluribus ſequentibus, & frater Alfonſus de Caſtro. in ſuo tractatu de poteſtate legis pœnalis lib. 1. cap. 7. col. 15. verſ. tertium documentum eſt, & Roland. a Valle in conſ 27. Illuſtriſsime Domine num. 19. verſ. vlterius dicitur,* quibus accedãt tradita in proprijs terquinis *per Iaſo. l. quominus, num. 18. ff. de fluminib.* & plures rationes, quas in alia materia cõgerit *Aym. Crauet. in conſ. 3. iudex habens numer. 3. cum plurib. ſequentibus, & Pet. Foller. in ſua practica criminal. in tit. de crimine leſæ Maieſtatis nu. 65. pag. mihi 433. colum. 22.* promptior enim eſt lex ad benefaciendum, quàm ad nocendum *ex text. in l. ſeruus ex lege in fin. ff. de ſeru. exportan.* quam ad hoc allegat *Aym. Crauett. in conſ. 206. in propoſita caſu num. 4.* & facit *l. abſentem, ff. de pœnis cum ſua materia,* igitur nõ debet extẽdi lex pęnalis vltra caſus in ea expreſſos *ex ſupradictis* quibus, & accedat *regul. odia de regul. iur. lib. 6. & tex. in l. cũ quidã. ff. de libe. & poſth. cum alijs.* Proinde in materia prohibitiua,
3 †omne id permiſſum cenſetur, quòd non reperitur prohibitum *l. maritus, C. de procurat. & l. præcipimus. C. de appell. & l ſancimus, C. de teſtamen. & in l. 1. ff. de teſtib. cum alijs* de quibus *Bald. in authenti. ex teſtamento, C. de ſecund. nupt. colu. penultim. verſ. contrarium eſt verum, & Curt. Iun. in conſ. 64. antiquiſſima, & nobiliſſima colum. 13. verſic. quinto, etiam reſpondeo,* ad quod eſt bonus *tex. in l. 1. in princip. & in l. 8. in princip. tit. 16. par. 3. melior tex. in l. 2. in princip. titul. 14 par. 3.* in verbis, (*Moſtrando, o auerigũado la ley, o el derecho que nieda, o defienda que no pueda ſer auerignado, o teſt go, o jues aquel ome, contra quien lo raçoma.*) Et in iure præſumitur pro eo, qui dicit ſibi aliquid licere de iure: ſi quidem omnia videntur conceſſa, niſi reperiantur prohibita *per ſupradicta,* & in expreſſo ita tenet *Gregor. Lup. in dicta l. 2. titul. 14 par. 3.* in verbo *Sobre tales niegos.* Ad quod ibi allegat *tex. in l. neque non §. quod eius. ff. ex quibus cau. maio. in integr. reſti. & in l. metus §. cum quæritur. ff. de procurat. & tex. in d. l. 1. ff. de teſtib.* & vltra eum in noſtris terminis eſt *tex. notabilis in l 1 iuncta gloſ. ibi in in verb. prætor. ff. vt in flum. publ. nauig. liceat,* cuius legis hæc verba ponderanda sũt ad hanc cauſam ibi (*Onerare, exonerare liceat vim fieri veto.*) Per quem *tex. & alia iura* in noſtro propoſito conſuluit *Roderic. Suar. in allegatione. 17. colum. 3. verſ. pero pueſto, & in colum. 5. ver. & ad prædicta caſum cum ſequen. & præcedentibus* dicẽs
4 quòd in omni portu maris † cuilibet licet merces ſuas onerare & exonerare, etiam abſque Regia licentia, idem etiam tranſumptiuè conſuluit *idem Roderic. Suarez in cõſ. 1.* quod fecit de vſu maris *num. 7. cum ſequẽtibus, & præcedentibus,* qui reperitur ad finem *tractatus de mercatura pagina 619. cũ ſequentib. & Gregor. Lup. in l. 11. tit. 28. p. 3. in verb. Delos puertos.* Quorum opinio manifeſtiſſimè probatur ex pluribus, quæ in terminis noſtris ponit *Angel. in conſ. 290. circumſcripta, col. 2. verſ. ſuper eſt igitur cũ pluribus ſequentibus.*

Et quanto magis ſuperiora locum habent in caſu noſtro, cum plenè probatum ſit, quòd dicti portus de Vlbao & Sancti Ioannis de Lus ſunt multum vſitati, & cogniti, permiſſique. Vnde fit, per eos dictæ merces in Galliam deferri potuiſſe; & ſi per dictum portum Victoriæ minimè veherentur, nec per domum del aduana, nam quidem omnibus licet vti quibuslibet por-
5 tibus maris, qui portus † omnibus ſunt publici, *ex tex. in leg. nemo igitur in fin. ff. de rer. diuiſio. & tex. in §. & quidem & in §. nemo igitur, & in §. flumina, & in §. Riparum, & §. littorum, inſtitut. eodem titul. de rerum diuiſio. melior tex. in text. in leg. iniuriarum actio. §. ſi quis me prohibeat, ff. de iniur. cum alijs ſuis ſimilibus,* quorum *Cepol.* meminit *in tractatu ſeruitutum titul. de portu, numer. 2. cum ſequentibus,* qui eſt poſitus *in 4. volumine tractatuum diuerſorum Doctorum char. mihi 139. col. 3. & 4. & Roderic. Suarez in dicta allegatione 17. columna 3. verſicul. ſuccedit ergo cum ſequentibus, & præcedentibus,* & tranſumptiuè *idem Rodericus Suarez in dicto ſuo conſil. 1. de viſu maris, numer. 4. cum ſequentibus,* & ad prædicta *eſt optimus tex. in l. 6. in principio, & in leg. 8. titul. 28. part. 3. & dicta l. 6.* vltra eius principium ſunt ponderanda alia verba ibi. (*E poniendo ſus mercaderias.* Ad idem eſt *tex.* notabilis *in leg. 11.* (*Las rentas*) *Eodem titul. & parti.* cuius *legis* ſunt etiam ponderanda verba ibi, (*Que dan los mercaderes por razon de las coſas que ſacan, o meten en la tierra,*) Et licet Comeſtabilis Caſtellæ eiuſquè vxor deferant decimas mercium dicti portus de Vlbao, & decimas mercium, quæ inſinuant in Ciuitate de Orduña, illud contingit ex Regia permiſſione, vt notum eſt, at non ob id ſequitur, quòd non ſit portus publicus, & Regius *ex prædictis legibus partita,*

*& ex*

& ex tex. in cap. 1. in titul. quæ ſint regal. in vſibus fœudo. & in toto tit. 10. lib. 6. ordinamen. & in l. inter publica §. publica, ff. de verbor. ſignific. cum alijs, & ſat conceſſum hoc videtur, & per dictum portum ire, ſi quidem ex mercibus per ipſum portum delatis decimæ percipiantur per dictum Comitemſtabilem, & eius vxorem, ex ſupradictis.

Præterea dicendum eſt ſufficere; quòd loca, quibus dictæ merces portabantur, cũ captæ fuerunt, ſunt viæ publicæ, vt eſt plenè probatum, ſiquidem via publica cuilibet
6 † ire licet: & ſi mille annis per eam ire non ſit conſuetum, *ex tex. notabili in l. viam publicam, ff. de via publica, & l. vſucapionẽ, ff. de vſucapionib. & in l. 7. titul. 29. part. 3. cum alijs de quibus Gregor. Lup. ibidem, in verb. nin calle. & in ver. nin camino,* & quæ latiſſimè tradit *Franciſ. Balb. in tract. præſcriptionum 4. part. 5. partis principalis, col. 1. verſ. vera concluſio eſt, cum ſequentibus, & Roderic. Xuar. in allegatione 15. ex ſequentibus fundari videtur, per totum,* & faciunt in noſtris terminis tradit *Iaſon. in dict. l. quominus, ff. de fluminibus nu. 18.*

Et in caſu quo haberent locum ea: quæ aduerſarius dicit, ſequeretur quòd noſtræ partes his exoluiſſent iura dictarum mercium, ſiquidem dicto Comitiſtabili, eiuſq; vxori iura ſemel ſoluerint, & pœnam vel alia iura aduerſario ſoluerent nomine Regio, aduerſus *totum titulum, C. noua uectigal. inſti. non poſſe, & in l. 6. tit. 10. lib. 6. ordinamen.* quæ habetur *lib. 6. nouæ recopil. tit. 11. l. 3. & alibi ſæpè probatur.*

Item & conſiderandum eſt, quòd dicta Leonor del Rio, & alij eius conſortes nũquam deſtinauerunt per terram portare dictas merces ad dictam Ciuitatem Victoriæ, ſed tantum ex Burgenſi Ciuitate deſtinauerunt eas deferre mari, quæ quidem de-
7 ſtinatio † perpendenda eſt, *ex tex. in l. generali capite . uxori ff. de uſuf. & in l. cætera. §. fin. & ibi notant Doctor ff. de leg. 1. & in l. Grammatia. ff. de actio. emptio. & uendit. & in l. ueſtimentum ff. de aur. & argen. leg. & in l. & ſi non tantum, §. infecti. uerſ. quid ſi ceptum, ff. eod. titul. & ex tex. in l. 29 titul. 5. part. 5. cum alijs* de quibus in propoſito *Franc. de Rip. in tractatu peſtis in rub. de remedijs ad conſeruandam ubertatẽ, num. 93. cum ſequentib. & Bertachin in ſuo tractatu Gabellarum 9. parte principali q. 14. num. 22. qui eſt poſitus in 11. uolum. tracta. diuerſo. Docto. folio 40. colu. 1.* & faciũt tradita per *Iaſo. & alios in l. huiuſmodi, §. legatum, col. 2. ff. de leg. 1.* & ita cum aduerſarius non ſit locator portuum maris, ſed terræ, nihil prætendere poteſt aduerſus dictam Leonoram del Rio & eius conſortes.

Nec dicere oberit, quòd vt iura ad aduerſarium pertinentia defraudarentur, dicta Leonor del Rio, ſuique conſortes detulerũt dictas merces vijs inuſitatis: & quòd ex hoc ipſa fraus probatur, ex hiſque habẽ-
8 tur *in l. cum proponas † C. de nauti. fœno. & in l. præſidibus, C. de curſu publi. li. 10. cum alijs.*

Tum quia, hæc iura tunc locum habent, cùm merces non deferuntur per vias publicas, nec per portus publicos: vt dictæ merces delatæ fuerunt maximè cum agatur de pœna *ex traditis per Iaſo. in d. l. quo minus, num. 18. ff. de fluminibus,* & *per Ioan. Franciſc. de Rip. in dicto tractatu peſtis in titul. de remedijs ad conſeruandam ubertatem, num. 79. cum ſequentibus: & num. 102. & per Franciſc. de Auiles, in capitulis prætorum cap. 52. num. 22. cum ſequentibus poſt Bertachi. in tractatu gabellarum 9. parte principali q. 14. num. 18. cum ſequen.*

Tum etiam, quia dicta iura tunc loquũtur, quando quis inuenitur cum mercibus in itinere, & locis ſuſpectis, & tunc verum eſt, quod præſumitur ad locum prohibitũ deuenturus, vt prædicta iura in effectu probant, *& ibi DD.* & notabiliter *Franciſc. de Rip. in dicto tractatu peſtis, in dicto titul. de remedijs ad conſeruandam ubertatem. num. 90. cum ſequẽtib. & præcedenti, & Auiles, ubi ſupra,* quòd quidem in hoc caſu non contingit.

Tum quia, vt conſtat ex ſerie proceſſus huius cauſæ, loca, in quibus dictæ merces deprehenſę ſunt, paratiſſima, aptaque erant ad eas deferendum in Galliam, & qui ſibi proſpicit nemini facit iniuriam, *l. nullus uidetur, ff. de regul. iur. & l. 3. §. 15. tamen, ff. de libe. homi. exiben. & in leg. pupillus, ff. quæ in frau. credi. cum alijs:* quis enim ſibi magis commodum quærere tenetur, quàm aduerſario, *l. preſes prouinciæ C. de ſeruitu. & aq. l. qui autem, § apud labeonem, ubi Bartol. in notabilibus tex. ff. quæ in fraud. credito. & text. in cap. dilecti de arbitris, cum alijs.*

Tùm & quia, cum dicta Leonor, & eius conſortes ex iuſtis cauſis probatis, dictas merces tulerint per dicta loca, & quia ille locus ſecurior, & ſine tot expenſis erat, quo in caſu iura in contrarium citata locum nõ habent, vt probatur etiam in caſu fortiori *in l. 2. §. ſi quis tamen, ff. ſi quis cautionib.*

& in

Digitized by Google

& in expreſſo ita tenet *Salic.in d.l.cum pro pœnas,col fin.verſ ſed tunc quæro.* & late *Franciſc.de Rip. in d. tracta.peſtis, & in dicto tit num.87.cum ſequentib. & in tit. de remedijs iuridicis, num.317.cum ſequentib. Bertach. in d.tract. de gabellis, ſeu vectigal. 9.parte principali q.14.num.18.& Ioan.de Plat. in l.ſi quis per publicum,C.de curſu publi.lib.12.col.fin. verſ. & hoc niſi ſub eſſet iuſta cauſa,* quibus accedat *tex. in l. igitur, §.poteſt,*cum ſua materia,*ff.de libera.cau.*

Tùm etiam, quia cùm dictæ merces portatæ fuerint viis publicis, tollitur fraus *ex dicta l. iniuriarum,§.1 .ff.de iniurijs*, & tradit *Franciſc.de Rip. in dicto tit.de remedijs ad conſeruandam vbertatem num.84. cum ſequen.*

Tùm quia,cum quis facit actum licitum, etſi modum excedat,non eſt præſumendum illud in fraudem facere, nec ex indè puniẽdus eſt,*ex tex.l. Graccus*,& *ibi* notat *Salic. col.fin. verſ.nota quòd legitimè factum, & col.3, verſ.nunc tranſeo,C. de adulte. cum alijs* de quibus meminit *Hipol.de Marſil.in conſ.137.inſpecto tenore num.24. cum ſeq.* & facit *tex.*cum ſua materia *in l. merito ff. pro ſoc. & in l.17.tit.10.par.5.* præſertim hæc vera ſunt,cùm quis vtatur iure ſuo: *ex ſupradictis*,& cùm quis vtitur iure communi præmiſſo,vt ſupradictum eſt, & idem tradit *Pet. de Vbald. in tractatu de canonica Epiſcopali 4.part.principali q.6.nu. 14. qui eſt poſitus in 15.volumine tractat. diuerſorum Doctorum,char.mihi 250.col. 4.*

Tum etiam, quia cùm actus non fit ad finem legem fraudandi, ſed ad alium effectum,etſi incidenter ad aliud perueniatur, non quidem prohibitum videtur, nec in fraudem factum,*ex tex.* notabili *in l. non omne, ff. de ſta.libe. & in l.1. §.non autem, verſ.vnde quæ it*, & illic *Bald. col. 1. verſ. modo dicit ipſe. & Alberic.col.2.verſ. item inducit,Guiller. ff. de exercito.* ſunt & aliæ concordantiæ de quibus latiſſimè *Andreas Tiraquell.*ſuo ſolito more, *in tractatu de vtroq. retractu in præfatione,nu.77.*

Tum quia,cum prædictę merces palam fuerunt portatæ,& ſimilitèr fuerunt publicè inſinuatæ, & ceſſat omnis præſumptio fraudis *ex tex. in l. cùm ipſe , & ibi Doctores, C.de contrahen. empt. & in l. non exiſtimo .ff.de adminiſtr. tuto. & in l. vxor,C. de repud.*quòd in noſtris terminis ad notat *Bertach. in dicto tractat.gabellarum 9. par. principali q. 14. num.22.* Præter hoc quòd fraus numquàm eſt præſumenda *l.quotiens, §.qui dolo, ff.de probat. ex tex. in d.l.meritò, ff. pro ſoc.* cum aliis de quibus *Andreas Tiraquell. in d. tractat.de vtroque retractu tit.de retractu Lignagier. §. 26.gloſ. 1. nu. 33.* præcipuè cum dicta Leonor eiuſque cõſortes ſint rei, & conuenti, quo in caſu prędictę ſine dubio procedunt, *ex dicta l. merito . ff. pro ſocio*,& in terminis *dictæ l. merito* ſic conſuluit *Aym.Crauett. in conſ.57. num.6.*

Ex quibus omnibus conſtat de iuſtitia dictæ Leonoris del Rio, & conſortium,& in eorum fauorem eſſe iudicandum iuſtè confidimus.

*Doctor Burgen.Salon de Pace.*

# A D D I T I O.

NVm. 1. adde *Barboſ. in Opuſcul. Princip. vtriuſque iur.lit.I. nu. 6.*

Num.2.adde *Vinium* in eius Sylua opinio.271.

Num. 4. hic nota,quod Portum ædificare eſt de regalibus inquit *Reg. de Ponte in tractat. de Poteſt. Proreg. tit. vltimo Rub.de portu num.2. quare* Barones,& Ciuitates Regni non poſsũt facere nouum portum in eo onerentur, vel exonerentur uaxella maritima magna ſiuè parua cum mercibus,& rebus alijs quibuſcumque,inquit *Capyc.in ſua inueſt.feud.rub.feud. Clauſ. verbo Portubus verſ. maximè in regno,* Ideo abſque licentia Regis Portum ędificare nequeunt in eorũ terris, vt ibi *Regen. de Ponte* teſtatur *num.1.*

Num.6. vię publicę vſus communis eſt *Franc. Marcus q.395.num. 3.tom. 1.* nam inter regalia connumeratur, *idẽ dec. 336.num.18.eo. vol.& dec.462. num. 1.tom.2.*

Num. 7. & propterea naues ex portu dimictendę non ſunt niſi Nauclerij

depo-

deponant in quàm prouinciam ſunt profecturi, *Straeca in tract. de Nauib. par. 2. num. 33.*

Num. 8. ad intellectum iſtius legis conferunt collecta per *Alph. collect.* 1235.

*Verſic. tũ quia hæc iura;* Nota quod repertus in via non incidit in pęnam, dùm actus ad huc non eſt conſumptus, ſic per varia exempla oſtendit, *Ferrect. in tractat. de re Naual. lib.* 1. *num.* 16. latè *Farinac. de furtis q.* 173. *num.* 21. *& ſeq.* & ſi in via fuerit repertus pęna minoranda erit, *vt ibi num.* 28.

Ver. Sic tũ etiam, quia dicta Iura *Farin. ibi ſupra nu.* 19.

Ver. Sic tũ, & quia cum dicta; quoties ex aliqua iuſta cauſa, quis dereliquerit viam vſitatã, & ordinariam non incidit in pęnam, probat *idem Farin. nu.* 20. Et an domino Naui in iſto caſu competat defenſio, ſi merces fuerint inuentę in via extra Regnum, ne incidant in commiſſum, deciſum refert affirmatiuè *Cabed. dec. luſit.* 62. *par.* 2.

# *SVMMARIVM.*

1 *Maioricatus bona eſſe probantur, per confeſſionem poſſeſſoris talium bonorum.*

2 *Poſitionem ponens videtur eam fateri.*

3 *Maioricatus titulo poſſidentur bona Ducatus, Comitatus, & Marchionatus, & tanquam indiuiſibilia dicuntur poſſideri.*

4 *Maioricatus bona alienari non poſſunt, etiã ex cauſa dotis, cum plurib. ſequentibus.*

5 *Vniuerſalia verba generaliter intelligenda ſunt: & comprehendunt caſus, etiam priuilegiatos.*

6 *Diuitiæ, agnationes, & familias tuentur, & inibi latè agitur de conſeruatione familiæ, & agnationis.*

7 *Licentia, facultatesquè Regiæ ad vendendum bona maioricatus, an de facili per Regem ſint concedendæ, & nu.* 28.

8 *Maioricatus concedentis voluntas, ſeruanda eſt.*

9 *Dotis cauſa non ſemper eſt pia.*

10 *Intellectus plures atque limitationes ad tex. in authenti. res quæ C. commun. de legat. & fideicommi. cum pluribus ſequentibus, & ferè per totum conſilium.*

11 *Conditio in forma ſpecifica adimpleri debet.*

12 *Conditionem ſemel fuiße adimpletam ſufficit: & euentus eius purificat actum, ac ſi a principio fuiſſet purus.*

13 *Diſpoſitio de perſona ad perſonam non debet extendi, etiam ex veriſimili mente diſponentis.*

14 *Caſus ſimilis, qui dicatur, & qui diſſimilis, ad hoc vt dicatur comprehendi ſub diſpoſitione teſtatoris vel non, & quando extenſio permictatur de vno caſu ad alium.*

15 *Dos conſtituta de bonis ſubiectis reſtitutioni, vel maioricatui, tranſmictitur etiam in proprietate ad hęredes fęminæ dotatæ ad excluſionem perpetuam ſubſtitutorum.*

16 *Maioricatus poſſeſſor in caſu quo aliquid dare, ſeu ſoluere teneatur ex diſpoſitione maioricatus, intelligitur tantùm ex fructibus bonorum maioricatus, non verò ei permiſſum videtur, quod ad id ſoluẽdum, vendere poſſit proprietatem bonorum maioricatus.*

17 *Alimenta ſunt præſtanda de fructibus bonorum, non verè ad ea præſtanda vendi debet proprietas bonorum.*

20 *Argui licet de maioricatu ad feudum.*

21 *Intellectus ad l. 4. tit. 15. par. 2.*

22 *Arguere licet de ſucceſſione regni, ad ſucceſſionem maioricatus particularis.*

25 *Maioricatus bona, ſi ex permiſſione, & licentia Regis alienari poſſunt: intelligitur non extantibus bonis liberis, & an ſit neceſſaria excuſio bonorum alienantis, & nu. ſequentib.*

26 *Expendere nemo plus debet, quã eius facultates ſufficiant.*

27 *Dotem conſtituere fœminæ non tenentur.*

28 *Princeps non videtur iuri derogare.*

29 *Princeps non poteſt tollere diſpoſitiones maioricatuum in præiudicium ſucceſſorum*

Digitized by Google

*rum,cum pluribus num.ſequentibus.*

30 *Filius etiam patre viuente dicitur habere ius ad bona maioricatus ſatis conſiderabile.*

31 *Princeps non debet concedere reſcripta, ſeu priuilegia contra ius alterius.*

32 *Princeps, ſeù pater vltimus poſſeſſor bonorum maioricatus, non poſſunt filijs, ſeù ſucceſſoribus in bonis primogenituræ præiudicare.*

33 *Pater tenetur alere filium; etiam ſi filius habeat aliundè alimenta nu.36. cum pluribus ſequentibus.*

34 *Alimenta ſunt præſtanda iuxta perſonas, & dignitatem, & quantitatem patrimonij, & quod habitatio concedenda eſt alimentando.*

35 *Alimenta an ſint augenda ratione maiorũ ſumptuum, & expenſarum.*

37 *Alendi prior eſt cauſa patris.*

38 *Pater non habet vſumfructum commendæ, ſeu præceptoriæ filij.*

## ARGVMENTVM.

Ventilatur altercatio ſi bona vinculo maioratus ſuppoſita poſſint alienari pro dotibus filiarum, ac etiam ſimilibus cauſis, ita quod poſſit impetrari facultas à Rege illa alienandi, ac etiam ſi pro alimentis frater teneatur, dum poſſidet bona prædicta, fuſius diſcutitur.

## CONSILIVM VIIII.

Diuino auxilio poſtulato. In litem, quæ vertitur, inter D. Henricum de Guzman, filium primogenitum Comitis de Alua de Liſte contra Comitem eius patrem. Sequentia pro dicti D.Henrici iure, probabilia iura eſſe, edocebimus.

Primum, quòd oppida, & caſtra, & alia bona, quæ dictus Comes poſſidet, maioricatus vinculo ſunt colligata.

Secundum, quòd dicta bona pro dotibus filiarũ dicti Comitis alienari nequeũt, Nec pro alijs ſimilibus cauſis. Et quòd Regia facultas dicto Comiti ad ipſam alienationem, minimè concedenda eſt.

Tertium, quòd prædicto D.Henrico, pro ſuis alimentis, dictus Comes quatuor millia aureorum, à dicto D. Henrico petita, ſoluere iubendus eſt.

Primum quidem, ſat ſcripturis productis, conſtat. Quin ex ipſius Comitis poſſidentis aſſertione, qua palam dicta bona maioricatus eſſe, profitetur, ſiquidem ex
1 poſſidentis † confeſſione, bona maioricatus eſſe, probantur, vt conſtat in toto titulo, *C.de confeſſ.* & in iure nulla melior probatio eſt, quàm per confeſſionem partis aduerſæ, *ex tex. in l. qui de inofficioſo, in fine, ff.de inoffic. teſtamen.cap.quoniam per confeſſionem, de priuileg.* & probatur *in authen.de æqualita.dot. §. illud colla.7. & in authen.ſed iam neceſſe, C. de donatio. ante nupt.cum alijs,* & in terminis confitentis rẽ eſſe maioratus, ſeu feudalẽ tenet *Bal.in additionibus ad Specul. in tit.de feudis, §. 1. col.1.in verſ.porrò in addi.incipien. inſtrumentum,* & ſcribentes *in cap. 1. in titul. per quos fit inueſtitu.li.feudo.* & idem tenent plures alii, quos refert & ſequitur *Gurt.Iu. conſ.140. ſuperioribus diebus, col.2.verſ.puto tamen in propoſito, num.6. & ſequentib.* & ſat idem conſtat ex *Oltrad. in conſ. 94. elegantèr circa negotium, col.fin. ver. ponatur enim, & ex Prapoſ. in cap.1. co. 2. ver. quarit gloſa quid ſi vaſſallus, in tit. in qui. cau.feu.ami.* & idem tenet *Lauren. Silua. in conſ.60.conſiderato tenore, nu.7.&8.*

Verum, & ſat ad hanc rem perpendendum eſt, quòd idem Comes alia in litem (inter eaſdem partes controuerſa) poſitionem aduerſus dictum D. Henricum poſuit, quòd dicta bona maioricatus erant, quam poſitionem veram eſſe dictus D. Hẽricus edixit, qui enim poſitionem ponit, eã
2 † confiteri cenſendus eſt, *text. in l.cum & Iudices, §. quod obſeruari, C. de iuramen. calum. & illic* Bar. adnotat, *col. 3. verſ. iſta prædicta, & Bal.in l.ſicut col.fin.ver.vlterius oppono,* C. *de repudian. hæredi.* & ſentit idem *Bal.in l.data opera col.11. verſ. item nota quòd per viam, C.qui accuſa. non po.* & idem tenet *Iaſo.referens* Bart.*vbi ſupra in l. iudices, col. fin.num.6.& 7. C. de iudic. & Robert. Maran.in ſuo tractat. de ordine iudiciario 6. par. 7. membro inditij nu.6.& alibi ſæpè.*

Quin, & ſat eſt, vt dicta bona maiorica-
3 tus ſint, quòd ea † comitatus nomine, dictus Comes poſſideat, ſuiquè prædeceſſores etiam poſſiderunt, & vt primogenitis debita, & indiuiſibilia, vt probatur *in cap. 1.§.præterea ducatus in tit.de probi.feu.alie. per Feder.* & traditur, *in cap.licet, de vot.& idem Ioan.Andr.col.2.uerſ. ordine genitura, & ibi Hoſtien.col.3.uerſ. ordine genitu-*

re, idem & tenet *Specul. in titul. de feudis*, §. 2. *col.* 17. *verſ.* 34. *quæritur*, *& DD. in cap. ſi hæredes de teſtamen.* vbi *gloſ. in verb. interdicatur*, *& Bartol. in conſ.* 72. *ex facto col.* 2. *verſ. præterea per ſtatutum*, & idem tenet *Bald. in authen. hoc amplius*, *C. de fideicommiſſ. col.* 2. *verſ. item quia dicit*, *verſ. fallit etiam in feudo*, *C. de condit. infert. poſt Odofred. in l. ſucceſſione col.* 1. *verſ. quod facit pro conſuetudine*, *C. de decurionib. lib.* 10. *& Oltrad. in dicto conſ.* 94. *eleganter*, *colum.* 4. *verſ. verum quia unitas cum plurib. ſequentib. & in conſ.* 237. *perlectis col.* 2. *verſ. hinc eſt quod diuiſio*, & idem tenet *Alberic. in prohemio. ff. or. §. diſcipuli*, *col.* 2. *nume.* 3. *& col.* 3. *num.* 6. *verſ. quantum igitur*, *& Andr. de Iſern. in cap.* 1. *de feud. mar. in uſib. feudo*, *col. fin. verſ. ſi vero in feudum*, *& Abb. in cap. dilecti col.* 3. *verſ. in gloſ. tertia*, *in medio de arbit. & in conſ.* 12. *primum nunquid col.* 3. *verſ. ſciendum eſt enim lib.* 1. *& Ancha in conſ.* 339. *pro maiori*, *col.* 2. *verſ. ſecundum videndum cum ſequentib. & Calderi. in rit. de feudis conſ.* 12. *an feudum colu.* 1. *ver. item regnum*, *& Guid. Pap. in conſ.* 140. *conſilium nu.* 2. *verſ. ideo ipſe*, *lib.* 2. *& in conſ.* 131. *circa num.* 3. *verſ. ad tertium*, *lib.* 2. *poſt Angel. in conſ.* 287. *pro clariori*, *col.* 5. *verſ. quinimo*, *& in talibus*, & idem tenet *Marti. Lauden. in tract. de primogen. in* 8. *q. per totam*, & alij quos *Felin.* refert & ſequitur, *in cap. prudentiam de offic. delegat. colu.* 2. *num.* 6. *verſ. vbi vero eſt dignitas*, *& Bologni. in conſ.* 62. *& in præſenti aurea*, *col.* 4. *verſ. hic eſt quod dicimus*, *& Dec. in conſil.* 389. *viſa longa col.* 3. *num.* 6. *&* 7. *& Anto. Corſet. in tract. de poteſtate Regia* 2. *part. q.* 7. *num.* 5. *in fine*, *& Guillel. à Monſ. in tractat. de ſucceſſione regum*, 5. *dubio num.* 7. & idem etiam, & ſingulariter tenet *Roderi. Suar. in repet. l. quoniam in prioribus.* 11. *limita. colu.* 2. *verſic. hac obliuioni non tradas*, *cum pluribus ſequentibus*, *C. de inoffic. teſta. & Vldari. Zaſi. in tract. feudorum tit. de feudi ſucceſſione numer.* 42. *& Aym. Crauet. in conſ.* 135. *verba decreti*, *columna fin. nume.* 45. *& Iacob. Rebuff. in l.* 1. *C. de dignitatib. lib.* 12. *col. fin. verſic. ſed quid erit in baronia*, *& Ioan. Lup. à Rub. in ſuis quæſtionibus*, *in materia maioricatus* (non dum typis traditis) *in q.* 78. *incipien. nota quòd princeps donando alicui*, idem & tenet *Greg. Lup. in leg.* 12. *titul.* 1. *par.* 2. *in verb. Heredamiento*, *& idem Greg. Lup. in l.* 2. *titul.* 15. *par.* 2. *in verb. El mas propinco pariente. col.* 1. *verſ. & ſecundum hoc*, *& Anton. Gomeſ. in l.* 40. *Tauri num.* 12. *verſ. ſed his non obſtantibus*, *& Ferdinan. Mencha. in* 1. *part. tractatus ſucceſſionum §.* 26. *num.* 92. *Et præter d. §. præterea ducatus*, idem probatur, *in cap. in apibus* 17. *q.* 1. *& in cap. quod autem* 23. *q.* 7. *& in cap. quoniam de offic. ordina.* & eſt ad idem *gloſ. in dicto cap. licet*, *de vot. in verb. priuandum*, *& gloſ. in l. communi diuidundo in verb. & eſt etiam confundere*, *in fine*, *ff. commu. diuidun.* ad quod eſt bonus *tex. in l.* 6. *verſicul.* (*Otroſi dezimos*) *titul.* 10. *par.* 5. *& tex. in dicta l.* 2. *titul.* 15. *par.* 2. *verſ.* (*Pero con todo eſſo.*) Et licet aliqui, *ex dictis iuris Doctoribus*, loquantur in ſucceſſione Regni, idem dicendum eſt, in ſucceſſione Comitatus, Ducatus, vel Marchionatus, cum etiam hæc dicantur dignitates regales, vt conſtat *in cap.* 1. *de feud. March. Ducat. in vſib. feudo.* ad quod eſt bonus *text. in l.* 11. *titul.* 1. *par.* 2. *& ibi Greg. Lup. in verb. en Alemaña*, & in ſpecie ita tenet *Bald. in conſ.* 275. *quòd pro ragula num.* 3. *verſicul. ſuper ſecundo lib.* 2. *& Soccin. in conſ.* 67. *con ſilijs noſtris col.* 2. *num.* 3. *lib.* 1. & facit, quia comes in ſuo comitatu, magis equiparatur regi, quam præſidi, vt adnotat *Bald. in l. receptia col.* 2. *verſicul. ibi omnes perſonales*, *C. de conſtitu. pecu.* quem refert, & ſequitur *Carol. Ruin. in conſ.* 134. *ex duobus*, *num.* 9. *lib.* 1. *cum alijs de quibus idem Carol. Ruin. in conſ.* 130. *de duobus num.* 22. *lib.* 5. & alibi ſæpe. Et ſtatutum in ſucceſſione regni, dicitur ſtatutum in ſucceſſione inferiorum dignitatum, & maioricatuum, ita in terminis tenet *Paul. Caſtren. in conſ.* 164. *in præſenti cauſa quę vocatur maioria hiſpalenſis. colum.* 1. *num.* 1. *verſ. ſed hic apparet lib.* 2. *& Alberi. in dicto prohemio ff. or. §. diſcipuli col.* 3. *num.* 6. *ver. quantum igitur*, *& Paul.* refert & ſequitur *Bologn. in d. conſ.* 62. *col.* 4. *verſ. quis eſt qui dubitet*, *& Guiller. Benedict. in cap. Raynuntius in verb. in eodem teſtamento relinquens in* 1. *num.* 168. *de teſta. & D. Couarr. cap.* 5. *num.* 5. *verſ. quarto lib* 3. *variarum reſol.* & nouiſſimè *Anton. Gome. in d. l.* 40. *Tauri num.* 11. *in fine*, *& num.* 65. *propè finem*, vbi ad hoc ponderat *dict. l.* 12. *tit.* 1. *part.* 2. *& Gregor. Lup. in d. l.* 2. *titul.* 15. *par.* 2. *in verb. El mas propinco pariente*, *colum.* 1. *verſ. & ſecundum hoc*, *& idem Gregor. Lup. in l.* 3. *in verb. mugeres*, *col.* 2. *verſ. & de more Hiſpaniæ eſt tit.* 13. *part.* 6. cum alijs de quibus, *Pet. Dueñas in ſuis regul. & fallen. in regula.* 316. *fœuda dignitatum per totam*, *& Ferdi. Mencha.* 1. *par. tract. ſucceſſionum lib.* 3. *§.* 26. *num.* 86. *in princ. & nu.* 94.

Ex quibus breuiter primus abſoluitur punctus.

Quo

Digitized by Google

Quo ad ſecundum, conſtanter dicimus,
dictam Regiam facultatem dicto comiti
denegandam, & dicta bona pro dictarum
filiarum dicti comitis dotibus alienari non
poſſe.

Primo hoc conſtat, quia ſi dictorum
maioricatuum tenorem perſcrutemur, ſat
4 conſtat dictorum bonorum † alienatio-
nem expreſſim prohibitam, dotis etiam ex
cauſa.

Tum quia, eorum conditores, nulla ex
cauſa, ipſam alienationem permictunt, &
verbis ita vniuerſalibus, quod in eis cauſa
dotis comprehenditur, *ex tex. in l. Iulianus*
*ff. de leg. 3. & in cap. ſolitę de maio. & obed.*
5 *cum alijs*, quibus, & alludit, quia † vni-
uerſalia, verba generaliter, vniuerſaliterq;
intelligi debent: ita quòd omnes caſus, in
eis comprehendantur, *ff. de publica. l. de pre*
*tio*, & etiam caſus comprehendit priuile-
giatus *l. in fraudem, §. bonorum, vbi Bald.*
*col. 1. uerſ. in tex. generalis, ff. de teſta. mili.*
*cum alijs* de quibus recentiores *in l. 1. ff. de*
*regular.* præſertim *Dec. col. 1. num. 9. & ex*
*traditis per eumdem Dec. in conſ. 348. de*
*duobus num. 5. col. 2. verſ. non obſtat,* ad
quod eſt bonus *tex. in l. ait prætor, §. ſi*
*cum mulier, ff. quæ in fraud. credit.*

Quæ præcipuè obtinent, ex verbis nega-
tiuis, *Por ninguna cauſa*. Dictis maiorica-
tibus poſitis, quæ magis quam affirmatiua,
caſuum excluſionem operantur, ex traditis
*in l. hoc genus, & illic gloſ. in verb. nubendo,*
*ibi que DD. ff. de cond. & demonſtrat. text.*
*in l. ſi mulier, §. 1. ff. quod met. cau.* notatur
*in l. iam dubitari, ff. de hæredib. inſtituen. &*
*in l. ſi is qui, §. vtrum, ff. de reb. dub.*

Lucent iam dicta ex alio, quia ob id di-
ctorum maioricatum conditores, ipſam di-
cunt prohibere alienationem, vt bona ipſa
ſemper maneant, in eorum familia, & agna
tione, & apud ſuos deſcendentes, vt eorum
agnatio conſeruetur, quod inquam eſſe nõ
poſſet, ſi ſucceſſores pro ſuarum filiarum
dotibus, bona vinculata alienare valerent.
Nam præter dictorum bonorum alienatio-
nem, agnatio ipſa, ex dictarum dotium con
6 ſtitutione, periret: cum † diuitiæ, agnatio-
nes, & Familias tueãtur, *vt beatus Auguſtin.*
*cenſet, in ſuo libro de Ciuitate Dei cap. 100.*
*& Ioan. Andr. in Specul. additionibus in ru-*
*bri. de ſucceſſionib. ab inteſta. colum. 2. in ad-*
*di. incipien. quatuor modos, colum. 2. ver. &*
*conſeruatur, & beatum Augu.* refert *Alex.*
*in conſ. 52. circa hanc dubitationem colum. 1.*
*verſ. iſtis modo præſupoſitis, lib. 4.* & ſatis
probatur *in auth. de defenſorib. ciuit. poſt*
*princi. colla. 3. & in l. honor municipalis, §.*
*de honoribus, ff. de mune. & bono. ibi. Facul-*
*tates quòque.* Et ibi probatur *in authen. de*
*teſtibus, §. Sancimus; colla. 7. & in l. quiſquis*
*C. ad l. Iul. Maieſta. & in cap. ſi qui teſtium,*
*de teſtib. cum alijs de quibus Andr. Tiraq.*
*in tract. de nobilitate, cap. 3. num. 1. cum plu*
*ribus ſequentib.* & vileſcit dignitas ſinè di-
uitijs, *vt in Clemen. in pleriſque, de electio.*
& eſt bonus *tex. in l. cum filius, §. pater, ff.*
*de leg. 2. ibi (Plus tribuas in honorem nomi-*
*nis mei.) Et tex. in l. 44. tit. 5. part. 5. ibi*
(*Mas que finque ſiempre ami hijo, o ami he-*
*redero, porque ſea ſiempre mas honrado, E*
*mas tenido.*) Cum ibi ſingulariter traditis
per *Gregor. Lup. in verb. Mas honrado.* Quo-
rum maioricatuum, & familiarum conſer-
uatio reipublicæ intereſt, & in quantum
poteſt eſt ſubſtinenda, & non minuenda,
*ex. tex. in l. 1. §. quamuis, verſ. publica, ff. de*
*vent. inſpicien. adnotat Cinus, & DD. in l. 1.*
*C. de adult. col. 2. verſ. modo ponamus, &*
*Bal. in l. 1. C. de ſum. trinit. col. 11. verſ. cõ-*
*trarium eſt verum,* & dicit *beatus Bernard.*
relatus *per Abb. in cap. licet de voto colum.*
*penult. ver. in gloſ. tertia in fine,* loquendo
in filijs comitis, quòd melior eſt aliorum
filiorum diſperſio inter nobiles, quàm hæ-
reditatis diuiſio. ſunt & aliæ concordantiæ,
de quibus *Gregor. Lup.* in noſtris terminis
*in l. 6. tit. 11. par. 6. col. 8. verſ. tales licentiæ*
*in fine,* vbi plura refert in hoc propoſito vi
denda, & inter alia ibi conſuluit, tales licẽ-
7 tias Regias, quæ facultates † ad alienandũ
bona maioricatus, nunquàm, aut rarò con-
cedendas, & tunc cum magna cauſa, cùm
tales licentiæ, dicat, quòd tendunt contra
publicam vtilitatem, quæ conſiſtit in con-
ſeruandis bonis maioricatus in familia vel
agnatione, *ex pluribus*: quæ ibi refert & idẽ
dicit *Couarr. in cap. 6. colum. fin. verſ. quòd*
*ſi habita lib. 3. varia. reſolut.* & ſingulariter
idem tenet, *Dominus Donnus Ant. de Pa-*
*dill. in repet. authen. res quæ C. commun. de*
*leg. & fideicomm. num. 118.* vbi plura refert
præſertim cauſæ cognitionem tunc requiri,
& ſequentem in gradu, tunc citandum, qui-
bus & accedant tradita *per Anton. Gome.*
*in l. 40. Tauri num. 89. verſ. ſed his non ob-*
*ſtantibus cum ſequentibus,* ratio enim prędi-
cta conſeruationis familiæ, ſcripturas di-
ctorum maioratuum exponit, & extendit,
*ex tex. in l. cum pater, §. dulciſſimis, ff. de*
*leg. 2. & in l. fin. ff. de hæredib. inſtituen, & in*
*l. illud. ff. ad l. Aquil. cum ſuis vulgatis.*

Et cum de dictorum condentium, maio-
8 ricatum voluntate conſtet, illa † obſeruã-



Digitized by Google

da eſt *authen. de nupt.* §. *diſponat teſtator, colla.4. l. in conditionibus primum locum, ff. de condi. & demonſtrat. l. cum talis in fine, C. de leg.* & eſt bonus *tex. in l.40. Tauri uer. ſaluo ſi otra coſa, cum alijs ſuis notiſſimis.*

Verum, & de dicta voluntate diſponentium, ſat conſtat, quia dictus maioricatus regia facultate eſt factus, in qua dicitur, etiam ex cauſa pia, bona dicti maioratus non alienanda, & ita etiam priuilegiatam excludit cauſam, & illam, quæ conceditur, ex diſpoſitione *tex. in d. authen. res quæ. C. commu. de leg. & fideicommiſſ.*

Quo fit, & dotis ex cauſa, dicta regia facultate, alienationem inhibitam, ſiquidem,
9 dotis cauſa † non ſemper pia fit, ex traditis *in l. ſi donaturus, ff. de condit. cau. da. cau. non ſequ.* adnotat *Bartol. in l. cum is* §. *ſi mulier col.1. verſ. oppono ſupra tit. ff. de condi. indebi.* & ibi eſt ad hoc *text.* quem ad hoc *Iaſo. ibidem notat num.1. &* Ludo. *Roman. in repet. authen. ſimiliter, C. ad l. falc. colum. 2. num.5.* & *DD. in l. ſi conſtante in princip. ff. ſolut. matrim.* cum alijs de quibus *Dec. in l. eius qui in prouincia. ff. ſi cert. pet. in* §. *placebat, num.5. in fin. colum. 2. & idem Dec. in conſ.348. de duobus num.5. in princip.* & ſingulariter *Roderi. Suar. in repet. l. quoniam in prioribus in declara. ad l regiam 9. q. num.3. per totum, C. de inoffic. teſtamen.* maximè *ibi nihilominus.* Et latè per *Laur. Calca. in conſ.30. Antonius col.5. verſ. nec* vbi ait, quod dicere contrarium eſt communis error, et ſi contra *Calcan.* teneat *Doctor Peralta in l.1. num.27. ff. de leg.2,* cum hac diſtinctione, an talis vxor ſit pauper, vel diues.

His & fauet, quia & in maioricatu oppidi de Villada, expreſſim, etiam pro dote, alienatio eſt prohibita, quæ diſpoſitio ad vnguem ſeruanda eſt, *ex ſupradictis.*

Ex quibus conſeſtim ſuboritur, dotis ex cauſa, dicta bona maioricatus, alienari non poſſe, *d. authen. res quæ,* ſanctione, non refragante, quæ hoc in negotio, non ſubſiſtit, ex ſequentibus.

Primo, quia ipſa *authen. res quæ* non lo-
10 quitur, cum verbis ita vniuerſalibus, † & generalibus, alienatio prohibetur, ſeu ſi expreſſim dotis ex cauſa alienatio prohibita ſit, namque iuxta communem opinionem, dicta *authen. res quæ* ex teſtantis mente præſumpta obtinet. Quo fit ex contraria teſtatoris mente, *dicta authen.* diſpoſitionē ceſſare *ex tex.* notabili *in l. cùm ex filio,* §. *filio ff. de vul. & pupil. ſubſtitut.* & *in l. adigere,* §. *quamuis, ff. de iur. patronat. & in c. cùm ceſſante, de appell. cum alijs,* & in noſtris terminis, quod dicta *auth. res quæ* locū minime habeat, ex cauſa dotis alienatione expreſſe prohibita tenet *Bald. per tex. ibi in cap.1.* §. *donare col.1. verſ. oppono de authe. in titul. qual. feud. pote. aliena.* vbi ſingulariter id concludit, & ibi aſſignat rationem prædictæ ſententiæ, quia diſpoſitio *illius tex.* eſt exorbitans à regulis iuris communis, & quod ideo, non debet extendi vltra caſum in quo loquitur, *ex vulgatis iuribus,* & ſecundum prædictam *Bald.* ſententiam, conſuluit *Alex. in conſ.56. conſideratis verbis col.1. verſ. item licet, cum ſequentibus li.1. & idem Alexand. in conſ.23. conſideratis verbis col.2. ver. & ſic idē licet lib. 2.* cui et *Iaſ.* adſtipulatur, & eſſe communem ſententiam dicit in *l. filiusfamilias,* §. *diui, ff. de legat.1. 1. lectu. num.59.66. & 70. & in 2. lectu. num.99. & idem Iaſo. in dicta authent. res quæ. nu.24. in fine,* vbi & hanc dicit eſſe communem opinionem, & iterum *ibi num. 25. & Curt. iun. etiam ibi num. 35. in fin. & num.36.* & idem tenet *Soccin. in conſ.75. circa præſentem, col. fin. num. 17. verſ. vltimo reſpondetur lib.1. & Guid. Pap. in deciſ. 611. vtrum alienatio nu.3. verſ. ſed quid ſi alienatio,* & idem conſuluit *idem. Guid. Papa in conſ. 102. pacta ligant homines, col. 2. verſ. ſicut etiam in ſimili lib.2.* & melius, *in conſ.140. conſilium pro nobili, nu.9. verſ. ſed his non obſtantibus, lib.2. & Ioan. Fran. de Rip. in d.* §. *diui num.73. verſ. limita primò, & Hieron. Grat. in conſ.17. quoniam præſens num.20. lib.1. & Roderic. Suar. in repet. dicta l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. teſtamen. in 2. limita. ad regiam, col.17. verſ. in vno caſu, & Paul. Pariſ. in conſ.63. capiendo num.34. cum pluribus ſequentibus lib.2.* vbi ait ſe ita conſuluiſſe, in cauſa magni militis, & idem tenet ipſe *Paul. Pariſ. in conſ. 52. in hac num.37. lib.1.* & ſingulariter idē tenet *Ioan. Lup. à Pala. Rub. in repet. rub. de dona. inter vir. & vxor.* §. *16. col. 3. num. 11. verſ. niſi ſpecialiter, cum ſequentibus:* quia ibi dicit, quòd conditor maioriæ poteſt apponere talem legem, vel conditionē, & hoc ex pluribus, quæ *ibi* allegat, & idem tenet *Tiraquell. de primogenitura q.61. nu. 7.* & hanc dicit eſſe receptiſſimam ſententiā in hoc Hiſpaniæ regno *Arius Pinel. in repetit. l.1. C. de bon. mater. in 3. par. numer. 102. verſ. ſed receptiſſima, fol. mihi. 159. col. 1.* & hanc opinionem dicit eſſe communem, & ſequendam in iudicando, *D. Anton. de Padilla* (vir quidem omni nobilitate, & ſcientia pollens, nunc præſes militarium ordinū meri-

meritiſſimus) *in repet. dicta authent. res quę num.* 116. & 117. (licet *inibi*, Ab hac opinione recedere videatur: & idem tenet *Carol. Ruin. in conſ.* 123. *quia circa num.* 10. *lib.* 1. vbi & ait, idem eſſe, quando teſtator aliis verbis vniuerſalibus loquitur, & idem etiã tenet *Greg. Lup. in l.* 6. *titul.* 11. *part.* 6. *col.* 5. *verſ. item etiam facit cum ſequentibus verſiculis*, vbi in propoſito ſingulariter loquitur, & *Anton. Gomez. in l.* 40. *Tauri nu.* 87. *col.* 6. *verſ. vnum tamen eſt*, poſt *Couarr. in cap.* 6. *lib.* 3. *variar. reſolu. num.* 10. *verſ. tertio, & quibuſdam ſequentibus*, & nouiſſimè hanc dicit eſſe communem ſententiã. *Roland. à Vall. in conſ.* 85. *domini col.* 3. *nu.* 23. *lib.* 1. & ad prædicta ſatis vrget *tex. in ſimili, in authen. de aliena. & emphiteo.* §. *ſanctiſſimarum, colla.* 9. in verbis. (*Niſi ſub hac conditione poſſeſſiones aliqui eis dederunt, vt nullo modo has alienent.*) Et ibi eſt notabil. *gloſ.* ad hoc *in verb. alienent*.

Nec huic priori ſolutioni, *ad dictam authen. res quæ* dicto ſuffragãtur comiti, quędam verba, quæ in maioricatu Architalaſi D. Alfonſi Henriquez, & D. Ioannæ de Mẽdoza eius vxoris, ſunt collocata, quibus inquàm decreuerunt, quòd ſi eius filii primogeniti, ſine filiis maſculis deceſſerint, filias tamen progenuerint, quod maſculus in maioricatu ſuccedens, illis pro ſuis dotibus certam pecuniæ quãtitatem tribuat, quod & comes Henricus ſuo teſtamento, & maioricatu voluit. Nam quidem hæc verba nihil ad contrariam ſententiam, ſubinuitare valent, & ſi tale grauamen potuerit apponi, vt tenet *Greg. Lup. in l.* 10. *tit.* 9. *par.* 6. *in verb. de aquel. col. fin. verſ. & facit.*

Primò quia hæc verba, negotio noſtro abſimilia ſunt, ſiquidem tantùm verba illa diriguntur, ad primogenitum dicti Alfonſi & Ioannis, at non ad alios ſucceſſores, in quibus idem voluiſſe non explicuerunt. Et ob id forſan, quòd proprias filias quas notas habebant, diligerunt, potius quàm alias ſuas deſcendentes, quæ conſideratio munitur, ex traditis *in l. qui filiabus, ff. de leg.* 1. & *in l. ſi viua matre, C. de bon. mate. & in l. Lucius, ff. de hæredi. inſtituen. & in l. quotiens, ff. de vſufruct.* & alibi ſæpè, quibus fauet *tex.* notabilis *in l. publius*, §. *fin. ff. de condi. & demonſtr. & tex. in l. ſi in teſtamento, & ibi Alberic. col.* 2. *verſ. quaro qualiter, ff. de vulga. & pupil. ſubſti. & adnotant Doctores in l. ff. de reb. dub* & eſt ad idem bonus *text. in l. qui fundũ*, §. *qui filios, ff. ad l. fal. cũ aliis*

Secundò, quia dicta verba, cum ſuus filius primogenitus deceſſerit, Quo fit, vt cũ ipſe primogenitus cum filiis deceſſerit, eis dictus comes iuuari nequit, *l. ſi quis hæredẽ, C. de inſtitu. & ſubſtit. ſub condi. fact. l. ex facto*, §. *ſi quis rogatus, ff. ad Trebell. l. cũ vxori, C. quand. di. leg. ced. l. pater ſeuerinã*, §. *fideicommiſſo ff. de condit. & demonſtrat.* cum aliis, de quibus *Dec. in conſ.* 95. & *pro tenui facultate, col.* 4. *verſ. ſed tamen prædictis cum ſeq.* vbi plura notabilia dicit in hoc propoſito videnda, & *per eundem Dec. in conſ.* 377. *uiſus & diligenter, colum.* 2. *uerſic. circa primum cum ſequent.*

Tertiò, quia cum illud tantum in filiabus primogeniti ſit ſtabilitum, in cæteris deſcendentibus fœminis videtur prohibitũ, *C. de procurat. l. maritus, ff. de indi. l. cum prętor. cum aliis*, ſi enim, idem in aliis ſucceſſoribus conſtituere voluiſſent, vtique expreſſiſſent, cùm in eorum mera voluntate id poſitum erat, nec ſufficit teſtatorem ita voluiſſe, niſi diſponat *ex tex. in l.* 1. §. *fin autẽ ad deficientis, C. de cadu. tollen. & in cap. ad audientiam de decim. & eſt ad idem text. notabil. in l. quidam cum filium, ff. de hæred. inſtituen.* quem ad hoc dicit eſſe notabilẽ. *Dec. in conſ.* 89. *uiſo puncto, col.* 3. *uerſ. confirmatur hoc, & idem Dec. in d. conſ.* 377. *colum.* 2. *num.* 2. *uerſ. quia ad hoc reſpondetur*, cum aliis de quibus *Card. Paul. Pariſ.* qui ſingulariter loquitur *in conſ.* 87. *ubi & legi. num.* 17. & 18. *lib.* 2. & *Aym. Crauet. in conſ.* 161. *uerbo num.* 14. & alibi ſæpè, & eò præcipue, quia dicta verba conditiona-

11 lia ſunt, & ob id in forma † ſpecifica adimplenda ſunt, *ff. de condit. & demonſtr. l. qui hæredi. & l. meuius, ff. eod. tit.* cum aliis, & eſt ad idem bonus *tex. in l.* 5. *titul.* 4. *par.* 5. & adnotat ſingulariter in propoſito, *Bart. in l. Gallus*, §. & *quid ſi tantum ff. de libe. & poſthu. col.* 3. *uerſ. ſi uero prouiſio fiat in unũ caſum per modum conditionis*, cum aliis quę *Dec.* tradit *in dicto conſ.* 89. *col.* 2. *uerſ. & quia conditio, & per eundem Dec. in conſil.* 63. & *pro tenui, col.* 2. & *quia conditio iſta poſt Oitrad. in conſ.* 356. *ex ſerie teſtamenti col.* 2. *uerſ. quarto confirmat.* vbi ſingulariter loquitur in noſtro propoſito per totum illud conſilium. Et ſufficit conditionem

12 † ſemel fuiſſe impletam, *ex tex. in l. in ſubſtitutione, ff. de uulg. & pupil. & in d. l. ſi quis heredem, C. de inſtitu. & ſubſtitu. ſub condit. fact. cum aliis ſupra allegatis.* Euentus enim cõditionis, purificat actum, ac ſi ab initio fuiſſet purus, *ex tex. in l. fin.* §. *Titius ff. de uulg. & pup.* ibi, *Sed ſi extiterit conditio. Bonus textus in l. ſi pupillus in fine, ff. de condit. inſtit. & in dicta l. quinta titu. quarto. par.*

Digitized by Google

*to,par.quinta,optimus tex.ad idem in l.13. uerſ.Ot*ꝛ*oſi dezimos tit.4.par.6.*ſunt,& aliæ concordantię de quibus *Dec.in conſ. 79. & pro tenui col.2. uerſ. ſed in caſu iſto.* Et de prima vice intelligendum eſt,(& ſic de filiabus primogeniti tantùm, non vero de filiabus omnium deſcendentium conditoris maioratus)*ex l.boues §.hoc ſermone cum ſuis uulgatis ff.de uerbor. ſignificat. & eſt ad idem optimus tex.*in propoſito(cum ſua materia)*in l.ſi pluribus hæredibus, ff. de leg.2.cum alijs* de quibus ſingulariter *Dec. in dicto conſ.291.col. 4. num.6. uerſ.bis pręmiſſis per totum,& in uerſ.& prædicta concluſio.* Præſertim cùm agatur de onere perpetuo primogenitorum,vt aduertit *Dec.in dicto conſ.291.col. fin.num. 8. in fine.* Hoc
13 & ſpectat,quia diſpoſitio † de perſona,ad perſonam, non eſt extendenda etiam ex diſponentis veriſimili mente, *ff.de teſta. tute. l.ſi qui ita, §.penult.bonus tex.* in propoſito *in l.ſi ita ſcriptum ſit uerſic.quod non eſt e contrario, ff.de leg.2.cũ alijs,* quod & adnotat *Aret.in dict.l. Gallus,§.& quid ſi tantum num.18. uerſ.ſecundo adde,& Dec. in dicto conſ.291.uiſis & diligenter colum. 4. num.6. uerſ.ſecundò præmito,* & latè idem *Dec.in d.conſ.377.colum.2.uerſ.quia ad hoc reſpondetur num.2.& 3.et num.5.cum alijs* de quibus meminit ſingulariter *Iaſ. in conſ. 220.col. 3.ad fin.cum ſequent.lib.2.* vbi hoc intelligit, dato, quòd eadem ratio militaret, & præſumpta mens teſtatoris in alia perſona, & dato etiam, quòd teſtator ſi fuiſſet interrogatus, de alia perſona idem veriſimiliter de ea reſpondiſſet,nam his omnibus concurrentibus(ſecundum eum) minimè debet fieri extenſio de vna perſona ad aliam,& iam dicta latè tradit *Card. Paulus Pari. in conſ.87.uidi et legi.col. 3. num. 12.cum ſequentibus libro 2.* et notabiliter *Aym.Crauet.in conſil.161. uerba num. 11. cum pluribus ſeq.* Et limitatus caſus limitatum effectum habere debet *ff. de acquir. rer. domin.l in agris,et C.de tranſact.l. age cum Geminiano cum alijs.* Non enim noſtrum eſt, diſpoſitionem extendere. *ff. de fideiuſſor. l.fideiuſſores magiſtratum, §. pro aurelio,ff. de pact.l.ſi unus,§.ante omnia,et C. de fideiuſſ. l. fideiuſſ. cum alijs,* quod adnotat *Bal. in cap. 1. in titul. quali.domi. à propriè feud. priue.col. uerſic. ſecus in conuentionali,*et alibi ſæpę traditur, et idem conſtat *in l. ſi uero,§.de uiro ff.ſolut.matr.et in l.ſeruũ,§.prætor ait, ff.de acq.hęred.*

Quarto,& iam dicta ſuadentur,quia nõ eadem ineſt ratio in ſequentibus, quæ in filiabus dicti primogeniti vtpotè,quæ magis dilectæ,et ob id,caſus ſequentium, fœminarum non ſimilis,ſed diſſimilis vtiquè eſt *ff.de ſtat.homi.l.cùm quæritur, et qua Bal. tradit in l neque leges columna prima uerſ. et nota quòd illa ſunt.ff.de legibus* cum aliis quæ congerit *Dec.in cap. tranſlato colum. penult.uerſic.circa ſecundam concluſionem, et in uer.et in ſtatuto contra ius commune de conſtit. in ſecunda lectione,* & plenius inibi in 1. *lectu.columna tertia, uerſ. in gloſſa ſi inſtat.* Imò *et gloſ.in cap.non poteſt in uerb. curam animarum de præben. libro 6.* conſi-
14 milem caſum † non poſſe dici, cùm aliqua diſſimilitudo ineſt. Quin & cùm caſus ſimilis eſt, in conditionibus voluntariis, de caſu ad caſum non admictitur extenſio, pręcipuè,de perſona ad perſonam, *ſecundum Bar.in d.l. Gall.§. & quid ſi tantum colum. 3. uerſ.ſi uerò prouiſio fiat cum alijs de quibus Dec.in conſ.89. uiſo puncto, col. 2. uerſ. & quia conditio,& col.3.uerſ. 2.poteſt reſponderi, & in d. conſ. 63. col. 2. uerſ. & quia conditio,& alibi ſæpę.* His et conducit, quia caſus pręter teſtatoris ordinationem, contingens(etiam ex rationis maioritate) in diſpoſitione minimè comprehenditur, vt palam *Cin.* tenet, *in l. quod fauore,col. fin. uerſ. et annectit, et in uerſ. ſi pręter legis, C.de legib.et Ancha.in conſ.356.ex ſerie teſtamenti,col. 3.uerſ.2. hoc probat natura: in fine,et in uerſic. non obſtat quarta ratio: et Dec.in dict.conſi.63.nu.1.cum 3.ſequent. col.2.uerſ.et ita bis rationibus, et in dicto conſ.291.colum. pen.num. 7. uerſiculo capio ultimam ſubſtitutionem.* Præter hoc, quòd argumentum à ſimilibus, fallax ſit, *ut in auth. de inſtru. fid. et caute. §.ſi uerò, nullus,colla. 7.et in l.ſi idem,C.de codicill. cum alijs, de quibus Alberi. in ſuo dictionario in uerb.argumentum col. 3,uerſ. ad pacta.* Et ſi dicta extenſio fieret de iure(vt negamus) tamen ex quo reſultaret abſurditas magna, videlicet, in perditionem perpetuã nominis,& dignitatis familiæ,et domus cõditorum maioratuum prædictorum, et bona progenitorum transferentur in alienas familias: quod dici non debet(vt de ſe conſtat) quo in caſu nullo modo extenſio permittitur, vt ferè in propriis terminis conſuluit *Ancharan.in d. conſ.356. colum.fin. uerſ. nam ex contraria ſequeretur de facili, et Ancharan.* refert et ſequitur *Guill.Benedict.in repet.cap. Raynut. de teſtament. in uerb.ſi abſq. liberis in 2. in materia uulga. ſubſtitu. num.38.* et in noſtris terminis faciunt plures rationes, de quibus memor eſt

*Luſita-*

Digitized by Google

luſitanus Arias Pinel (uir quidem ſubtilis) in repet. l. prima 3. part. num. 102. verſ. ſed reſpondeo, C. de bon. mater. poſt Guid. Pap. in conſ. 140. conſilium pro nobili num. 2. ver. ideo ipſe, lib. 2. & idem in noſtro propoſito tenet D. D. Ant. de Pad. licèt de prædictis nullam mentionem faciat in repe. dictę authen. res quæ, C. commun. de leg. & fideicom. num. 118. in fine, quod maximè procedit, cũ communis opinio ſit, quod talis dos conſti-
15 tuta de bonis maioricatus, † ſeu reſtitutioni ſubiectis, tranſmittantur ad hæredes fœminæ dotatæ, etiam in proprietate, tanquã bona libera, & hoc ad perpetuam ſubſtitutorum excluſionem, ſecundum gloſ. notabilem in d. authe. res quæ in verb. obligatione, in verſ. item quid quæ gloſ. Et in fortioribus terminis alloquitur, & idem tradunt ibi Doctores, & per eoſdem in repeti. l. filius familias, §. diui, ff. de leg. 1. & Carol. Ruin. in conſ. 200. pro deciſione, num. 6. lib. 1. cum alijs de quibus Aym. Crauett. in conſ. 186. præſens conſultatio num. 14. & 15. & Thanutius Lucen. in ſuo tractatu de lucro dotis gloſ. 10. num. 62. vbi hanc dicit eſſe communem ſententiam Doctorum, & alibi ſæpè traditur.

Quintò & finaliter dictis reſpondetur verbis, quòd illis non quidem, ad dictarum dotium conſtitutionem, maioricatus bona vendi conceditur, ſed quòd ſucceſſor tranſuerſalis, dotem filiabus vltimi poſſeſſoris certę quantitatis conſtituat, quod ex dicto-
16 rum † bonorum fructibus, vel ex alijs bonis intelligendum eſt, ne videantur conditores dictorum maioratuum, ſibi ipſis contrarii, in eadem maioricatus ſcriptura volentibus bona talia nulla ex cauſa alienari poſſe ex text. in l. non ad ea, ff. de condict. & demonſtrat. & in cap. inter dilectos de fide inſtrumen. cum alijs de quibus ſingulariter Dec. in conſ. 399. concluſionem plenè, colu. fin. verſ. & ne videatur teſtator, & in dubio ſumenda eſt interpretatio, per quam contrarietas euitetur, vt ex pluribus ſupra conſuluimus in conſil. 2. num. 86. cum pluribus ſequentibus, & in propoſito hoc ſatis in terminis tenet Roman. in conſ. 232. quatuor, colum. 2. verſ. quo ad quartum, & idẽ conſtat ex Iaſo. in dicta authen. res quæ col. fin. verſ. duodecimo limita, & vltra eum, idẽ conſtat ex Bald. in cap. 1. in princip. colum. 4. verſ. quæro vaſſallus in titul. de ſucceſſionibus feud. lib. feudo. & ex eodem Bald. in in cap. 1, §. donare. per tex. ibi in tit. quali. feu. aliena. pote. col. 1. verſ. nota, quod licet pater, & ex Soccin. in conſ. 75. circa præſentem nu. 12. verſ. item ex alia regula. lib. 1. & Mayneri. in reg. in ambiguis num. 29. ff. de reg. iur. & Ioan. Lup. à Pal. Rub. in rep. rub. de donat. int. vir. & vxor. §. 14. colun. 1. verſ. ex quo infertur, ad quod facit optimus tex. in l. mulie. §. cum proponeretur, ff. ad Trebell. & tex. in l. 4. tit. 15. part. 2. in verbis infra ponderandis, & ſatis idem conſtat ex Roderic. Suar. in repet. dictæ l. quoniã in prioribus C. de inoffic. teſtamen. in d. 2. limit. col. 16. ver. vbi aũt maioria. & ex Salic. in l. fin. C. de reb. aliena. col. 2. verſ. nunc oppo. Sicuti dicimus, quod licet pater teneatur ad alimenta præſtanda filiis, vt ſunt iura vulgata, tamen ad talia alimenta conce-
17 denda, pater † non tenetur vendere proprietatem ſuorum bonorum, ſed ea demũ præſtare tenetur, habita conſideratione ad fructus, quos ex bonis ſuis percipit ex text. in l. ius alimentorum, §. modum, ff. vbi pupill. educ. debe. vbi eſt bona gloſ. in verb. reditum, & ex tex. in l. Imperator. in fin. ff. ad Trebell. vbi Segu. co. fin. facit ad idem optimus tex. in l. 20. tit. 16. par. 6. & ita tenet Bolognin. in addit. Anani. in conſ. 13. viſis quæ in proceſſu col. 2. verſ. benè verum eſt poſt Alex. in conſ. 100. ſuper primo col. fin. verſ. clarum etiam eſt li. 1. vbi alios antiquiores refert idem tenentes, & idem Alexand. in conſ. 72. viſo proceſſu, col. 3. verſ. 3. fundamento lib. 5. Dec. in l. diuus Pius num. 9. ff. de reg. iur. & Boer. in conſ. 17. & Aym. Crauett. in conſ. 219. licet datum col. fin. num. 9. & Gregor. Lup. in l. 2. tit. 19. par. 4. in uer. la riqueza in fine, & alibi ſæpè traditur. Ex quibus conſtat, quòd nõ obſtat dicta obiectio.

Secundò principaliter, & ex alio conſtat tex. in authen. res quæ commun. de leg. &
18 fideicomm. non obtinere: quia † ex contractu alienatio dictorum bonorum prohibita eſt, ſiquidem contractibus inter viuos dicti maioratus confecti ſint quo in caſu d. authẽ, res quæ minimè obtinet ex tex. in l. ea lege, ff. de verb. oblig. & in l. fin. C. de reb. alie. non alienan. ad quod eſt gloſ. ſingularis in propoſito in l. nulla in uerb. prohibitum in fine, C. de iur. dot. & illic Cin. colun. 1. verſ. de quo dic, & Bal. col. pen. verſ. modo quæro, vbi multum commendat illam gloſ. & idẽ tenent moderni, præſertim Iaſ. in l. filius famil. §. diui, ff. de leg. 1. in prima lectu. num. 67. & 70. & idem adnotat Paul. Caſtrenſ. in d. authen. res quæ col. 1. uerſ. in textu ibi, quæ ſubiacent, & ibi etiam Iaſ. num. 25. uer. item, quod non ſit, & num. 33. uerſ. 4. limit. poſt Alex. in conſ. 193. uiſis ſcriptis colu. 5.

uerſ.

Digitized by Google

*uerſ.2.reſpondeo lib.2.& Soccin.in conſ.75 circa preſentem col.3.uerſ. contrarium tamē eſt uerum num.9.li.1.& Andr. Tiraquell. in tractatu de primogenitura,q.61. num. 9. et Caro. Mol. in conſ.15. uiſo.num.25.et D. Couar. in cap.6. lib.3.uar.reſolut.num.10. in principio,et Anton. Gomez. in l.40.Tauri num. 87.col. 5. illius numeri uerſ.ſed ego habeo*, & opinionem *gloſ. in dict. l. nulla* dicit eſſe communiter approbata *D. Anton. de Padil.in repet. dicta authe.res quæ num. 116.* vbi & refert plures alios idem tenentes, quibus & accedant, quæ ſingulariter in hoc propoſito dicit *Gregor. Lup.* dum loquitur in ſimili prohibitione bonorum maioricatus facta in contractu *in l. 32. tit. 9. par. 6. in co. 12.ver. ſed quæro de pulchr.q.* Quin & pleriq. DD. tenuere, quod quando alienationis prohibitio fit ex lege, nēpè, quia bona reſtitutioni ſubiiciūtur,& cōcurrit etiā teſtatoris ꝓhibitio alienationis expreſſim factæ, quod etſi in contractu non fiat, ſed in teſtamento, quod tunc alienatio fieri non poteſt, etiam ex cauſa dotis, quorum inquam eſt, *Bald. in d.cap.1.§.donare col.1.uerſ.oppono de auth.in tit. qual.feud. alie.pote.in uſibus feudo.cui Soccin.*conſentit *in d. conſ.75.col.fin.num.17.uerſ.ult.reſpondetur li.1.*& latè *Carol. Rum. in d.cōſ. 123.num.1? .lib.2.et Iaſ. in d. §. diui. in 1. lectu.num.66. cum ſeq. et in 2. lect. numer. 34.et num.* 100. quod etiam DD.in prædictis locis tenent. Et in præſentiarum, vtiq; dictæ duæ prohibitiones adſunt, vt ex ſerie ſcripturæ dicti maioricatus conſtat, & duo vincula fortiora ſunt vno, *ex tex. in auth. itaq. C. com. de ſucceſſ. cum aliis ſuis vulgatis*.

Sanè & tertio, diſpoſitio *dicta auth. res quæ* à noſtro diſſidet caſu, conſtatq; etiam, ex cauſa dotis, bona prædicta alienari minime poſſe, dictamque facultatem iure non cedendam: quia agimus de bonis ſui natu-
19 ra non alienabilibus † nempè, quia ſunt maioricatus, *l.45.Tauri*(quæ habetur *lib.5. noua recop.tit.7.l.8.*) *et ex tex. in l. peto §. fratre, ff. de leg.2. cum aliis* namque in feudo aliiſque in rebus ſui natura in alienabilibus, *d.authen.res quæ*, minimè obtinet, vt legitur, & notatur *in d.cap.1.§. donare, qual.ol.feud. pote.alien. et adnotat Iaſo. in d.authe.res quæ num.33.colum.11.verſ.6.*
20 *limi.* Quin, & aliqui ſunt, qui feudum † maioricatui adęquant, vt in expreſſo *Bald.* tenet *in l.cum antiquo, C.de iur.delib.colu.5. verſ.10.verſ. licet poſſeſſio,et co. pe.ver.ſolutio quæſtio ſtat*, & idem atq; magis in expreſsò *Soccin.* adnotat, *in conſ.47.facti narratione, num. 12. verſ. confirmatur etiam lib.3.& D.Couarru.in cap.38.pract. quæſt. num.13.uerſiculo quid verò dicemus in princip.cum aliis de quibus Cardin. Petr. Paul. Pariſ. in conſ. 72. ad veram reſolutionem num.74.& num.104.libro 4.& Andr.Tiraquell. in tracta. de primogenitura quæſt. 40.num.96.in princip. & in quæſt. 23. nu. 10.* vide quæ latè propoſito citaui *in repet. proœmii legum Tauri num.72. vſque ad nu. 79.* Et hæc ſententia conſuetudine videtur munita, ſiquidem ob id ad regem recurritur, vt facultatem tribuat, bona maioratus alienandi pro dote filiarum poſſeſſoris maioricatus, fruſtrà enim precibus impetraretur, ſi iure communi eſſet conceſſum *ex tex. in l.1.C.de theſau.lib.11.cum aliis ſuis vulgatis*, & in terminis noſtris ita dicit *Roder. Suarez in repet.d.l.quoniam in prioribus, in 2.limita.ad legem regiam col.16.verſ. ex quibus infertur, & in verſ.vbi autem in maioria eſſet*, & idem aduertunt *DD. ſupra relati*, licet *ibidem Roder. Suar.* dicat bona maioricatus antiqui dotis ex cauſa alienari minimè poſſe ob id *ibidem* quęrens, an frater habens bona maioricatus, ex quorū fructibus, citra magnum incommodum ſtatus, perſonęque ſuæ dotem ſorori conſtituere valet, vt illi dotem aſſignare ſit obnoxius ex ipſis fructibus: quibus & fauet, quia ſi optimè *dicta auth.res quæ,& corporis vnde ſummitur, ex tex.in d.l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebe.* ſanctiones penſitemus, non quidem loquuntur in bonis fideicommiſſi parentibus antiquis deuenientibus, vt expreſſim aduertunt *Roder. Suar.in d.2.limit.col.16. verſ.ex quibus infertur,& in verſ. vbi aūt maioria eſſet*, & idem etiam late proſequitur *Gregor. Lup. in d.l.6.tit.11. parti. 6. verſ.quando vero non tractaretur cum ſequentibus*, & dicta iura non ſanciunt proprietatem ipſorum bonorum vendi poſſe pro filiarum dotibus conſtituendis, & ſat prædicta conſtant *in l.3.ff de interd.& relega.& in l.ſi mancipatum, ff.de ſenatoribus(cum ſua materia)& ex tex.notabili in l.4. titul.15.part.2.*in verbis.*Pero eſto deue ſer hecho, de manera que no mengue el ſeñorio, como vendiendo, o enajenando los bienes del, que ſon como rayzes del Reyno, mas puede lo fazer, de las otras coſas muebles que ouiere*. Et licet prædicta
21 lex partitæ † loquatur in bonis regni, quæ vendi, aut alienari non poſſunt per regem poſſeſſorem eorum: idem tamen dicendum eſt, in bonis Comitatus, Ducatus, & Marchiona-

Digitized by Google

chionatus, quæ etiam prohibita ſunt vendi, vel alienari, ſeu tantum primogenito debentur, vt ſupra latè oſtenſum eſt. & validū eſt argumentum, de bonis regni, vel imperii, ſucceſſori regis, debitis, † ad bona comitatus, marchionatus, vel ducatus, ſeu alterius maioricatus particularis, vt in ſpecie arguunt *Paul. Caſtr. in d. conſ. 164. col. 1. num. 1. uerſ. ſed hic apparet, lib. 2. & Bologni. in d. conſ. 62. ut in præſenti col. 4. uerſ. quis eſt qui dubitet in principio, & Didac. Septim. lib. 1. de Primog. Hiſpan. c. 22. & c. 23.* & idē tenent *alij ſupr. relati n. 3. in fin.*

22

Quartò à caſu *d. auth. res quæ* longè abſumus, ſiquidem *tex. ipſe* tantū locū † habeat in filiabus, quæ teſtantis in vita ſunt cōceptæ, aut ſaltim pcedit, in filiabus teſtatoris: at non procedit in dotibus aliarum fœminarū: ſiquidē à primo teſtatore maioria cōſtituta fuerit, *ex tex. in d. l. 3. ff. de interd. & relega. cùm alijs,* et non poteſt *d. auth. res quę* noſtro in caſu procedere, et ita cōſtat ex eadē conſtitutione, cū de liberis loquatur *authore Bal. in ibi in lectura antiquiori,* cui accedit *Corn. ibid. col. 2. nu. 1. uerſ. ſimiliter non habet locum & Iaſ. n. 33. uerſ. 1. limi.* vbi illū *tex.* limitat, vt tantū procedat fauore liberorum teſtatoris. et hæc ſententia ſatis pbatur, *in l. Titius exhæredato, ff. de legit. hæred. et in d. l. filiusfam. §. diui, ff. de leg. 1. & ibi* tenēt cōmuniter *DD. & in l. 1. §. ſi quis pximior ff. unde cogna.* quibus accedant, quę ferè in ppoſito refert *Greg. Lup. in l. 10. tit. 31. p. 3. in uerb. otorgado. col. 2. uerſ. & ultra illa,* et quę etiam in terminis dicit *Iaſ. in conſ. 231. inſti. impub col. 3. n. 3. l. 2. & Albe. Bru. in conſ. 18 in cauſa uertēte, co. 5. uer. 5.* etiā, et latè *Mayner. in reg. in ambiguis pro dotib. n. 31. in fi. & n. 32. ff. de reg. iur.* et quæ tradit *Roder. Suar. in d. l. quoniā in prioribus in 2. lim. ad legē regiā col. 16. uerſ. ex quibus infertur, cum ſequen.* et quæ *Greg. Lup.* dicit *in d. l. 4. tit. 15. p. 2. col. 2. uerſ. ſi tamē,* et idē lat conſtat, ex *DD. ſupra cit.* et ita interpretanda ſunt quæ tradit *Phanut L. cē. in d. eius tract. de lucro dotis gl. 10. nu. 75. & 76. cum ſeq. et D. D. Anton. Padil. in d. authen. res quæ nu. 114. & 115.* ſi talis filia, vel deſcendens naſcatur in vita ſui aſcendentis cōſtituentis maioricatū, cuius opinio ex pluribus ſuaderi poteſt, quæ cōgerit *Paul. Par. in conſ. 63. capiendo n. 46. et 47. lib. 2.* quod præſertim procedit, quia dictus comes plura alia bona non vinculata habet, quæ ex fructibus ſuorū maioratuū percipit, et aliunde (vt notorium eſt) quo in caſu, ſi conditores dictorum maioratuū tunc viuerent, nō tenerentur dotare filias dicti comitis, ab eis deſcendentes, ita cōcludit ſignāter *Bal. in d. auth. res quę col. 2. uer. quæro an teneor,* et facit q latè *Socc.* tradit circa alimēta loquēs *in cōſ. 161. pro deciſio. nu. 1. cū ſeq. et alibi ſępe, et facit tex. notab. in l. 4. tit. 19. p. 4. et ibi Grego. Lup. in* verb. *tan pobres,* à fortiori ergo idem dicēdū eſt in auo vita functo ante natiuitatem ſuarum fœminarum ab eo deſcendentium.

23

Verùm et quintò, ex diſpoſitione *tex. in d. authen. res quę* nulla huic liti ſuboritur difficultas, ſiquidem, et *Ang. in authen. de reſtitutionib. et ea quę parit mulier in prin. colla. 4. in col. 1. uerſ. per hanc gloſ.* plus voluit, quòd tunc bona reſtitutioni ſubiecta pro dote alienari queant, quando dotis alienatio diſpoſitionē † qua bona ſunt vinculata pręcedit, at ſecus, ſi poſt (vt in præſentiarum contingit) cui et *Iaſ.* conſentit *in d. authen. res quę col. pen. nu. 33. uerſ. 5. limita, & idem Iaſ.* idem tenet *in conſ. 231. iſti impuberes col. 3. num. 3. verſ. 3. ſi ex bonis lib. 2. & Caro. Ruin. in conſ. 123. quia circa n. 13. li. 2.* & hæc ſuadētur ex his q in ſimili caſu, ſingulariter adducit *Gre. Lup.* in *d. l. 4. tit. 15. p. 2. co. 2. ver. tn̄ maiora eſſet noua.*

24

15 nec traſigere † nec compromittere citra eius licentiam potuit, vt conſtat ex traditis *in d.l.ciuitas, ff. ſi cert.peta.* & in terminis hoc conſiderat *Paul.Caſtrenſis in d.l. nulli.columna ſecunda verſ. breuiter dic.in fin. ff.quod cuiuſque vniuer. nomi.* & magis in terminis loquendo in compromiſſo ſic conſuluit *Soccin.in conſilio 95.in cauſa communis col.4.num.8.verſ.tertiò, & vltimo lib.3.* ad quod ibi allegat *tex. in cap.edoceri. de reſcript.& Bartolus in l.acta, ff.rem rat. habe.* quibus accedat Bartoli ſententia *in leg. 1.col.2.verſ.eſt tertia vniuerſitas, ff.de damno infect.* & quæ notatur *in l.ſi pupilli, ff. de nego.geſt, & in l.nulli, §. quod ſi in vico. C. de Epiſcop.& cleric.*& facit *tex.in l. vnica, C.de metropoli.Beri.lib.11.* vbi *Io. de Plat. & alij col. 2. verſiculo & ideo* notat, quòd communitates villarum,& caſtrorum non poterant ſe vnire, vel diuidere ſine cauſa, & ſine authoritate ſuperioris. Ex eo præcipuè, quòd etiam de dictæ ciuitatis præiudicio agebatur, ſiquidem eius intererat, dictũ oppidum non ſolis plebeys regi.

Tum quia dicta tranſactio,& ſententia lata ratione dicti compromiſſi ſubuerti etiã ex eo conſtat, quòd illis nobiles à regimine dicti oppidi abijciuntur, aduerſus publicã
16 vtilitatem, cui priuatorum † pactis derogari minimè poteſt, *ff.de pact. l. ius publicum, & l.ſi vnus, §.pacta quæ turpem, ff. eod. tit. & l.nec pignus, §.fin.ff.de regul.iur. & in l.iura ſanguinis, ff. eod.tit.& in cap.ſi diligenti, de for.compet. & tex.in l.11.tit.28. par. 3. & l. 34.tit.ſi.part.7.* Imò & ſunt contra bonos mores dictæ ſcripturę,& ob id, etiã non tenent *C.de pact.l.pacta quæ contra*, & facit *regul.non eſt obligatorium de reg.iur.*
17 *lib.6.*& hinc eſt quòd nobilis † non poteſt renunciare priuilegio ſibi competenti ratione nobilitatis, vt capiatur pro debito, vel tormentis ſubijciatur: cum hoc priuilegiũ toti generi nobilitatis conceſſum ſit, cui

per

Digitized by Google

per particulares derogari non poteſt, *ex prę dictis iuribus*; & quia nobilibus talia priuilegia conceſſa fuerunt, ex cauſa publica, vt cõſtat per plures leges ordinamenti regalis, & partitarum, loquentes de nobilibus, & de eorum priuilegiis, quod in terminis tenent omnes DD. *in l. 79. Tauri, maximè, Michael Ziſon. col. 1. verſic. quartò dubitatur, & Anton. Gomezius num. 3.* (vbi loquitur, etiam ſi renunciet cum iuramento, priuilegio nobilitatis) *& item Anton. Gomez. in lib. 2. var. reſolut. cap. 11. de qualitatibus contractuum, nu. 54.* & idem tenet *Otalor. in ſuo tracta. nobilitatis ſecunda parte tertiæ partis num. 8. verſicul. pro contraria tamen parte*, vbi notanter loquitur in propoſito, & pro hac parte eſt *text. notabilis in l. alia. §. eleganter. ff. ſolut. matrimon.* eandem opinionem (etſi ſub dubio forte) tenet *D. Didacus de Couarru. in repet. cap. quamuis pactũ de pact. lib. 6. in initio ſecundæ par. num. 5. cum ſequentib. & Ferdin. Mencha. lib. 3. primę partis tractatus ſucceſſionum, §. 22. num. 78.* & idem tenet *Petr. de Auendan. in dictionario ſuo in verbo Cauallero column. 3. verſ. ſit ergo concluſio*, & ſi in hoc contrariũ tenere videatur *Gregor. Lup. in d. l. 34. tit. ſi. part. 7. in verbo De ſangre.*

Ex quibus conſtat dictam ſententiam, & in tranſactionem non tantùm nobilibus hodiernis nõn nocere, quia nec nobilibus illius temporis, vtpotè quod nullas, nec nobilibus dicto compromiſſo, & tranſactione
18 contentis. Quia quando contractus ipſo iure nullus eſt, illum faciens, aduerſus eum venire valet, *ex text. notabili in l. iubemus, §. ſanè, C. de ſacroſanct. eccleſ. & in cap. ſi quis Præsbyterorum de reb. Eccleſ. non alienand. & inibi DD. & in l. quemadmodum, C. de agricol. & cenſi. lib. vndecimo ſcribentes* etiam *in cap. noſtri de elect. & eſt gloſ. in l. 1. § cùm autem in verb. alienare, C. de rei vxo. act.* & facit *tex. in regul. non præſtat impedimentum de regulis iuris lib. 6. & in l. quod ab initio, ff. eodem tit. cum alijs ſuis vulgatis.*

Quid plura, etſi aliquot nobiles dictis compromiſſo, ſententiæ, & tranſactioni cõſentierunt (quando prædicta ceſſaſſent) at-
19 tamen alij † nobiles eis non aſſentientes (quin & plebey) poterant aduerſus eas agere, vtpotè iniquas, & reipublicæ contrarias *ex tex. in dicto cap. ſi diligenti de for. cõpeten. cum ſimilibus*, quibus conducit quod *Compoſtel.* ait *in cap. ſcriptum col. 1. verſ. ſed nunquid de elect. & inibi Abb. col. 2. verſ. nota in verſ. & ſi partes, & Felin. in cap. cum omnes de conſtitut. columna 10. numer. 18. verſic. tertiò fallit*, vbi ex pluribus iuribus
20 concludunt, quòd vnus † tantùm de vniuerſitate aſſiſtere valet geſtis à maiore parte vniuerſitatis, cùm de admittendo extraneum, ſeu forenſem officiis, electioniuè agitur, quia cuiuslibet intereſt, nè extraneus ad illa recipiatur, quòd & præcipuè obtinet, cùm & aduerſus populi honorem compromiſſum, & dicta ſententia, tranſactioquè fuerit, ſi quidem nobiles ab officiis abiiciantur, vt *Innocent.* tenet *in cap. accedentibus* (quod legit *ſub cap. cùm olim papa*) *de priuileg. col. fin. in fine*, & idem tradũt *DD. in cap. cùm acceſſiſſent de conſtitutionibus, & per modernos in d. cap. cum omnes de conſtitutionibus.*

Cęterum, & nobiles dictis tranſactioni, & ſententiæ aſſentientes, contra
21 eas agere poſſent, quia complura † inibi contenta ignobiles hucuſque non obſeruarunt: & ita nec illis cuſtodiendæ à nobilibus ſunt, & frangenti fidem fides frangatur eidem, *ex l. cum proponas, C. de pact. & C. de tranſact. l. ſi quis maior, & ff. de inoffic. teſtam. l. ſi inſtituta. & C. de donati. ant. nupt. l. pollicitatione, bonus tex. ad idẽ in l. 28. in princip. titulo. 11. parti. 3. cum alijs vulgatis.* Et ſi iureiurando munitæ eſſent *ex tex. in capitulo peruenit de iureiurãdo, & in capitulo quemadmodum eodem titulo, & in l. fin. & inibi DD. C. de nonnumer. pecun. cum alijs*, & eſt ad id optimus *tex. in d. l. 28. tit. 11. part. 3.*

22 Et ſicut dictum compromiſſum † & ſententia, tranſactioque diruuntur, eodem modo & pœna inibi impoſita, *ex tex. in l. 3. §. ſi ſeruus, & illic* Bartol. *col. 1. verſ. item nota, quòd qui venit, ff. de pecul. & in l. non diſtinguemus, §. ſi ſeruus, ff. de arbit.* & eſt ad idem *gloſ. in cap. ſignificantibus in verb. per formam de offic. deleg. & in l. ſi patronus, ff. ſi quid in fraud. patron. in verb. Fauiana, bonus tex. in l. apud Celſum, §. item quæritur, ff. de dol. except.* quibus concordat *tex. in l. 34. verſ. Otroſi dezimos, tit. 4. par. 3. vbi Greg. Lup. refert plura iura ſimilia, & facit reg. cum principalis, ff. de reg. iur. & in reg. acceſſorium, eod. tit. lib. 6.*

Sanè & conſtat, dictam ſententiam, & tranſactionem nobilibus non aſſentientibus minimè nocere, quia cum loquantur expreſſim de nobilibus in eis contentis, ad alios ibidem non expreſſos trahendæ non
23 ſunt. Quia † ſtricti ſunt iuris, vt traditur *in l. 1. C. ſi plu. vna ſenten. ſue. cond. & inibi Paul. Caſtr. col. 2. verſ. videbatur autem.* & idem

Digitized by Google

idem probatur in l.diui fratres, verſ. nec.n. ff. de lib.cauſ. & in l.ſi à te, ff. de except.rei iud.notat Bart.in l.ſi expreſſim, col.2. verſ. mihi videtur, ff.de appell. & ibi Imol.col.2. verſ.ſi autem nullam, idem & notant DD.in l.Iulianus verum debitorem, ff.de condi. ind. tex.& ibi Scriben.in l.ſi Iudex, ff.de his qui
24 ſunt ſui, vel alien.iur. Nec pactum, † nec tranſactio à quibuſdam facta aliis nocet, ff. de pact. l.ſi vnus. in princ.& text.in l.debitorum, & in l.filius, C.eod.tit.cum alijs. Nec
25 pactum, nec † plebeyorum conſuetudo, nobilibus nocet, vt in d.§.plebiſcitum, & illic Bart.col.1.poſt princ.inſt.de iur.nat.gen. & ciui.& Bapt.Seuer.in relect.d.l.omnes populi col.36.verſ.quam deciſionẽ, ff.de iuſt.& iur. Verùm & compromiſſum niſi compro-
26 mittentibus † non præiudicat, ex tex.in l.non diſtinguemus, §.de officio, ff.de arbitr.et in l.fin.in ordine iudiciario in pragmat.antiquis (quæ habetur lib.4. nouæ recopil.tit.21. l.4.) & adnotat in terminis Specul. in tit.de arbitris, §.reſtat videre ſuper quibus col.ſi. verſ.ſed nunquid vaſſallus, & inibi Bald.in addit. ad Spec. in rubr. d.tit.de arbitr.col.2. verſ.vaſſallus poteſt compromittere, & ſatis probatur per tot.tit.C.res int.al.act. quibus accedat, quod tradit idem Spec.in tit.de inſtrum.edi. §.poſtquam col.2. verſ. ſi autem non contineatur, in fin. vbi ait, quod inſtrumentum non præiudicat, niſi eis ſolum, inter quos fit, & idem traditur per DD.in c.ſi. de fid.inſtrum. & in l.admonendi, ff.de iure iurand.maximè Bart.col.7. verſ.item quæro quid ſi inſtrumentum publicum, & alibi ſæpe per Modernos. Nec ſentẽtia aduerſus quoſ-
27 dam lata † aliis nocet, ex l.1.C.quibus res iudi.non noc. & in l. ſæpe, ff.de re iud.cum alijs, verba enim ſententiæ ſtrictè ſunt intelligenda, l.1.& per tot. C.ſi plur. vna ſenten. ſue.condemn.& in l.Paulus in 2.ff.de re iud. & tex.in l.4.tit.27. part.3. cum alijs, adeò quod in ſententia non habet locum fictio tranſlatiua, de re ad rẽ, nec de perſona ad perſonã, ita tenet ſingulariter Ang. in conſ. 235.punctus, col.fin. verſ. habetur enim, & ſat conſtat ex Alex.in conſ.84.in cauſa quæ vertitur col.2.verſ.unde uidemus, et in verſ. & ideo in caſibus, & in verſ. per prædicta lib.3. vbi ſingulariter ait, quod ſententia lata, quæ valuit de ſpeciali, quia approbata eſt à Principe de plenitudine poteſtatis, quod talis ſententia, nullo modo præiudicat alteri, ſed ſolum illi contra quem eſt lata, & eum refert, & ſequitur Dec.in l.2.C. de eden.col.10.nu.47. & 48.cum ſeqq. vbi plura adducit, in propoſito noſtro videnda, & hæc confirmantur ex pluribus, quæ notanter tradit Præpoſit.in cap.cauſam, quæ in ſecunda, col.4. verſ.quæro ſeptimo, & col.6. verſ.octauo quæro qui fil. ſint legit. vbi & notanter concludit, ſententiam tantùm litigantibus nocere, non verò non litigantibus in cauſa illa, in qua mandatũ non dederunt, nec litigauerunt, & loquitur, & ſi talis ſentẽtia lata ſit ſuper legitimitate perſonæ. Et prædicta confirmantur, quia quando negotium plures tangit, vt ſingulos, niſi omnes
28 conſentiant † minimè omnibus nocet, vt in l.per fundum, & inibi Bart. col.1.in notabil.text.cæteriq; DD. ff.de ſeruit. ruſt.præd. text.in l.ſi quis hac lege, §.quotiens, ff.qui, & à quibus, & in l.fin. ibi enim, & inibi Bald. col.1.verſ.nota quòd omnes, C.de author.præſtand.& in reg.quod omnes tangit de regulis iuris lib.6. bonus text.in cap.bonæ de poſtula.prælato, quibus & concordat tex.in l. 10.tit.trigeſimo primo par. 3. & alibi ſepè traditur.

Quoad ſecundum dicimus, dictam præſcriptionem nobilibus non obeſſe ex ſequẽtibus.

Primo, quia cùm agatur de præſcriben-
29 dis officiis publicis, præſcriptio iure † nõ ſubſiſtit ex tex.in l.præſcriptio, C.de ope.public.& in l. vſucapionem, & in l.fin. ff. de vſucap.& in l.viam publicam, ff.de via publi.& gloſ.in l omnes in verb.publicum, & ibi DD.C.de præſcrip. 30. vel quadraginta annorum, & in l.fin.C.de fund. limitro.lib. vndecimo, & in l.7.tit.29.par.3.cum alijs, & in terminis, quòd officia publica præſcribi non poſſint eſt tex. in l. herennius, ff. de decurionibus, & in l. actuarios, & ibi gloſ. in verb. tractauit, C. de numera. & actua.lib.12.

Secundò, quia dicta præſcriptio rei ini-
30 què eſt † & rei publicæ (vt explicuimus) valdè nociua, quare non debet conſiderari, ex tex.in cap.final.de conſuetud. notatur in cap.1.eodem tit.lib.6.& in cap. erit autem lex.4.diſt.cum alijs, & eſt ad ſupradicta optimus tex.in l.5. verſ.E otro ſi dezimos tit. 2.par.1.& in l.2. eodem tit.& parti. & in noſtris propriis terminis ita conſiderat Hiſpanus noſter Pet.Auenda.in dicto eius tractat.de exequendis mandatis regum cap.19. num.12.verſ.vtiliſſimum ergo eſt vbi ait ex pluribus, conſuetudinem, qua diſponitur, vt nobiles excludantur ab officiis ciuitatis eſſe irrationabilem, & in damnum reipublicæ, & ideò ibi dicit, priuilegium regium, in contrarium obtentum, non valere.

Tertiò, quia nullo tempore præſcriptio

aduer-

Digitized by Google

31 † aduerſus nobiles circa officia cauſari potuit (& ſi centum annis pluriuè tempore electi non fuerint) vt eſt *text. notabilis in d. l.2.§.deinde cùm poſt,& in verſ. deinde cũ placuiſſet.ff.de orig.iur.* vbi & eſt bona *gloſ. in verb.deinde cùm poſt,*& etiam DD. qui *tex.* hanc cauſam determinat,nam ibi centum annis conſules ex nobilium corpore electi non fuerant, nihilo ſecius tamen,*tex. ibi* dicit,quòd ex nobilium, & ignobilium corpore, poſtmodum fuerunt creati,& probatur *in d.authen.de defenſo.ciui.§. 1. colla. 4.* & in proprijs terminis quòd non valeat conſuetudo contra nobiles, vt non admictã tur ad officia, & tradit etiam *Auendan. 1. part.de exeq.mand.reg. in d. cap.19.fol.99. col.3.verſ. vtiliſſimum ergo.* Quæ præcipuè in caſu noſtro obtinent, quia hucuſque nobiles ipſi nunquam fuerunt prohibiti,
32 † & ſi non fuerint electi: & ob id, aduerſus eos nulla præſcriptio in electione eorum decurrere valuit,*ex textu in cap. Abbate Sancti Siluani, verſ. ad hoc authentica, & inibi DD.de verb.ſignifica.* & tradunt *DD. in c. cum Eccleſia Sutrina de cauſ.poſſeſſ.& propriet. præſertim Imol. col.4.& 5.verſ. in gloſ. habuiſſe,* idem tenet *Abb.in cap.ſignificante, col.1. verſ. nota primò ex textu de appellat.& Abb.*refert & ſequitur *Dec. in conſ.8.viſo puncto col.4.verſ.quartò,* & idẽ tenet *Bald.in l.1.colam.2.verſ.ſecundò oppo.C.de ſerui.& aq.& Cin. in l.2. C. quæ ſit long conſue.colum.8.verſ.in ciuitate iſta* & notabiliter *Floria. in l. ſeruitutes in magn.colu.8.num.27. verſ. item quod glo. cum ſequentibus,ff. de ſeruitutibus,* vbi & ad hoc allegat *tex.in l.qui luminibus, ff. de ſeruitut.vrba.prædio.*& idem tenet *Abb. in cap.ex parte Aſtenſis de conce.præben. col. 2.verſ.ſed contra hoc oppono, & Decius in conſ. 215. in cauſa columna.2.verſ.3. quia, & Angel.Aretin.in §.ex non ſcripto colu. 5.verſ.quæro an ſine aliqua contradictione inſtitut. de iur. natu. gen. & ciuit.& DD. in cap.auditis de præſcript.cum alijs de quibus Iaſ.in l.quominus.ff.de fluminibus num. 30.& 31. & ibi Moderni.* pro quibus eſt bonus *tex.in l. 15.titu.31.par.3.* in verbis. *O le contrallaſſe que no alcaſſe ſu caſa,* atque inibi adnotat *Gregor.Lup.in verb. contradiziendo.* Quibus & conducit *tex. in d. l. viam publicam, ff. de via publi.* vbi probatur, etiam centum annis non ſufficere
33 præſcriptionem † cùm de rebus meræ facultatis agitur, & idem dicit *gloſ.in capit. vt priuilegia. in verb. in anno. de priuileg. & ibi notanter Anton. de Butr. num. 16. col.fin.verſic.eadem gloſa cum alijs de quibus Decius in conſil.8. viſo puncto, colum. 4. verſ.& vltimò, & melius, per Felin. in cap. cum acceſſiſſent,num. 26. verſ. limita ſecundò cum ſequen.de conſtit. & Balb. in tract. præſcriptionum in 4.parte 5. partis principalis in 1.quæſt.nume.1.cum ſequent.* & facit *tex.in d. l. 7. tit.29,par.3.cum alijs.*
34 Vltra hoc quod † in dubio iudicandum eſt, quod præſcriptio non obſtet, vt ex pluribus concludit *Aymon. Crauet. in conſil. 29. pro clariori numer. 9.* & melius *per eundem Aymon. in conſ. 201. præſupponitur in facto.num.29.& num.37.& alibi ſæpè.*

Quartò, quia ex quo ea quæ ignobiles prætendunt, ſunt contra ius commune, & quæ aduerſantur,ſi res præſcriptibilis eſſet,
35 tempus † immemoriale exigebatur, ſeu titulus quadraginta anni (quæ in præſentiarum deficiunt) *ex text. notabili in cap. 1.de præſcript.lib. 6. cum alijs de quibus DD. in cap. peruenit de cenſibus, & in dicto cap. cum Eccleſia Sutrina de caut.poſſe. & proprie* quibus dicitur locis, quod ſi agitur de abijciendo omnino aliquem ab electione, habentem intentionem ſuam munitam iure communi, quod exigitur immemorialis conſuetudo, vel titulus cum quadraginta annis, ad idem eſt bonus *text.& ibi* notatur *per Doctores in cap. cum perſonæ §. quod ſi tales de priuileg. lib. 6. cum alijs.*

Quibus dictorum nobilium ius fulcitum manet,

*Doctor* Burgen. *Marcus Salon de Pace.*

ADDI-

Digitized by Google

# ADDITIO.

NVm. 1. Imo plures Nobiles eſſe debent, q̃ Populares *ex Alberic.* notat *Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit. 2. §. 7. num.* 22. prout eſt Ciuitas Neapolitana, quæ gubernatur per quinq; Electos Sedilium Nobilium, & Populi Electum *Franc. dec. 2. in prin. Montanar. in Prag. 2. de admin. Vniuerſ. num.* 317. *Thorus in Compen. dec. v. maior. p.* 1. nouiſſime *Io. Dominicus Taſſonus* benemeritus Iudex M. C. V. *in obſeruat. Iuriſdict. ſuper prag. de anteſato verſ. 3. obſeru. 3. nu.* 23.

Num. 3. ad hoc vide *Coraſ. Miſcell. Iur. lib. 3. cap. 6. num.* 5. & quod dicitur decuriones *Montan. d. prag. 2. num.* 13. & benè de his omnibus eorumq; origine ac inſtituto loquitur, *Loſeus in tract. de Iure vniuerſ. p. 1. cap. 3. nu.* 10. *& ſeq. & num.* 42.

Num. 4. adde *Tiraq. de Nobilit. cap.* 20. *num.* 2.

Num. 5. *Aug. Caput de Regi. Reip. cap.* 1. *num.* 20. *Reg. de Ponte vbi ſupra num.* 23. *Cabed. dec. 2. num. 1. p. 1. deciſ.* 84. *nu.* 1 *dec* 73. *num. 6. p.* 2.

Num. 6. *Tiraq. vbi ſupra num.* 1. *Cabed. d. dec.* 73. *num.* 6. *Menoch. de præſumptio. lib. 6. præſump.* 59. *num.* 10. *Franc. de Petris feſtiuar. lect. lib. 1. cap. 7. ſub num.* 32.

Num. 7. *Menoch. d. tra. de præſu. li. 5. preſ.* 4. *num.* 1. *Franc. Marcus deciſ.* 1208. *num. 2. tom.* 1.

Num. 8. *Tiraquell. de Nobilitat. cap.* 37. *num.* 24.

Num. 9. quod duę partes ex tribus debent interuenire in colloquijs latiùs probat *Loſeus d. tract. de iure vniuer. p. 1. cap. 3. num.* 75. *eum ſequitur alios citando Caput. in eo. tract. cap. 1. §. 2. num.* 66. *Montan. d. prag. 2. num.* 289. *& ſeq.* latè *Præſ. de Franch. dec. 2. Thorus d. Compendio eo. verbo maior. p.* 1. aliàs actus non valeret Probant. *Kircou. & Graſſ. inter com. opin. lib. 1. titul.* 51. *contra Ius vel vtil. publ. num.* 38. *Boccat. in conſt. Egid. gloſ. 6. numer.* 71. *Medic. conſ.* 164. *num.* 23. præſertim in compromiſſo faciendo *Camill. Borrell. in tract. de compromiſſ. §. 1. gloſ. 3. num.* 284. *& ſeq.*

Num. 10. immo potiùs è contra attendi debet, quod à maiori parte nobilium concluditur etiam reluctante Populo, prout Neapolit. obſeruatur *Reg. de Pont. vbi ſupra num.* 13. ſicuti etiã minor pars non præiudicat maiori *Cancer. var. reſol. tom. 3. cap. 4. nu.* 119.

Num. 12. latiſſimè *per Montan. in dict. pragm. 2. num.* 285. *cum ſeq. Loſeus d. tract. & p. 1. cap. 3. num.* 2. 6.

Num. 13. an compromiſſum tranſeat in ſucceſſorem, *Borrell. d. tract. §. 2. gloſ. 4. num.* 120. *Viuius in Silua opin.* 116. *num.* 1. & vniuerſitatis compromiſſo loquitur *Loſſeus in d. tract. p. 2. cap.* 114. *ſub num.* 83.

Num. 14. *Loſſeus in eod. tract. par. 3. cap. 5. num. 4. & ſeq.* ponit hæc ſollemnia, quæ conueniunt etiam pupillis prout eſt cauſæ cogitio, *vt per Boccac. in conſt. Egid. gloſ. 4. num.* 10. *& ſeq.*

Num. 15. adde *Borrell. d. tract. de compromiſſ. §. 1. gloſ. 3. nu.* 291.

Num. 16. *Andr. Gaill. lib. 1. obſeruat.* 40. *num.* 8.

Num. 17. vide *Phebum dec. Luſit.* 18. *nu.* 9. *tom.* 1. & an nobiles omnes in præiudicium ſucceſſorum poſſint renunciare Priuilegio, *Viual. in ſuo reſpon. de nobilit. num.* 90.

Num. 18. *Manent. dec. Mantua* 15. *num.* 2. *&* 5.

Num. 19. an minor pars ſit attendenda in his quæ vniuerſitati ſunt vtilia refert *Capic. dec.* 152. ſequitur *Montan. ibi num.* 246.

Num. 20. adde hic *Franc. dec. 2. per totã quaſi*, vbi agitur de materia nobilitatis ſi poſſit fieri aggregatio ad Sedilia aliquibus contradicentibus, *&*

*Feder.*

*Feder. Viual. in ſuo reſponſo. de nobilit. num.* 44. qui loquitur de alliciendo externum ad nobilitatem.

Num. 21. plures allegat *Barboſ. in opuſc. Principia Iuris lit. F. num.* 41.

Num. 22. reſoluto contractu reſoluuntur omnes acceſſiones *Mantic. de tacit. & Ambig. lib. 4. tit. 32. nu.* 124.

Num. 23. contractus vnius perſonæ nō extenditur ad aliam perſonam nec alteri poteſt præiudicare *Loſeus eo. tract. p. 3. cap. 3. nu.* 11.

Num. 25. an conſuetudo poſſit induci à populo, vel maiori parte in præiudicium ſingularium perſonarum, vel priuatorum *Rocc. de Curte in cap. fin. de conſuet. fol.* 40. *verſ. quæritur.*

Num. 26. conueniunt ſimilia relata *per Manent. dec.* 31. *nu.* 15. 16.

Num 27. *And. Gail lib. 2. de pace publ. cap* 17. *num.* 12. *Martius dec. Senenſ.* 75. *num.* 22.

Num. 28. adde *Loſeum d. tract. p.* 1. *cap.* 3. *ſub num.* 84. *verſ. ſecus in hijs* & maximè ſi ageretur de allectione nobilis, quia omnium conſenſus exigitur poſtquam hoc pertinet ſingulis, vt ſingulis, *Franc. vbi ſupra num.* 2. *Viual. ibidem num. 2. &* 106.

Num. 29. etenim ipſa ſunt de regalibus, *Reg. de Ponte dec. 28. nu. 28. & dec. 34. num.* 16. etiam ſi iuriſdictione carerent *Conſ. Theodor. alleg. 41. n. 5. Marta voto 40. nu.* 7.

Num. 32. in hijs quę competunt iure facultatis incipit tempore prohibitionis *Neuiza conſ. 43. num. 9. & conſ. 14. num. 3. Cancer. var. reſolut. tom. 3. cap. 4. num.* 139.

Num. 33. *Oſaſc. dec. 115. num. 6. Theſaurus dec. 16. num. 3. dec. 245. num. 4. Cōſiliar. Theod. alleg. 73. num. 47. Maur. Iun. alleg. 105. num. 6. &* 8.

Num. 35. quando ius reſiſtit opus erit præſcriptione immemorabili probat *Clapper. dec. Camer. cauſa 72. q. vnica num. 2. vbi plura.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Teſtamentum, à quo præſumatur eſſe ſciſſum, ſeù cancellatum.*

2 *Teſtamentum quando valeat, etiam, ſi ſit ſciſſum, vel cancellatum.*

3 *Inſtitutio in teſtamento facta, quod igne fuerit peremptum duobus teſtibus probari poteſt.*

4 *Teſtatur præſumitur ſanæ mentis cum teſtamentum facit, niſi contrarium probetur.*

5 *Priuatio præſuponit habitum.*

6 *Demens ſeu mente captus, ex quibus præſumatur, & probetur, cum pluribus ſequentibus.*

9 *Demens, ſeù mente captus, quis probatur ex quo talis reputatur à cōſanguineis eius ſeù ex quo aliquis communiter demens reputatur.*

10 *Furioſus vel demens, quod quis ſit probari poteſt teſtibus ſingularibus.*

12 *Demens ſeù furioſus non poteſt conficere teſtamentum, etiam ad pias cauſas.*

13 *Furioſus habens dilucida interualla ſemper præſumitur furioſus, & feciſſe teſtamentum furoris, ſeù dementiæ tempore.*

14 *Aduocatus non poteſt eſſe teſtis in cauſa in qua fuit aduocatus.*

15 *Sollicitator non poteſt eſſe teſtis in eadem cauſa in qua fuit ſollicitator, ſiue ei ſit aſſignatum ſalarium, vel non.*

16 *Teſtis eſſe non poteſt, quando ei ſequeretur ex eius dicto opprobrium vel laus.*

17 *Tabellioni aſſerenti in inſtrumento publico aliquem eſſe ſanæ mentis, non creditur.*

18 *Teſtes deponentes aliquem eſſe furioſum, vel non ſanæ mentis, præferuntur teſtibus deponentibus de ſana mente, quando meliorem rationem aſſignant, & quando deponunt veriſimiliora.*

19 *Fatuus plerunque non fatua loquitur, & num. 21.*

20 *Teſtes deponentes de ſana mente (etiam ſi non ſint interrogati) debent aſſignare rationem concludentem ſui dicti.*

22 *Teſtamentum confectum per teſtatorem vi vel ſuggeſtione alicuius, non valet,*



Digitized by Google

*nec tenet in præiudicium alterius hæredis inſtituti in alio priori teſtamento.*

## ARGVMENTVM.

In dubium reuocatum, ſi bina teſtamenta per aliquem condita, in quibus filius naturalis hæres inſtituebatur, quanq; fuiſſent diſperſa, aut igne conſumpta, ſed probata Inſtitutione formiter cenſeantur reuocata per vltimum teſtamentum, vbi alius inſtitutus fuerat, & verificatum eo tempore teſtatorem fuiſſe mẽte captum, & ſi ex aduerſo probatum ſit de ſana mente accuratè rationes hinc inde deductæ enucleantur.

## CONSILIVM XI.

DEi optimi maximi auxilio petito, eiuſque genitricis Mariæ; lis eſt inter Antonium de Carauaxal ex vna parte, & ex alia Alfonſum de Carauaxal Zamoren. Oppidanum in qua dicti Antonii de Carauaxal ius fulciemus.

Et primò præmittendum eſt, quod Antonius de Carauaxal defunctus pater naturalis dicti Antonii de Carauaxal anno dñi. 1541. ſuum condidit teſtamentum, in quo inſtituit hæredem vniuerſalem dictum Antonium de Carauaxal eius filium naturalẽ cuius teſtamenti nullum dubium eſſe poteſt, etſi in parte ſic ſciſſum à matre dicti aduerſarij: vt ipſa fatetur. Prẹter hoc, quod
1 ita præſumitur † & ſciſſum fuiſſe ab aduerſario, eiuſque matre: ſiquidem apud eos ipſum fuerit teſtamentum, & aduerſus eos tale teſtamentum ſit, *ex tex. in l. ſi Chirographum, ff. de probationib. & in l. 1. §. ille autem, C. de lati. libera. tollen.* & conſtat *ex traditis per DD. in l. labeo, ff. de pact.* & ex *notatis in l. proxime, ff. de his quæ in teſtamen. delen.* vbi *Imol.* ita tenet in propriis terminis teſtamenti, *col. fin. verſ. in gloſ. inſerat*, & notabiliter idem tenet *Alexan. in l ſi vnus col 2. verſ. in textu ibi ab altero, C. de teſtamen.* & facit quod dicit *Bal.* de eo, qui vtitur falſo inſtrumento, quòd præſumatur illud confeciſſe *in l. maiorem, col. 1. verſ. in gloſ. 2. C. ad l. Cornel. de falſ.* & *Bal.* refert, & ſequitur *Alex. in conſ. 77. in cauſa accuſationis, col. 2. verſ. 6. in actium lib. 1.* & *cum* etiam refert & ſequitur *Iaſ. in conſ. 168. in in cauſa & litè, num. 3. verſ. vnde ex quo lib. 4.* & *Bal.* etiam ſequitur vbi plura alia dicit *Hippol. de Marſil. in conſ. 52. miſericordia domini num. 33. cum plurib. ſequen. & idẽ Hipol. in l. qui falſam num. 115. cum multis ſequent ff. ad l. Cornel. de falſ.* quibus accedant, quæ de cancellatione inſtrumenti tradunt DD. maximè *Specul. in titul. de inſtrumento. edit. §. poſt quàm col. pen. ver. porro ſi debitor, & Bar. in l. fullo. §. qui tabulas, col. 1. verſ. quæro an hoc ſit verum, ff. de fur. & Cynus in l. ſi de poſſeſſione, col. 1. ver. ad legem iſtam, C. de probat.* & alibi ſæpę traditur, & hæc præſumptio fortificatur præſertim quia ex tali ſciſſione commodũ reſultabat dicto Alfonſo de Carauaxal, quare ab eo præſumitur ſciſſum *ex tex. notabili in l. 1. §. ſi quis ita in ſuo vbi in* terminis *Alberi. ff. ne quid in loco publi.* Et ob id ex
2 ipſa ſciſſione † ſiue cancellatione teſtamenti prædicti tanquam ab aduerſario facta, ipſum teſtamentum minimè diruitur, *ex tex. in l. pen. §. ſi autem ex alia, C. de teſtamen. & in l. 24. tit. 1. part. 6.* ad quod eſt melior *tex.* in propoſito *in l. 39. in fine. tit. 9. par. 6. cum alijs.*

Permittimus etiam in facto, quod dictus Antonius pater dicti Antonii de Carauaxal nunc litigantis, aliud confecit teſtamentum anno 1544. in quo dictum Antonium de Carauaxal eius filium etiam hæredem vniuerſalem inſtituit, quod teſtamentum (vt eſt plenè probatum) igne fuit peremptum, quod & ex prædictis ab aduerſario, eiuſque matre factum pręſumendum eſt, *ex reg. ſemel malus de reg. iur. lib. 6.* ad quod eſt bonus *tex. in ſimili in l. 19. verſ. La ſegũda, tit. 6. par. 1. & in l. 3. verſ. E de mas quando tit. 4. part. 2. l. non omnis §. à barbaris, ff. de re milita. cum alijs, de quibus Hipol. de Marſil. in ſua practica criminal. §. diligenter, num. 99. cum pluri. ſeq.* & faciunt tradita per *Ioan. de Amicis in conſ. 27. ſuper inquiſitione num. 12.*

Imò ex quo dictum ſecundum teſtamẽtum igne fuit conſumptum, dicti Antonii
3 inſtitutio in eo facta † duobus teſtibus probari potuit, (quibus non tantum eſt probata, ſed & quatuor teſtibus) *ex tex. in l. teſtium, C. de teſtam.* & inibi adnotat *Bald. co. 1. verſ. vltimò nota, & ibi etiam Salicet. col. 1. verſ. & nota quod caſus* idem etiam tenet *Alexan. in l. fin. C. de bono. poſſe. ſecũdum tabul. col. 2. verſ. & iſtud etiam facit*

poſt

Digitized by Google

*poſt Roman.inibi col.pen.verſ.in eadem gloſa ibi aut etiam,* & tradunt *DD.in cap. cum olim in primo de priuileg.&* DD.*in l.hæredes palam in princ.& in* §.1. *de teſta.*

Quæ duo teſtamenta (vt probatum eſt) tempore quo dictus Antonius ſenior con-
4 didit ſanæ mentis erat † & de iure talis præſumitur, *ex tex. in l.nec codicillos C. de codicill.* quo in loco DD. dicunt præſertim *Bar. col.1.verſ.dicendum eſt ergo*, quod ille qui dicit aliquem eſſe ſanæ mentis, habet præſumptionem iuris pro ſe, ſcilicet quòd quis ſit ſanæ mentis, ad quod, & eſt *tex. notabilis in l.2. verſ. E otroſi dezimos que quando alguno. Cum ſequentibus tit.14. parti.3.* bonus tex. ad idem *in cap.fin.verſ.nos cauſam, & in verſ. ſi verò de ſucceſſionibus ab inteſtat.cum alijs quæ ſupra diximus in conſ. 7. num.4.cum ſequent.*

Præmittendum etiam eſt, quòd dictus Antonius Senior, vt dicit aduerſarius aliud & vltimum confecit teſtamentum, in quo aduerſarium hæredem inſtituit, & in eo dicta priora teſtamenta reuocauit, ex qua immutatione & reuocatione conſtat de prædi-
5 ctis prioribus teſtamentis † quia priuatio præſupponit habitum, *ex l.decem. ff.de uerbor. obligat. & in l. manumiſſiones, ff. de iuſtit.& iur. & in l.1 §.ſed ita demum, ff. quib. mod. vſufruct. amitt. cum alijs ſuis vulgatis.*

In præſenti enim quæſtio ventillatur, an dicto poſteriori teſtamento ſint reuocata prædicta priora teſtamenta. In qua quæſtione conſtanter dicimus, quod non ſunt reuocata ex ſequentibus.

Primò, quia cum dictum poſterius teſtamentum conditum dicitur, teſtator mē-
6 te captus erat † & ſine memoria, vt plerisq; probatur teſtibus, qui concludunt, qui tūc nec cognoſcebat perſonas coram eo extantes, & quod genita ira detegebat, & inhoneſta & irridenda loquebatur, & quod blaſphemabat, aliaquè nefanda contra ſolitū morem dicebat: ex quibus probatur demētia dicti Antonii teſtatoris *ex text. notabili in l. ob quæ vitia in princip.ff. de edil. edict.* in verbis *Vel per vicos more inſanorum deridenda loquantur.* Quem *tex.* ad hoc dicit ſingularem & meliorem de iure *Angel. in l.ſi cum dotem,* §.*ſi maritus, ff. ſolut. matrimon.col.fin.verſ.in gloſ. ſuper verbo* eundem *tex.* dicit meliorem de iure *Iaſ. in cōſ.* 114. *circa primum num. 6. in princ.lib. 4.* ad idem eſt bonus *tex.in l.15.qui* §. *diuus, & ibi eſt bona gloſ. in verb.ex ſermonibus, ff.de tutor.& curator.dat.ab his tex.* etiam *in l.1.* §.*idem Iulianus, ff.de edil.edicto.* ibi *Et quaſi demens reſponſa daret* Optimus *tex.* ad idem *in d.c.fin.de ſucceſſion.ab inteſtat.*& ibi notant communiter DD. facit ad idem *tex.in l.5.iuglar. verſ. E otroſi dezimos. Cum ſeq. tit.7. par. 6.* & quod ex ſermonibus dementia comperiatur eſt *tex.in in cap. fatuus in princ.96.diſtin.& tex. in l.idem Iulian.*§. *conſtat. & ibi communiter* DD.*ff.de leg.1.& eſt gloſ. in d.l. nec codicillos, C.de codicill.in verb.fidem ad eſſe, in fine,* & quod ex factis & dictis dementia probetur, eſt *tex.* notabilis *in l.quidam in ſuo, ff.de condit.inſtitu.& in l.2. C. de iude. & celico,* & faciunt ſingulariter tradita *per Alexan.in d. l.ſi cum dotem,* §. *ſi maritus, col.pen.verſ.nota in gloſ. cum ſequent. poſt Domini, & alios per tex. ibi in cap.1.§.ſi vero col.1.uerſ. nota qui dicatur demens cum ſeq. de cleri.egrotan.lib.6.*& latiſſimè *Cardin.Paul.Pariſ.in conſ. 63.mortuus eſt, nu. 14.lib.4.*& plenius *per eundem Paul.Pariſ. in conſ.87.ad veritatem,num.4.cum ſequen. lib.3.poſt Roderic.Suarez in allegat. 1. col. 2. verſ. ex multis enim, & Steph. Bertrand.in conſ. 48. ex proceſſu cauſæ num. 20.& 21.lib.1.*& plenius *Sebaſtia.Vanti.in tract.de nullitate ſententiæ in rub.de nullitate ex defectu inhabilitatis, num.17.& 18.* In præſenti etiam conſtat de dicta demē-
7 tia, quia omnes teſtes concludunt † quod blaſphemabat & iurabat ſecundum *Card. Paul. Pariſ. in dict. conſilio 87. num. 6. lib. 3.* vbi & ait, idem eſſe, ſi ſtet nudus coram hominibus, & idem dicit *Carol.Ruin.in cō ſil. 67.in q. num.8. lib.1.& Bertran. in d. conſ.48.num.21.lib.* Vltra hoc dementia
8 probatur † ex eo quod dictus teſtator tempore dicti poſterioris teſtamenti non habebat memoriam ordinatam *ex tex. in cap. filij in princip. de hereti. lib.6.* & ibi notat *Dominic.col. 1.uerſ. nota quòd ille non eſt ſana mentis, & idem Dominic.in d. cap. 1. §.ſi vero, col.1.verſ.cognoſcitur etiam de cleric.egrota.lib.6.& Alex.in l. ſi cum dotem, §.ſi maritus, ff.ſolut.matrimon.col.pen.verſ. quartus eſt.* Verùm & de ipſa dementia
9 conſtat quia à conſanguineis ſuis demens reputabatur, *ex tex.notabili in l.octaui. in fine, ff. vnde cogna.& in l. ſi furioſo puberi, ff.de curato.furio.*facit ad idem *tex. in l. de tutela.C.de in integr.reſtit. mino.* & in terminis ad hoc communiter allegat *Bald. in §.furioſi inſtitu.quibus non eſt permi.face.teſtamen.* qui nihil dicit. Sed hoc conſtat *ex eodem Bald.in lege congruit, §.furioſi colu. 1.verſ. item nota quòd ille, ff. de offic. præ-*

*ſid*, & in expreſsè idem tenet *Alexand.* qui benè loquitur *in conſ.3.breuiter num.3. lib. 6.& idem Alexand.in conſ.54. breuiter colun.2. verſic. vbi etiam dicit cum ſequent. lib.1.& Dec. in conſ. 86. viſo puncto colum. 4.verſ.vltima concluſio.& Boer.in deciſ.23. num.79.verſ.præterea*,& plenius *per Card. Paul.Pariſ.in d.conſ.87.ad ueritatem nu.7. li.3.*& faciunt plura quæ iura pro hac parte adducit *Bertrand.in d.conſil.48.num. 21. poſt medium,& num.22.& 23.lib. 1.* Præterea & fama publica eſt probata,quod ipſe Antonius teſtator tunc demens erat,quę fama ad hanc ſpeciem conſideranda eſt, *ſecundum DD.*qui ad hoc citant *Bald. in d. §. furioſi inſtit.quib. non eſt permi. face teſtamen.* qui nihil dicit licet ad hoc *eum* allegent DD.præcipuè *Alexand.in con. 54. ad quæſitum.col.2.verſ.vel ſi probaturr lib. 1. & idem Alexand.in conſ.141. naturæ. col. 4.verſ.quod autem teſtes eod.lib.1, & in d. conſ.3 breuiter.num.3.lib.6.*& melius *idem Alex.in conſ.92.viſo & oportune,col.5.ver. præterea deponunt dicti teſtes.lib.5. & Decius in d. conſ. 86. colum.4.verſ.vltima concluſio.*

10 Quam dementiam & † ſingulares teſtes probant, quia ad probandum quid in genere vt aliquem eſſe furioſum, vel inſanë, ſeu hæreticum ſufficiunt teſtes ſingulares, *ſm Innoc.in cap.qualiter,et quando in ſecundo de accuſa.col.2.*& *cum* communiter *DD.* ſequuntur, & in proprijs terminis,quod teſtibus ſingularibus furor,ſeù dementia probetur, ſic conſuluit *Alexand.in d. conſ. 92. col.5.verſ.quia reſpondeo,lib. 5.* & plenius *idem Alex.in d.conſ.141.col.2.verſ. præterea teſtes diſcord s.lib.1.* & *in conſ. 10. matura num.4.cum ſeq.lib.6.& idem Alex.in conſ.147.viſo themate num.19.verſ. præterea teſtes ſingulares lib.7.& Boer. in dicta deciſio.23.num.44.& Carol.Ruin. in conſil. 67.in quæſt.num.9. lib.1.& Bertrand. in d.conſ.48.num.22.lib.1.*& ſingulariter *Cardin. Paul.Pariſ.in d.conſ.87.num.8.9.& 35 lib.3.*& *ibi ipſe Pariſ.* referendo in terminis plures DD.*num.29.* tenet quod ad probandum furorem vel dementiam ſufficiunt teſtes conſanguinei, affines, & domeſtici.

Et ad probandum ipſam dementiam multum vrget prædictum poſterius teſtamē-

11 tum, ex quo inibi † aduerſarius hæres inſtituitur,omiſſo dicto eius filio naturali,argumento,*tex.in l. fin.in princip.C. de curato.furio.& tex.in l. cùm acutiſſimi, C. de fideicommi.& in l.cum auus,ff.de condit. & demonſtrat.*& in expreſsò ſic cōſuluit *Alexand.in d.conſ.141.col.3. verſic.conſidero, quod dictus lib.1.*& faciunt ad idem in expreſsò tradita *per Roder. Suarez in d.allegation. 1. col.4. verſ. 4. probatur*, vbi ad hoc ponderat plura iura notabilia, quę hic non refero. Et ſat de dicta dementia conſtat ex tenore prædicti vltimi teſtamenti, & ex forma & modo ipſius *ex tex. in d. leg. quidam in ſuo,ff.de condit.inſtitu.*& in conſiderat. *DD.in l.furioſum,C.qui teſta.face. po.& Bartol.in tract.de teſtibus in §.oppoſita prudentia col.1.& 2.* & faciunt ad idem tradita *per Alexan. in d. conſ.141.colun.3. & 4.lib.1.*

Cum igitur dictus Anton. Senior demēs fuerit tempore quo dictum poſterius teſtamentum confecit, benè ſequitur quod dicta duo teſtamenta priora non fuerunt reuocata per dictum vltimum teſtamentum,

12 † quia demens ſeu furioſus non poteſt teſtamentum conficere,vt probat *tex. in d. l. furioſum verſ.Sancimus, C. qui teſta. face. po & in l.in aduerſa.ff.de teſta.& in §.item furioſi, & in §. furioſi inſtit. quib. non eſt permi.face.teſtam.& in cap.fin. de ſucceſſ. ab inteſta.* ad quod etiam eſt optimus *text. in l.13.tit.1.par.6.* quia inſigne diſpoſitum eſt,quod teſtari non poteſt ille, qui memoriam non habet in his verbis, *Otroſi el que fueſſe ſalido de memoria,no puede fazer teſtamento,mientra,que fuere deſmemoriado.* Et adeò teſtamentum mentecapiti nullum eſt,quod nec ad ipſas cauſas valet, vt conſtat *ex Bart.in repet.l.1.C.de ſac.ſanct.eccl. col.4.verſ.1,* quæro notat *Dec.in l.in negocijs contrahendis num.2.verſ. & hoc patet, quia ff.de regul.iur.& Iaſ.in d.conſ.141.n. 6.verſ.iſti omnes lib.4 & Gregor.Lup.in d. l.13.tit.1.par 6.in verb.Salido de memoria. poſt medium* ad quod allegat *tex.in d. cap. fin.de ſucceſſ.ab inteſta.*& facit *tex.§.furioſus inſtitu. de inutilib.ſtipul. & tex. in l.4. tit.11.par.5.ibi. O deſmemoriado.Et tex.in d.l.in negotijs contrahendis, & in l. furioſi, ff. de reg.iur.cum alijs* de quibus DD. memores ſunt in locis ſupra proximè citatis. Et facit etiam *tex.in l.4.tit.34.par.7.*

Imo,& quando dictus Antonius teſtator haberet dilucida interualla, præſumeretur

13 eſſe in dementia † cùm dictum vltimum teſtamentum confecit: ex quo ante probatur furioſus,*ex text iuncta gloſ.cap. indicas in verb.oſtenderis 3.q.9.*& melius probatur *in d. cap.fin.de ſucceſſ ab inteſtat*, vbi eſt optima *gloſ.in verb.compotem.in fine*, quā inibi communiter *DD.* ad hoc notant & idem tenet *Alberic.in d.l.nec Codicillos, C.*

de Co-

de Codicill.col.fin.prope finem, & Salic. & ibi Doct.in d.l.furioſum, C. qui teſta. face. po col. 2.verſ.quæro an debeat probari, & Doct.in cap cum inter canonicos de elect.& in clemen.1.de homicid.vbi & notat Ancha. nu.6. & idem tenet Paul.Caſtren. in l. qui teſtamento,§.nec furioſus.col.2.verſ. item quæro,ff. de teſtamen & ſingulariter Alexa. in d.conſ.141.col.2.verſ. his præſuppoſitis cũ ſequentib.lib.1. & melius Alexand.in d.cõſil 92.col.4.verſ.quod autem cum ſequentibus lib.5.in d.conſ.147.viſo themate, num. 8.cum ſequentib.lib.7.& in d.conſ.10.num. 6.lib.6.& gloſ.in cap. fin.de ſucceſſ.ab inteſtat. dicit communiter approbatam Curt. Iun. in conſ.151.habita num.7.vbi hoc idẽ tenet pro conſtanti dicendo hanc eſſe communem opinionem, etiam in furioſo vel mente capto,qui habet dilucida interualla eamdem opinionem tenet Roderic. Suarez in alleg.1.col.8.verſ. quarto & ad hoc, & melius,col.11.verſ.confirmatur etiam, & Carol.Ruin.in conſ.67.in quæſt.num.9.cum ſequen.lib.1.& Card.Paul.Pariſ.in dict. conſil.87.ad hereditatem,num.13.& 41.lib. 3. & Steph. Bertrand.in d. conſ.48. num. 24. & 26. lib. 1. Et quanto magis hæc opinio vera eſt in noſtro caſu, quia vt eſt probatũ prædicta dementia ſuboritur ex ſenectute & infirmitate dicti teſtatoris, quare in eo potius dicendum eſt, prædicta paſſionem potius augeri,quàm minui, vt DD.conſiderant in dictis locis, & gloſ.in d.cap. cum inter canonicos,de elect.& ibi Doct.& notanter Paul.Caſtren. in l.qui teſtamento, §. nec furioſus,col.2. verſ. item quæro, ff. de teſtamen. & ſingulariter Cardin.Paul. Pariſ.cõſil.67.quærela num.47.lib.3.quia ſenectus debilitatem corporis inducit, vt in cap. ſi pro debilitate de offic.delega.& facit tex.in l. ſenectus,C.de donationib. cum alijs Et maxime iam dicta procedunt, quia prædicta dementia multo tempore durauerat: quam ob rem ſemper durare præſumitur ex Bar. in l.2.col.fin.in fin.ff.de bono. poſſe. in. fan. dela.quem ſequuntur DD. in prædictis locis, & idem tenet Paul.Caſtren. in d.l.qui teſtamento,§.nec furioſus col.2.verſ.item quæro, & hæc eſt communis opinio etiam in furioſo vel mente capto habente dilucida interualla ſecundum Iaſo. in l. patre furioſo, nu. 5.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur. & alibi ſæpe traditur.

Nec omnibus ſuperioribus infragantur teſtes contrarii,qui deponere volunt de ſana mente dicti Antonii,ex ſequentibus.

Primo, quia ex eis vnus eſt aduocatus
14 aduerſarii † & ita teſtis eſſe in hoc negotio non poteſt ex tex.in l.fin.ff. de teſtib. & in cap. Romana de teſtib. lib.6.& in l.fin.ff.de teſtib.ad quod eſt etiam tex.in l.20. in principi titul.16.par.3. & in terminis deniq; probandæ ſic conſuluit Alexan.in d. conſil. 141.col.3.verſ.facit quod dicitur lib. 1. Et hic teſtis erat etiam ſollicitator huius cau-
15 ſæ † quod & ipſum à teſtimonio excludit, ex tex. in d.cap.Romana de teſtib.lib.6. & in d.l.20.tit.16.par.3. & in expreſsò quòd ſollicitator non poſſit eſſe teſtis in cauſa quam ſollicitat, & quòd dicatur habere maiorem affectionem in illa cauſa quam procurator, eſt ſingularis deciſio dominorum de Rota in nouis in deciſ. 154. ſollicitator per totam,& idem tradunt Doctor. in cap.cùm à nobis,& in c. in ſuper. vbi Abb. col.fin. de teſtib.& in terminis idem tenet Alex.in additionib. ad Bart. in l. deferre in princip.in additione incipien. eſſe teſtis in verſ. quid autem in ſollicitatore, ff.de iure fiſci, vbi ait in hoc caſu paria eſſe, vtrum talis ſollicitator habeat ſalarium vel non, & idem tenet idem Alexan. in conſ. 64.& ſi celeberrime.col.3.verſ.ſecũdo reſpondeo lib.3.idem Alex. in conſ.152. in cauſa num.6. lib.7.& Stephan. Aufrer. in ſuis quæſtionibus Tholoſanis in q. 204. item fuit quæſitum col. 2.verſ.quid de ſollicitatore.

Similiter & ex eiſdem cauſis repellitur à teſtimonio frater dicti Alfonſi de Carauaxal ex prædictis & ex his quæ traduntur in l.admonendi.ff.de iur.iura.& in cap. qualiter,& quando in 2.de cauſa. præſertim cùm ſit eius frater repelli debet à teſtimonio, vt ibi traditur, ad quod & eſt bonus tex.in l.15.Muger.Titu.16.par.3. & in l. 16.eod.tit.& parti.ad quod eſt melior tex. in noſtris.terminis in l.11. verſ.Mas el que fueſſe tit.1.parti.6.

Depoſitio etiam Petri Sanchez tollitur, quia eſt partuus dictis Alfonſi de Carauaxal.ex traditis in d.l. admonendi,& per Doctores in l. parentes, C.de teſtibus, & alibi ſæpè.

Item tabellionis dictum coram quò cõfectum eſt dictum poſterius teſtamentum; ad hãc litem conſiderandum non eſt: ſiqui-
16 dem † in hac cauſa teſtis eſſe non poteſt, quia non eſſet opprobrium ſi teſtamentum mentecapti compoſuiſſet: & ob id ex l. omnibus C.de teſtibus,& ſimilibus, eius teſtimonium eſt improbatum, ita in expreſſo tenet Alexand.in d. conſ. 141.col. 4. verſ. præterea Ioannes Franciſcus lib. 1. & Nicol.

Digitized by Google

Rol. Belen. in conſ.57. num. 14. & Cardin. Paul. Pariſ. in d. conſ.87. ad veritatem num. 43. & 44. lib.3. poſt Feder. de Sen. in conſ. 199. col.1. in fine, & Curt. Iun. in conſ.165. præſupponitur, num.21. in principio, & Pedemont. in deciſ.79. quoniam num.40. quod & confirmatur, quia deponenti in cauſa, ex qua, ſi id, quod teſtis ait, verum non eſſet, eis infamia ſubſequeretur, ſtandum minimè eſt, vt in l.7. verſ. Otroſi deximos Tit.33. p. 7. ibi. O de recebir deshonra porque ſincaria enfamado. Et id notat Ioan. Andr. in additionib. ad Specul. titul. de teſte §.1. col. 7. in additione incipiente dominicalis eſt in fine, & Alexan. in additionib. ad Bart. in d. l. de ferre. in princip. ff. de iur. fiſci in additione prima col.2. prope finem, & latè idem Alex. in d. conſ.10. num.12. lib.6. & alibi ſæpè.

Præterea (& quòd fortiùs eſt) etiam ſi ipſe tabellio in dicto aſſerto teſtamento affirmaret prædictum teſtatorem tunc tem-
17 poris eſſe ſanæ mentis † non ex hoc probaretur eum eſſe ſanæ mentis: cùm de hoc dictus tabellio non ſit rogatus, (& quia cõtrarium per noſtram partem eſt plenè probatum) vt in expreſſo tenet Bald. in l.2. ff. de teſtamen. col.1. verſ. quid ſi notarius. & Angel. in d. l. quidam in ſuo. co.2. verſ. caueant ergo notarij, ff. de condit. inſtitut. & Salic. in d. l. furioſum, C. qui teſta. face. po. col.2. verſ. ſed nunc inſurgit, & Alex. in d. conſ. 141. col. fin. verſ. non obſtat cum ſequẽtibus lib.1. in d. conſil.147. num.20. lib.1. & in d. conſ.10. num.18. lib. 6. & in d. conſil. 85. colum. fin. in fine. lib.2. & notabiliter idẽ conſuluit Cor. in conſ.73. viſis, col fin. verſ. nec obſtat lib.1. & melius idẽ Corn. in conſ. 216. licet in hac col.2. verſ. conſtat autem cũ pluribus ſequentib. lib.4. & hæc eſt communis opinio ſecundum Iaſo. in l. ſanum mente num.2. verſ. breuiter. C. de tranſact. eandem opinionem dicit communem eam ex pluribus confirmando Stephan. Bertrand. in d. conſ.48. num.32. in fine cum ſequentib. vſq. in finem conſilij idem & tenet Boer. in dict. dec.23. num.73. & 74. & Guiller. Benedi. in repet. cap. Raynuntius de teſtamen. in verb. in extremis poſitus num.7. & 8. & D. Gregor. Lup. in l. 2. in verb. Todo home ti. 14. par.3.

Secundo, teſtes dicti Antonij noſtrę partis hac in probatione præferuntur, quia ma-
18 gis in ſpecie deponunt † cùm in ſpecie deponunt de pleriſque actibus furoris, quos viderunt, veriſimiliaquè concludunt, & rationibus optimè furorem, & dementiam concludentibus, ex traditis in cap. auditis, & ibi DD. de præſcript. bonus tex. in l. ob carmen, §. fin. ff. de teſtibus, & in cap. præterea, eod. tit. & in cap. licet cauſam de probat. cum alijs ſuis ſimilibus, & in proprijs terminis, quod teſtes de non ſana mente deponentes præferantur ſi veriſimiliora deponant, & melioribus rationibus id concludãt conſuluit Alex. in d. conſ.141. col. penultim. verſ. præterea eſt probatum, cum pluribus ſequentib. lib. 1. & idem Alexand. in conſ. 10. maturè num. 5. cum pluribus ſequentibus libro 6. et plenius idem Alexand. in d. conſ.147. num.15. lib.7. & idem tenet Docto. in d. c. fin. de ſucceſſ. ab inteſta. & hoc notabiliter proſequitur Roderic. Suarez in dicta eius allegatione 1. col. 7. verſ. tertio, quia teſtes cum pluribus ſequentibus, qui ad hanc cauſam videndus eſt. Et DD. qui dicunt teſtes de ſana mente deponentes præferendos eſſe teſtibus contrariis, tunc enim loquuntur cùm inter vtroſqne teſtes ęquabilitas datur, aliàs ſecus, vt notanter concludit Curt. Iun. in d. conſ.151. habita diligenti col. fin. verſ. ex præmiſſis.

Tertio, quia ratio teſtium aduerſarię partis (quæ in teſtibus eſt multum conſiderãda ex tex. in l. ſolam, C. de teſtib. cum alijs, quæ ſupradiximus in conſ.7. num. 2.) non quidem concludit, ſiquidem ex eo deponãt mentecaptum non eſſe, quia tunc temporis ipſe diſponens fatua verba non eſt lo-
19 quutus, nam plerunque † fatuus fatua non loquitur: & ob id prædicta eorum ratio dementia non probat, vt concludit ſingulariter in noſtris terminis Corn. in d. conſ.73. viſis & diligenter col.2. verſ. & in ſimili cũ ſequentibus, & in col. fin. verſ. nec etiam obſtat lib.1. & Alexand. in d. conſ.141. col. 4. verſ. ſimiliter non obſtat lib.1. & idem Alexand. in conſ. 85. viſo themate col. 4. verſ. plus dicunt, cum ſequentib. plurib. lib. 2. & Stephan. Bertrand. in dicto conſ. 48. ex proceſſu cauſe. num.29. cum ſequentib. maximè num.32. lib.1. & Card. Paul. Pariſ. in dicto conſ. 87. ad veritatem num 44. lib.3. & Roderic. Suarez in dicta allegatione 1. colu. 8. verſ. & maximè hoc obtinet, cum ſequenti-
20 bus, & alibi ſæpè Debent † enim teſtes de ſana mente deponentes, concludentem etiã non interrogati rationem aſſignare authore Bald. in d. l. ſolam colum.2. C. de teſtibus, & per Docto. communiter in d. l. furioſum, C. qui teſta. face. po. & notat latè Alex. in d. conſ. 85. col. penul. verſ. nam quando teſtis, cum ſequentib. lib. 2. & in alijs conſilijs de quibus ſupra memoriam fecimus & notabiliter idem tenet Rodecic. Suarez in dicta alle-



Digitized by Google

*allegatione* 1. *col.*8.*verſ. quarto & ad hoc cum ſequentibus, & Bertrand. in dicto conſ.* 48.*nu.*31.*lib.*1.

Quarto, noſtri teſtes præferuntur, & ſi aliquando prædictus teſtator coram teſtibus partis aduerſæ ſana verba protulerit:
21 quia vt dictum eſt,† ſat conſtat de dicti teſtantis inſania: ſi quidem filium proprium non excluſiſſet ſi dictum feciſſet teſtamentum,quare parum prodeſſe poteſt ſana alia loqui,*ex tex.in d. l.quidam in ſuo,ff. de condit. inſtitu.* & in terminis ita tenet *Alexan. in d.conſ.*141.*col.*3.*verſ.circa,* & melius *in verſ.conſidero quòd dictus lib.*1.*& Iaſ. in conſ.*141. *circa primum num.*6. *verſ.& per hoc etiam.lib.*4.*& Bertrand. in d. conſ.* 48. *ex proceſſu cauſæ,col.pen.num.*32.*& Card. Paul.Pariſ.in conſ.* 67. *quærela. num.* 68. *lib.* 3.

Præterea & quando prædictis locus non eſſet,ex alio dicto vltimo teſtamento priora teſtamenta non ſunt reuocata, quia aduerſarius,eiuſquè mater(vt plenè eſt probatum) dictum teſtatorem valdè infirmum in ſua domo habebant, & importunis ſuggeſtionibus,vique illud teſtamentum confeciſſe,quare in præſentiarum obtinet titulus *C.& ff.ſi quis aliq.teſta. prohib.*quæ ſubiectio & importunitas ex coniecturis probatur.*vt in l.dolum,C.de dol. & in l. non omnes* §. *à barbaris,ff.de re milit. cum alijs,* & in propriis terminis ſi quis importunis verbis
22 † & ſuggeſtione teſtatorem mouit ad mutandum teſtamentum prius factum in commodum alterius, quòd ſucurritur hæredi inſtituto priori teſtamento actione de dolo,ſeu actione in factum,& illi vltimum teſtamentum ſic factum minimè nocet, ità tenet *Angel.per tex.ibi l.non eſt enim,col.*1 *verſ.in gloſ.ſecunda.ff. de inoffic.teſtamen.* (vbi ait ſic in ardua cauſa obtinuiſſe) & *inibi* etiam eſt *bona glo. in verb.de limentis* idem & tenet *idem Angel. in l.fin.C.ſi quis aliq. teſta. prohibuc. col.* 2. *verſ.in textu ibi non eſt criminoſum*, idem & tenet *Barthol. Cepbol.in cautela* 38. *licet cùm verbis, per totam* (vbi ait, ita fuiſſe practicatum) & *Matthæ.de Afflict.in deciſ.* 69. *quadam domina,num.* 7. *& Iaſo in conſ.* 141. *circa primum.num.* 3. *per totum lib.* 4. & mihi *num.*8.*verſ iſta ergo donatio cum ſequentibus* dicit, fraudulentas inſtigationes hac in ſpecie inditiis probari, prædictam etiam opinionem tenet *Roderic. Suarez in dicta allegatione,*1.*col.*15.*verſ. Imò & ſi tabellio, cum ſequentibus, pleriſque, & Montal. in l.*3. *titul.*9.*lib.*3 *fori leg.in verb. quando col.*1.*verſ.nota quòd ad ſupradicta,& Guiller. Benedict. in repet. cap. Raynuntius in verb. condidit in* 2. *num.* 21.*in princip. de teſtamen.& Didac. à Segur.in repetit.l.* 1. §.*ſi vir vxori.col.*48.*verſic.ex hoc etiam infertur,ff.de acquiren.poſſe.& Ioa.Lup.à Palat.Rub. in repeti.rub.de donat. int. vir. & vxor.*§.80. *alids* 81.*num.*11.*verſ.ſecus dicerem,& num.*14.*& D.Greg.Lup.in l.* 27. *in verb. Pierda.titul.*1.*par.*6. quæ opinio confirmatur *ex tex. in l.*1.*C. ſi quis aliq. teſta. probibue.& in l. quidquid,C.arbit. tutel. & in l.* 1 *.ff.de dol.except. & in l.*1. *C. de peti. bono.ſubla.lib.* 10.*& tex.in d.l.*27.*tit.* 1. *p.* 6. *poſt medium,& text. melior de iure in l.* 4.*verſ.E demas dezimos,Tit.*7. *par.*6. quibus & accedant tradita *per Thom. Grama. in caſu ſimili in conſ.*26.*in facti contingentia, num.* 1. *cum ſequenti, vſque ad finem conſilij.*

Ex quibus omnibus notoriè conſtat de iuſtitia d. Antonii de Carauaxal, & in eius fauorem ferendam eſſe ſententiam.

*Doctor* Burgen. *Marcus Salon de Pace.*

# ADDITIO.

NVm.1.latè *Farinac. in tract.de falſit.ſimulat.contract.q.*153.*nu.*86 *& ibi plura verſ.quintò fallit, Reg.Valenz.conſ.*21.*nu.*52.& qualiter probetur teſtamentum eſſe deperditum, *latè Marta in ſumma ſucceſſ. legal. tom.* 4.*quæſt.*1.*art.*10.*in* 1.

Num.2.videas eundem *Farin.loco alleg. nu.*90.*Reg.Valenz.ibidem, & nu.*55.

Num.3.Nedum enim ipſa hæredis inſtitutio probatur ex ipſa præfatione teſtatoris in teſtamẽto poſita, *Maſcar. de probat.concluſ.*1047.*nu.*14. ſed etiã teſtibus,*idem in concluſ.*809.*nu.*12. & potiſſimum quando teſtamentum eſſet deperditum, *idem concluſ.* 909. *num.*

*num.*4. *Marta vbi ſupra.*

Num.4. Addas *Phebum deciſ. Luſit.*78. *num.*4.*tom.*1. *Franc.Marc.deciſ.*186. *num.*2.*tom.*2.*Maſcard.concluſ.*38.*n.*6 nam eo tempore exigitur integritas mentis non ſanitas corporis, *Cabed. deciſ.Luſit.*97.*nu.*1.*p.*1. *Menoch.de præſumpt.lib.*6. *præſumpt.*45.*num.*67. *Marta in ſumma legali de ſucceſſ.tom.*4 *quæſt.*1.*art.*2.*nu.*1.

Num.5. *Barboſ.in ſuo opuſc.princip.iuris lit.P. num.*45. vbi plura iura concordantia ad hoc adducit.

Num.6. latè *Maſcard.de probat.concluſ.* 503. *& concluſ.*1049. *Marta ibidem num.*14.

Num. 7. *Maſcard. dict. concluſ.* 503. *num.*8.

Num.8.*Maſcard.vbi ſupra num.*7.

Num.9. *Maſcard. ibid.num.* 11.*& dict. concluſ.*1049.*num.*6.

Num.10. *Maſcard. vbi ſupra num.* 17. *Magon. dec.florent.*97.*num.*9.

Num. 11.*Vide Maſcard.d.concluſ.*503. *num.*11.

Num.12. *Macerat.var.reſolut.lib.*2.*reſol.*59.*caſ.*7.*num.*23.*Cabed. dec. Luſit.* 97.*num.*3.*par.*1.

Num.13. *Magon.ibid.nu.*19.*Maſcard. d.tract. concl.*825. idem in mente capto *Maſcard. d.concl.* 1049.*num.* 11. *Marta ibid.numer.* 13. in furioſo loquens.

*Num.* 14. late *Farinac. de oppoſitio.contra teſtes q.*60.*num.*155. *Carroc. de locat. par.*6. *Rub. de probat.q.*5.

Num.15. latiſſimè *Farinac.de oppoſit.contra teſt. d. quæſt.*60. *illat.*6.*num.* 244. *poſt Grammat. deciſ.* 73.*num.*20. *Carroc.vbi ſupra q.* 7.

Num.16.*idem Farinac.in d.tract.ea.q.*6. *illat.*4.*num.*158.

Num.17. An hoc copioſè *Petr.Maureus Royz.dec.*2. *Lituan.* & an talia verba probent, & quomodò, *Franc.Marc. vbi ſupra num.*13. *Marta ibi num.* 8.

Num. 18.*Vide Maſcar. de probat.concl.* 827.*num.*11.*& ſeq. Seſſe dec. Aragon.* 56. *num.*5. *Marta vbi ſupra nu.* 22.

Num. 19. vide *Maureum dec. Lituan.* 4. *num.*339.*& Menoch.de præſumpt.lib.* 4.*præſumpt.*8.*num.*36.

Et quid ſi benè non fuiſſet probatum tempore teſtamenti fuiſſe ſanæ mentis, an teſtamentum corruat, affirmatiuè deciſum fertur per S. C. ex *Camill.Salern.ab erudito c. Ioan. Baptiſta Thoro in compend.par.* 1. *verbo teſtamentum.*

Num. 21. non per hoc deſinit eſſe fatuum, *Maſcard. de probat. concluſ.* 503.*num.*3. & multa alia adornatum congerit *ibidem Maurus num.*341.

Num. 22. Mætus facile infirmis inferri præſumitur *Actius de Infirmit.part.*2. *lit. T. Incip. teſtamentum num.* 2. & quis metus probari debet ad reſcindendum teſtamentum refert *Seraph. dec.* 336. vbi *in fine* agit ſi teſtamentum doloſè ſuggeſtum afficiat ſucceſſores, *Cabed. vbi ſupra num.*6.& latiſſimè *Marta in d. ſumma d. p.* 4. *quæſt.* 1.*artic.*6.*per totum.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Officialis recedere non poteſt ſine ſindicatu, a loco in quo officium tenet.*

2 *Officialis ſi recedat a loco ſui officij antequã ſindicetur, poteſt ab omnibus tanquam fugitiuus capi, & ibi qualiter puniatur propter eius fugam.*

3 *Officialis fugiens à loco, in quo officium exercet ante ſindicatum, committit crimen læſæ maieſtatis.*

4 *Citatio non requiritur, quando proceditur contra officialem fugientem ſine ſindicatu.*

5 *Sententia ferri poteſt ſine aliquo libello contra officialem fugientem ante ſindicatum.*

6 *Officialis fugiens ante ſindicatum condemnari poteſt tanquàm contumax.*

7 *Carceratus quis dicitur illo loco, in quo ſtare tenetur.*

Fu-

Digitized by Google

8 *Fugiens a carcere, cenſetur confiteri delictum.*

9 *Iuramentum partis ſufficit ad condemnandum officialem recedentem ante ſindicatum.*

10 *Abſens condemnari poteſt propter eius contumaciam.*

11 *Contumax ſi compareat, non poteſt allegare contra proceſſum priùs factũ contra eum in eius abſentia ſed debet ſumere litem in eo ſtatu, in quo eam inuenit.*

12 *Contumax non debet audiri, niſi priùs ſoluerit expenſas, & ibi tractatur an etiam ſatiſdare debeat antequam audiatur.*

13 *Appellari debet a ſententia contra aliquam lata intra tempus a lege ſtatutum ad appellandum à tempore ſcientiæ.*

14 *Appellatio producenda eſt coram iudice, à quo appellatur.*

15 *Officialis fugiens ſine ſindicatu habetur pro vero contumace.*

16 *Contumax verus in criminalibus non auditur appellans.*

17 *Sententia lata contra officialem recedentem ſine ſindicatu, ſtatim debet executioni mandari.*

18 *Spoliatus à iudice procedente iuris ordine non ſeruato, ante omnia reſtitui debet.*

19 *Solitus fenerari agere poteſt ad intereſſe lucri ceſſantis.*

20 *Valor rei per aliquem ſublatæ probatur iuramento ſpoliati.*

## ARGVMENTVM.

An ſententia lata contra officialem ex loco officij aufugientem vti contra contumacem licet ſine citatione, ac iuris ſolemnitatibus iure ſubſiſtet, vti in rem Iudicatam tranſacta, licito iure exequi poſſis, ampliſſimè agitur.

## CONSILIVM XII.

OPtimi maximi Dei fauore impetrato. In hac lite quæ vertitur inter Ioannem Ortiz de Zarate, & Ludouicum de Matamoros ex vna parte, & ex alia D. Ludouicum Illifonſum de Lugo. Sequentia videnda ſunt.

Primum, an proceſſus factus aduerſus dictum D. Ludouicum, ritè rectèque, ſit factus, actaquè eius probent, fidemquè faciant.

Secundum, nunquid ſententia lata aduerſus dictum D. Ludouicum in rem iudicatã tranſierit, non obſtantibus quæ in contrarium ſunt allegata.

Tertium, an quando omnia ceſſarent, prædicta ſententia ſit confirmanda ex actis dicti proceſſus.

Quo ad primùm, affirmatiua placet reſponſio, ſi quidem dictus D. Ludouicus de Lugo noui Indicarum regni præfectus fuit:
1 quamobrem † ab eo recedere non poterat abſque ſindicatu, nec excuſari potuit propter ſuam dignitatem, *vt in authenti. vt iudices ſine quoquo ſuffragio, per totum, colla. 2. & in l. 1. per totam, C. vt omnes iudi. tam ciuil. quam milita. & in l. meminiſſe, in princip. ff. de offic. proconſul. & lega.* & ibi notat *Bald. col. 1. in princip. cum alijs de quibus Paris de Put. in tractatu ſindicatus in verb. an ſi poteſtas condemnauit, numer. 17. & melius in verbo. an ſi officialis aufugit num. 1. cum ſequentibus, & in verb. viſo de modo procedendi num. 1. cum ſequentibus,* & *eſt ad idem tex. in l. 6. tit. 16. lib. 2, ordinam.* (quæ habetur *lib. 3. nouæ recopil. titul. 7. l. 23.*) *& in l. 4 verſ. E deſpues. Tit. 15. lib. 2. ordina.* (quæ habetur *lib. 3. nouæ recopila. tit. 9. l. 3.*) & idem probat *tex. in l. 4. verſ. Ordenamos, tit. 11. lib. 5. ordinamen. & in l. 6. verſ. E deſpues, Cum verſ ſequent. tit. 4. p. 3. & in l. 12. verſ. E aun dezimos, Tit. 5. par. 3.* optimus *text. ad idem in l. 1. verſ. Fueras ende el adelantado de alguna tierra Titu. 16. par. 3. & in l 135. verſ. E ſi demandan. in legibus ſtili,* adeò quòd *tex. in dicto authen. vt iudi. ſine quoquo ſuffrag. §. ſi quis autem*
2 *verſ. neceſſitatem colla. 2.* diſponit † quòd ſi officialis antequàm ſindicetur, recedat à loco, in quo officium gerit, quòd ab omnibus tanquàm fugitiuus capi poteſt, & idem in effectu diſponit *tex. in dicta l. 6. verſic. E otroſi el dicho ſeñor Rey Tit. 16. lib. 2. ordinamen. & gloſ. in dicto. verſ. neceſſitatem in verb. furti,* dicit etiam, quòd quadrupli pena plectetur talis officialis fugiens ante ſindicatum, prout fur manifeſtus, & *tex. in dicto verſ. neceſſitatem* commendat ad hoc *Gregor. Lup. in dicta l. 6. in verb. Ellos deſpues. Verſ. & quid ſi recederet tit. 4. parti. 3.* & latè *Paris de Put. in dicto eius tractatu ſindicatus in verb. an ſi officialis aufugit nu. 1. cum ſequent. & Iaſo. in dicta l. 1. C. vt omnes iudi. tam ciui. quàm milita. num. 3. cum*

3 *ſequentib.* Quim & officialis † qui aufugit ante ſindicatum, quodammodo dicitur committere crimen læſæ maieſtatis, vt probat *tex. in l. 2. in princip. ff. ad l. iul. ma. & in dicta l. 1. §. quòd ſi quis temerarie, C. vt omn. iud. tam ciuil. quàm mili. cum alijs, de quibus Matthæ. de Afflict. in cap. vnico, §. & bona comitentium in titul. quæ ſint regal. num. 70. Hierony. Gigans in ſuo tractat. de crimine læſæ maieſtatis. q. 42. num. 1. & 2.* & in effectu idem tenet Barthol. *de Capua in ſua gloſ. ſuper capitulis Regni Siciliæ in rub. quod tempus ſindicationis non labatur, col. 1. verſ. ſed nunquid officialis qui recedit pagina* 285. ad quod eſt bona *gloſ in d. auth. vt iudi. ſi quoq. ſuffrag. §. ſi quis autem verſ. neceſſitatem in gloſ. in verb. furti, in fine colla. 2.*

Sane, & quòd contra officialem citra reſidentiam fugientem procedi poſſit † abſque eius citatione, & ſine edictis, & præconiis (quæ hic interuenerunt) ſatis probatur in prædictis iuribus, maximè in *dicta l. 1. C. vt omnes iudi. tam ciui. quàm milita. & in dicto authen. vt iudi. ſine quoquo ſuffrag. §. ſi quis autem, verſ. neceſſitatem, colla 2.* ad idem eſt optimus *tex. in authenti. de collatoribus, §. ſuper hoc ſancimus, cum ſequentibus colla. 9.* vbi probatur, aduerſus eum ſine citatione procedi poſſe, & acta, & proceſſus, ſic contra illum factus, plenè probant, & idem probatur *in cap. ex literis, de exceſſib. prælato.* & in propriis terminis ſic *Oltrad.* conſuluit in *conſ. 65. hic agitur col. 1. verſ. & quòd habeantur pro confeſſis,* & melius *in verſ. venio ad ſecundum, an ſit citandi,* (ſiquidem veri ſint contumaces, ex iuribus ibidem ab eo citatis) & *Old.* & refert ſequitur *Ioan. Andr. in additionib. ad Specul. in titul. de præſumptionibus, §. ſpecies in additione incipien. lex vnica, col. fin. in fine,* & idem tenet *Paris de Put. in dicto tracta. ſindicatus, in verb. an ſi officialis aufugit num. 1. in fine, & ſingulariter Boer. in dec. 206. & quia ſupra, num. 5. in fine, & num. 6.* quibus accedat *tex. in l. plerique. ff. de in iur. vocā.* vbi probatur, quod ſi quis à loco in quo ſtare obnoxius eſt, diſceſſerit, ibique non inueniatur, quòd tunc nulla eius exigitur citatio, quòd in expreſſo adnotat *Innocent. in cap. ſi aduerſarius, col. 2. verſ. item nota, de eo qui mitti in poſſe. cau. rei ſeruan. & domini de Rot. in dec. 48. valet citatio, columi 1. & 2. in nouis,* quod etiam confirmatur *ex tex. in authen. de exiben. & introdu. reis. §. ſi verò etiam, colla. 5. & ex tex. in l. 1. ff. de requiren. reis, & ex tex. notabili in clem. 1. de iudic.*

Præterea *in dicto authe. de collatorib. §. ſuper hoc ſancimus. colla. 9.* diſponitur, aduerſus officialem ſine ſindicatu recedentem 5 † ſententiam etiā ſine libello ferri poſſe, & idem notat *gloſ. in dicto authen. vt iudi. ſine quoquo ſuffrag. §. ſi quis autem verſ. neceſſitatem in gloſ. in verb. ex non ſcripto colla. 2.* quæ dicit, bene in caſu ſententiam ſine actis pronunciari poſſe, quod eſt fortiùs & quantò magis erit vbi libellus, & acta, et præconia, et edicta, et tot, præceſſerunt, vt in præſenti.

Verū et *gloſ. in d. §. ſi quis autem, verſ. neceſſitatem,* ſentit *in verb. ex non ſcripto,* officialem fugientem intra tempus à lege ſtatutum ad ſindicatum, 6 † et citra ſuperioris licentiam, condemnari poſſe, et pro conuicto, confeſſoq; liberi, ad quod et præter illam *gloſ. ex tex.* notabili ſecundùm *Bart.* in proprio loco *in l. conſiliarios, C. de aſſeſſoribus,* et notant *DD. in l. 1. ff. ad Sylllān.* cùm aliis de quibus *Paris de Put. in d. tract. ſindicatus in verb. dicitur autem ſindicatus, num. 5. & in verb. fuga officialis nu. 1. poſt medium, poſt Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in dicto titul. de præſumptionibus, §. ſpecies in addit. incip. ex unica, col. 2. ad fin. & Oldra. in d. conſil. 65. col. 2.* et idem notat *Pet. de Rau. in ſuo alpha. aureo. in lit. A in verſ. in rub. C. de aſſeſſoribus, & Felin. in cap. nullus num. 2. verſ. fallit primo de præſumptionibus, & Hipolit. de Marſil. in ſua practica criminali, §. diligenter num. 45. & Capyc. in deciſ. 121. in cauſa officij numer. 22.* et idem *Hipol. in rub. C. de probationib. num. 260.*

Omnia, quæ dicta ſunt, confirmantur, quia, vbi quis in certo loco ſtare tenetur 7 † cenſetur ibidem carceratus, et eſt, ac ſi inibi vinculis detineretur, vt conſtat in *l. in eadem, verb. in uinculis, & in l. nec non, in prin. ff. ex quib. cau. maio.* et hoc in expreſſo tradit *Guid. Pap. in dec. 253. ſi quis dedit fideiuſſores, per totam,* et latè *Hipol. de Marſil. in dicta ſua practica criminali, §. attingā, num. 26.* ſed à carcere fugiens confeſſus † 8 iudicatur, crimenque confiteri videtur, vt *in l. 1. ff. de effractorib. et in l. in eos, ff. de cuſtod. reo. et in l. milites agrum, §. penult. ff. de re milit. & in l. 13. verſ. Ca ſe meja Titu. 29. par. 7. et in l. 3. tit. 19. lib. 8. ordinamen.* quæ habetur *lib. 8. noue recopil. tit. 26. l. 7.* ſunt et aliæ concordantiæ, quarum meminit *Pet. Duē. in reg. 392.* vbi in prima ampliat hoc extendit, etiam ſi crimen non cōmiſiſſet, *ex tex. in l. in eos, & ibi gloſ. in verb. puniendi ff. de cuſto. reo.*

Proinde,

Proinde, ſaltem ad condemnationem
9 † officialis recedentis antè ſindicatum partis iuramentum ſufficit, vt eſt tex. *notabilis in d. authen. de collat.* §. *ſuper hoc ſancimus, colla.* 9. & ibi notant *Ang.* & *DD.* & *poſt glo. inibi in verb. exacto. verſi. vel per fugam in l. admonendi, ff. de iur. iuran.* citans ad id *tex. in l. omnes,* §. *fin. ff. de re milita.* eſt etiam ad idem *gloſ. in l. in bonæ fidei. in verb. res decidi, verſ. vel, per fugam,* & *illic DD. C. de reb credit.* & idem adnotat *Ang. in d. authen. vt iudi. ſine quoquo ſuffrag.* §. *oportet, col.* 1. *verſ. in gloſ. quæ incipit, cum ſequentibus colla.* 2. & *DD. in d. l.* 1. *C. vt omnes iud. tam ciuil. quàm milita.* & *in l. conſiliarios, C. de aſſeſſorib.* cum alijs de quibus *Moderni in repet. l. admonendi, ff. de iur. iuran. poſt gl. etiam in d. authen. vt iudi. ne quoque ſuffrag.* §. *ſi quis autem, verſ. neceſſitatem, in glo. in verb. oſtenderit,* & *Luc. de Pen. in l. ordinariorum, col.* 2. *verſ.* & *ſi poſt depoſitum, C. de cohartalib. lib.* 12. & *Paris de Put. in dicto eius tractatu ſindicatus in verb. probatio in ſindicatu, nu.* 1. & 2. & *Capic. dict. dec.* 121. *num* 22. & hæc videtur communis reſolutio, vt conſtat ex traditis per *Ioan. Baptiſt. Plot. in eius tractatu de in litem iurando quẽ fecit ſuper l. ſi quando, C. unde vi* §. 30, *nu.* 1. & 2.

Rurſus, & in alijs abſentibus criminoſis in contumaciam fugientium iura ſanciunt
10 † in eorum abſentia poſſe procedi, eo modo quo factum eſt aduerſus dictum D. Ludouicum, & præter iura communia notiſſimè probatur *in l.* 4. *titul.* 3. *lib.* 2. *fori legum,* & *in l.* 7. *tit.* 8. *part.* 3. & *in l.* 9. *tit.* 2. *lib.* 3. *ordinamen.* & *in l.* 15. *in fine, eodem titul.* & *lib.* & *in l.* 9. *tit.* 11. *lib.* 3. *ordinamen.* & *idẽ probatur prag.* 206. *verſ. Otro ſi ordenamos.* Quæ eſt propoſita *in volumine pragmaticarum antiquarum char.* 355. *quæ eſt edita, per Reges Chatolicos in oppido de Alcala, anno* 1503. (& habetur *lib.* 4. *nouæ recopil. tit.* 10. *l.* 3. quæ leges iuſtæ ſunt ſeruari *in l.* 133. *in curijs factis in hoc oppido Pinciano anno Domini noſtri Ieſu Chriſti* 1537.

Verum, & ſi procurator dicti D. Ludouici comparuerit, prædictis non obſtat, & ſi fuerit auditus.

Tum, quia comparuit inſtructo, ferè proceſſu.

Tum etiam, quia non potuit ex prædi-
11 ctis dictus procurator petere † dictum proceſſum dirui, tanquam ſine citatione confectum. Quin & ſingulariter concludit, *Spec. in tit. de appellatione,* §. *qualiter autem appellatio, col.* 4. *verſ. ſed pone,* quòd proceſſum *eſt,* & *idem Specul. in titul. de comparitione in termino, col.* 3. *verſ. attendas inſuper,* contumacem etiam expenſas ſoluentem, non admittendum eſſe ad allegandum contra proceſſum iam factum, & idem in effectu tenet *Innocen. in c.* 2. *col.* 2. *verſ. ſed poſtquã de dilationibus,* vbi ait, quod contumax auditur comparens, ſcilicet in eo ſtatu, in quo cauſam inuenit, non verò vt præterita poſſit iterare, & ad hoc *Innoc. allegat Alexan. in additionib. ad Bar. in l. ſi perluſorio,* §. 1. *in additione incipien. teſtes producere, col.* 2. *verſ. ſicut dicimus, ff. de appella. recipien.* & hoc expreſsè hodie determinat *prædicta pragmat.* 206. *quæ eſt in dicto volumine antiquo pragmaticarum, char.* 355. & ita tenẽdum eſt, quicquid in contrarium dixerit *Iaſo. in l. ſancimus, num.* 19. *C. de iudi.*

Tum, & quia dictus procurator noluit ſoluere expenſas factas, nec minus dictus D. Ludouicus eas ſoluit: igitur non mirum eſt (citra prædicta) ſi non fuerint auditi,
12 ſiquidem contumax † non eſt audiendus, niſi ſolutis expenſis, vt in dicta *l. ſancimus,* & *ibi DD. C. de iudic.* & *tex. in c.* 1. *de dol.* & *contuma. lib.* 6. & *in* d. *l.* 4. *tit.* 3. *lib.* 2. *fori l. melior tex. in l.* 8. *ver. E ſobro todo. Tit.* 7. *p.* 3. & *in l.* 1. *verſ. Pero ſi, tit.* 9. *lib.* 3. *ordin.* (quæ habetur *lib.* 3. *nouæ recopill. tit.* 11. *l.* 1.) & *tex. in d. l.* 9. *tit.* 2. *lib.* 3. *ordinamen.* & *dicta pragmatica Regia.* 206. *verſ. Otro ſi ordenamos. in dicto fol.* 355.

Quin & contumax refectis expenſis antequam audiatur, de iure videtur, quod debeat ſatiſdare de iuditio ſiſti, & de iuditii obſeruatione, vt diſponit *tex. in d. cap.* 1. *de dol.* & *contuma. lib.* 6. & traditur *in authen. de exibendis reis,* §. *ſi verò ſemel. colla.* 5. optimus *tex. ad idem. in d. l.* 7. *verſ. E ſi por auentura viniesſe, tit.* 8. *par.* 3. & *in d. l.* 9. *ad finem tit.* 11. *lib.* 3. *ordina.* quod maximè in pratica admittendum cenſeo (ex ſupradictis) contra officialem fugientem ante ſindicatum, & idem tradit *Iaſon. in dicta l. ſancimus, num.* 1. *verſ. adde quòd etiam, C. de iudic.*

Quo ad ſecundum dubium dicimus, etiam ſententiam latam contra dictum D. Ludouicum in rem iudicatam translatam:
13 ſiquidem infra quinque dies † à die ſententiæ ab ea appellatum non eſt tempus enim appellandi currit à tempore ſcientiæ, iuxta *tex. in l.* 1. §. *fin. verſ. ſi aduerſus abſentem,* & *in verſ. quod autem, ff. quando appell. ſit in verbis. Ex quo quis ſcit.* & *ibi, ex quo ſcit.* Et *ibi* eſt *gloſ. notabilis in verb. ſi aduerſus in verſ. in prædicto ergo caſu,* ad idem eſt

P 2 tex.

Digitized by Google

tex.in l.1.ad finem,C.de tempo.appella. quē inibi adhoc notant Bal.col.1.& Salic.col.1 verſ.queromodo,tex.etiam ād idem in cap. concertationi,de appellat. lib.6. & tradunt DD. per tex.ibi in authent.ſed hodie,C. de appellat. cum aliis de quibus Maranta in ſuo ſpeculo de ordine iudiciorum, in 2. actu principali,num.202.203.& 204. ad idem eſt bonus tex in l.1.tit.16.lib.3.ordinamē. ibi. E viniere ſu noticia. Et in l.6.ver. Pero ſi qualquier.eodem tit.& lib. (quæ habentur lib.4.noua recopill.tit.18.lib.1.& 7.) ad idem tex.in l.2.verſ. E otro ſi dezimos tit. 23.par.3.in verbis, Haſta a diez dias deſde el dia que lo ſupiere, Et ibi notat Dom. Gregor. Lup.in verbis Supiere, & cum dies appellationis elapſi ſint à die ſcientiæ, clarū eſt, quod ſententia prædicta tranſiuit in rē iudicatam,& per conſequens mandari debet executioni,vt eſt tex. notabilis in cap. quod ad conſultationem, de ſentent. & re iudic.cum alijs. Nec ipſam appellationem produxit ante dictum iudicem ſindicatus
14 † prout de iure neceſſum etiam erat,& ante iudicem,à quo ex traditis in l.1. §. quid ergo,ff.quand.appell.ſit. & eſt ad hoc text. notabilis in cap.appellatio, de appellation. lib.6.& in clem.1 eod.tit. & in cap. vt debitus honor, verſ. cum autem, de appellat. & idem probatur in l.14.ad finem, in dicto tit.23.par.3. cum aliis de quibus Bald. & Moderni in l.apertiſſimi,C.de iudic.colu. 2. verſ.opponitur,& alibi ſepè traditur, quod & confirmatur,quia nec ea facta ſunt, quæ deſertionem tollunt, de quibus in l.C. de tempo.appella.& in authen.de iudicibus,§. appellationes,colla.6.& in l.23.in d.tit.23. par.3.& in l.2.tit.16.lib.3.ordinamen.(quę habetur lib.4.noua recopila.tit.18.l.2.) & eſt ad idem tex.in l.34. in ordine iudiciario Madritij,cum ſimilibus.

Verum,& hæc manifeſta ſunt,quia iura ſuperius citata clariſſimè diſponunt,ſententiam latam contra iudicem ſine ſindicatu recedentem, executioni mandandam: & quantò magis tanto tempore elapſo. Et
15 quia aduerſarius ex dicta fuga † verus cōtumax effectus fuit, vt conſtat in d. l. 1. C. vt omnes iudi.tam ciuil.quàm milita. & in expreſſo ſic conſuluit Oldrad.in d.conſ. 65. col.1.verſ.& quòd habeantur pro confeſſis, & idē tenet Luc.de Pen. in l.ſi coloni,col.2. verſ.ſecundò nota de fuga, C.de agricol. & cenſit.lib.11.& DD.in prædictis locis,quos
16 ſupra citauimus num. 4. Nec contumax † verus auditur appellans, l.ex conſenſu, §.fi. ff.de appellat.l.properandum, §. ſin autem. reus,C.de iudic.l.1.C. quorum appellatio.nō recipian.cum aliis ad idem eſt tex.in leg. 9. verſ. Pero ſi a queſte. Cum ver. ſequentibus in d.titul.23.p.3. & in l.5.titul.16. lib. 3. ordinamen.
17 Et in propriis terminis † quòd ſententia lata aduerſus officiales (maximè ſine ſindicatu fugientes) ſtatim executioni demandetur,& quòd non ſit locus appellationi, ex tex.notab.in l.& ibi notat Cinus, C. quor. appella.non recipi.& in expreſſo notat Angel.in d.authen.de iudicibus,§.noſtros,col.1. verſ.in glo.quæ incipit,colla.6.& Luc. de Pen.in d.l.ſi coloni col.2.verſ.nam delinquēs C.de agricol.& cenſit.lib.11.& Boer. in dicta dec.206.num 8. & faciunt tradita per Robert.Maran.in d.eius tract.de ordine iudiciorum.6.part.in 2.actu principali, num. 290.& 291.

Quo ad tertium dicimus,quòd etſi prædicta ſententia non eſſet (prout eſt) in rem iudicatam tranſacta,confirmanda tamen eſt ex actis dicti proceſſus, & ex quo dicti D.Ludouici mandato,aurea, & argentea, quæ dictus Ioannes Ortiz adducebat,capta fuerunt,& hoc ſine cauſa, & iuris ordine
18 non ſeruato,quæ iure † ob id omnia reſtituenda ſunt,etſi ſpoliatio talis facta ſit iudicis mandato,vt eſt tex.notabilis in cap.cō querente,de reſtit.ſpol. quem ad hoc ibidē Doctores communiter notant, ad idem eſt optimus tex.in l.3.in princip.tit.14.li.3 ordinamen.(quæ habetur lib.4.noua recopila. tit.13.& alibi ſæpè, in hoc enim caſu tanquam priuatus iudicari debet tex.in cap.cū cauſam de offic.deleg.cum aliis ſuis ſimilib. quòd cum de facto factum ſit, de facto etiam, & ſine aliis actis,& proceſſu ſunt reſtituendi, vt traditur in l.minor.25.annis in princip.ff.de euict.& in l.ſi cum nulla,ff. de re iudicat. notat Bal.in l.ſi pacto quo pęnā, C.de pact. cum aliis de quibus Hippol. de Marſil.in l.1.in princip.nu.31.ff.de queſtionibus, & contra iudicem nō ritè procedentem, competit reſtitutorum remedium ex tex.in d.cap.conquerente, de reſtit.ſpoliat. traditur per DD.in l.ſi quis ad ſe fundum, C.ad l. Iul. de vi publ. ſeu priua. & alibi ſæpè.

Et aduerſarius ad intereſſe, & lucrum etiam tenetur,& ad omnia alia damna, vt concludunt DD.in prædictis locis, de quibus ſupra memores fuimus num. 9. quod
19 maximè locum habet † cum dictus Ioannes Ortiz lucrari conſueuerit quod conſiderandum eſt ex tex.in l.non vtique,§.nunc de officium,ff.de eo quod cert.loco, & ibi DD.

& eſt

Digitized by Google

& eſt ad idem bonus tex. in l. ſocium qui in eo, in princ. ff. pro ſoc. & notant DD. in cap. conqueſtus, & in cap. ſalubriter, de vſur. & in l. vnica, C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt proſe. & ibi ſingulariter Pet. Rebuſ. in repet. gloſ. vltima num. 23. verſ. ſi verò, cum ſequentibus, & per DD. in cap. per veſtras, per tex. ibi de donationib. int. vir. & vxor. cum aliis de quibus Benuenutus Straccha in ſuo tractatu de mercatura, in titul. de contractibus mercatorum, num. 3. cum ſequentibus.

20 Et rerum ſublatarum † valor probatur etiam iuramento ſpoliati, vt in l. ſi quando, C. vnde vi, per quem tex. ita cõcludunt communiter DD. in prædictis locis ſupra citatis, num. 9. ad quod videndum eſt, Ioan. Baptiſt. Plot. d. tract. de in litem iurando, quem fecit ſupradicta l. ſi quando, §. 30. num. 4. qui ſingulariter loquitur in hoc propoſito.

Doctor Burgen. Marcus Salon de Pace.

# ADDITIO.

NVm. 1. Certum eſſe de iure determinatum, quod officiales teneantur ſtare ſindicatui, in loco, vbi officia exercuerint, Camp. in cap. Regni item ſtatuimus, quod tam Iuſtitiarij nu. 1. Carau. in Ritu 295. nu. 1. Cancer. var. reſol. tom. 2. cap. 2. num. 159. & to. 3. cap 12. num. 81. Rundinell. in tract. de ſindic. nu. 9.

Taliter quod minime recedere poſſint à loco vſque quò non paruerint ſindicatui, & diſcedentes poſſunt cogi redire ad ſindicatum, vt ibi num. 68. notat Camp.

Imo officialis diſcedens à Sindicatu antè tempus puniri debet, notat ibidem Camp. num. 8. & perdit ſalariũ Caualc. de Brachio Regio par. 4. num. 231.

Num. 2. videas Scapp. de iure non ſcripto lib. 3. cap. 16. nu. 3. & qualiter puniatur Cumia in praxi. Syndic. cap. 23. n. 39. Rundinell. eo. loco num. 204.

Num. 3. Adde Farinac. in eius praxi q. 8. num. 86. & 87. licet contrarium aſſerat, num. 88. tamen num. 89. concordat, qualiter hoc procedat Mieres in conſt. Catal. tom. 2. collat. 6. cap. 9. num. 27. Ioſeph. Cumia in praxi Syndic. cap. 23. num. 38. Rundin. vbi ſupra num. 104.

Num. 4. emittitur ædictum peremptorium, vt compareat ad ſe defendendum à quærere contra ipſum porrectis, & eo non comparente Iudex procedet proferendo ſententiam, Farin. ibid. num. 84.

Num. 5. Farin. eod. loco nu. 80.

Num. 6. Fari. in d. loco eod. nu. 84.

Num. 7. Carau. in Ritu 166. nu. 27.

Num. 8. Vide Farinac. quæſt. 30. numer. 205. cum. ſeq. vbi id declarat Idem in officiali fugiente, vt pro confeſſo iudicari debeat, idem Farinac. allegato loco num. 81. & 82. in d. q. 8. Mieres in conſt. Catal. tom. 1. collat. 6. tit. de reſcin. offic. num. 4. Maſcard. de probat. concl. 1227. num. 45.

Num. 9. & ſic probantur quærelæ Iuramento partium refert ibidem Farina. num. 78. d. q. 8. Viuius in ſilu. opin. 343. num. 1. Cumia d. cap. 23. 44. Rundinell. ibi num. 106. Mauſon. de cauſ. exec. ampliat. 28. nu. 42.

Num. 10. vide Farinac. quæſt. 11. num. 3. & ſeq.

Num. 11. Octau. Veſt. in eius prax. Rom. lib. 4. cap. 4. nu. 9.

Num. 12. Oſaſc. dec. 9. nu. 2. Auguſt. Fauſtin. in addit. ad praxim Ciuil. Pancir. par. 1. verſ. ſi vero ante tempus verſ. ſolutis expenſis fol. 51. Carau. in Rit. 211 num. 3. & ritu 298. num. 2. & 8. Veſtrius vbi ſupra nu. 16. & 20.

Num. 13. Fari. con. 68. nu. 61. & 150.

Num. 14. Auguſt. Fauſtin. in addit. ad praxim. ciuil. Pancirol. p. 3. verb. dictũ eſt coram vobis verſ. & coram Iudice

ad

Digitized by Google

*ad quem ſol.* 274.

Num. 15. adde *Viuium dec.* 38. *num.* 12. *ait Caran. in rit.* 112. *num.* 2. & *ritu* 120. *num.* 1. & *ſeq. Grauat. ad veſtriũ in eius praxi lib.* 7. *cap.* 3. *nu.* 13. *Iodoc. in praxi ciuil. cap.* 78. *nu.* 26.

Num. 16. *Farin. d. conſ.* 85. *num.* 22. *Viu. dec.* 138. *num.* 3. & *ſeq. Grauat. ad Veſtrium in praxi Rom. libr.* 7. *cap.* 3. *num.* 34.

Num. 17. nam & ſi paruerit ſindicatui, & fuerit condemnatus, nullatenus ſententiæ exequutio retardaretur, per appellationem, vt refert *Viuius in eius ſilua iu opin.* 816. *num.* 6. *D. Regens Rouit. in pragm.* 1. *num.* 6. *de offic. magiſtr. Iuſt. M. C. Mauſon. d. tractat. ampl.* 28. *num.* 40. & *ſeq.*

Num. 18. latè *Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed.* 6. *num.* 28. & 29. *Manent. dec. Mantuæ* 19. *nu.* 63. & *ſeq.*

Num. 19. latè *Afflict. dec.* 20. *vbi Vrſill. Alex. Trentacinq. var. reſol. lib.* 1. *titul. de intereſſe,* & *reſol.* 1. *num.* 18. *Magon. dec. Lucen.* 25. *num.* 88. & *dec. Floren.* 32. *num.* 5. *Chriſtoph. Mart. dec. Senen.* 14. *num.* 8. & *per totam, Cartar. dec. Genuæ* 38. *Rot. Genuenſ. dec.* 16. *nu.* 16. *deciſ.* 74. *num.* 2. *dec.* 51. *num.* 6. *dec.* 67. *n.* 8. *dec.* 150. *num.* 3. *dec.* 177. *numer.* 7. *Thor. in compend. dec. ver. intereſſe tom.* 1.

Num. 20. adde *Farinac. de furtis q.* 176. *par.* 2. *a num.* 19. *cum ſeq.* vbi omnes de hoc cumulat, & declarat qualiter procedat, *Maſcard. de probat. concluſ.* 832. *num.* 2. & *ſeq.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Probationes luce meridiana clariores, requiruntur in criminalibus.*

2 *Delictum eſſe commiſſum ante omnia probari debet, vt inquiſitio aduerſus aliquem formari poſſit.*

3 *Falſitas libri nec delictum non arguitur ex diuerſitate papiri, nec ex mutatione chartarum, & plenius nu.* 11. & 12.

4 *Mercatores in ſuis manualibus, ſeu in ſuis liberis priuatis, ſcribere poſſunt quod voluerint.*

5 *Mercatores non tenentur edere ſuos libros priuatos, ſed tantum illos libros, quos habent in publico, edere ſunt obnoxij.*

6 *Mercatores non puniuntur ex falſitate ſuorum librorum priuatorum.*

7 *Tabellio poteſt ante traditas ſcripturas partibus, eas corrigere ſine falſitatis pœna.*

8 *Delictum non dicitur comittere, qui facit illud, quod conſuetum eſt fieri.*

9 *Præſumptio illa ſemper ſummenda eſt, per quam delictum excluditur, & nu.* 10.

13 *Mutatio chartarum, ſeu alterius rei, vt alicui noceat, debet eſſe facta animo fraudandi.*

14 *Fraudem allegans debet eam concludenter probare.*

15 *Fama bona alicuius ſemper conſideratur in criminalibus.*

16 *Iuramentum rei in criminalibus, quando ſufficiat, vt quis non puniatur.*

17 *Intellectus ad leges regias prohibentes extra regnum pecunias non portari, vide ibi remiſſiue.*

## ARGVMENTVM.

Pœna contra extrahentes aureos extra Regnum, iuxta diſpoſitionem pragmaticarum locum an ſibi vendicet contra habentem aureos contra quem probatum non apparet illos detuliſſe ex Regno, & fuiſſe extractos cum effectu, nulla habita ratione de libro manuali rei, vbi aliquæ cartæ reperiebantur. Imo ſtante bona qualitate famæ illius non aliter habentis animum fraudandi, & ex alijs in eius abſolutionem inclinatur.

## CONSILIVM XIII.

Diuino auxilio poſtulato, eiuſque Matris Sanctiſſimæ, verſatur cauſa hæc inter Nicolaum Cataneum ex vna parte, & ex alia

ex alia Procuratorem fiſci, in qua breuiter
fundauimus dictum Nicolaum Cataneum
abſoluendum eſſe ab accuſatione dicti Pro-
curatoris fiſci.

Et primò, quia in proceſſu huius cauſæ
non eſt probatum, dictum Nicolaum detu-
liſſe extra hoc regnum quatuordecim mille
aureos contentos in dicta accuſatione,
1 † quod quidem clariſſimis probationi-
bus erat probandum, *l. ſciant cuncti, C. de
probat.* quæ eſt canonizata *in c. ſciant cun-
cti, 2. q. 8.* ad idem eſt *tex. in l. raptores, verſ.
ſin aut. in fine. C. de Epiſc. & cleri. & in l.
qui ſententiam, C. de pœnis, & in l. abſentem
in princ. ff. eod. tit.* quibus conſonat *text. in
l. 12. in princip. tit. 14. part. 3.* non enim præ-
ſumitur illud delictum perpetraſſe, *l. meri-
tò, ff. pro ſoc. cum alijs infra allegandis,
num. 9.*

Præterea vt dictus Nicolaus condemna-
2 retur † neceſſum erat conſtare dictos au-
reos deductos fuiſſe extra hoc regnum, vt
ex hoc aduerſus eum inquiri poſſet, & an
ipſe ſit qui eos portauerit, *ex tex. in l. 1. §.
item illud, in princ. ff. ad Sillan. & in l. neceſ-
ſarios. §. non aliàs, ff. eodem tit.* ad quod etiã
eſt *tex. notabilis in l. 1. C. vbi cau. fiſcal.* cum
aliis, de quibus *Hippol. de Marſil. in conſ. 8.
in cauſa magiſtri, num. 1. cum ſeq. & in conſ.
63. in cauſa inquiſitionis, num. 2. cum ſequen.*
& alibi ſæpe traditur.

Nec aduerſario ſuffragatur dicere, quòd
in libro manuali dicti Ncolai aliquæ char-
tæ mutatæ adinueniuntur.

Tum, quia vt nobis expoſitum eſt, de
ipſa conſtat mutatione, nec iure præſumitur
cùm in facto conſtat, *ex l. in bello, §. facta,
ff. de capti. & poſtlimi. reuer. cum alijs.*
Nec de ipſa conſtat mutatione ex eo etiam,
quod aliquæ chartæ dicti libri magis albæ,
3 & alterius papiri videantur, † quia hoc
fieri potuit tempore quo ille liber confe-
ctus fuit à librario: nàm non ſemper librari
ponunt eundem papirum in eodemmet li-
bro: imò & contingere id potuit ex eo, quia
minus ipſæ chartæ, quàm aliæ vſitatæ fue-
runt, vt quotidiè conſueuit fieri, ex qua cõ-
ſuetudine explicatio admittenda eſt, *ex. l. ſi
ſeruus plurium, §. fin. ff. de leg. 1. & in l. li-
berorum, §. quod tamen Caſsius, ff. de leg. 3.*
quo & confirmatur *ex tex. notabili in authẽ.
de inſtrumen. fid. & cautel. §. 1. colla. 6.* in
quo *tex.* conſtat diſſimilitudinem in chartis
diuerſis, ex pleriſque cauſis ſuboriri, qui
*tex.* probat ſecundum *Angel. col. 1. verſ. in
tex.* ibi, *literarum diſſimilitudinem, & in
verſ. nota hoc,* ex tali diſſimilitudine nullã
prauam præſumptionem aſſumendam, &
quod ex ea non oritur præſumptio falſita-
tis aduerſus tabellionem, quibus, & accedãt
tradita per *Paul. Pariſ. in conſ. 28. viſis om-
nibus nu. 35. & plenius nu. 58. lib. 2.*

Tu etiam, quia & ſi dictę carthæ à dicto
Nicolao mutatæ eſſent, ex hoc enim nulla
fraus contra eum ſuboritur, ſiquidem eãpſo
res ſimiles, quæ officiales in ſuis libris id fa-
4 cere conſueſcant. Et eo maximè † quia libe-
ri vulgò manuales nuncupati efficiuntur tã
tum ad memoriam ipſorum mercatorum,
& ob id dici poteſt, licere eis ad libitum
charthas mutare, ex *tex. in l. in re manda-
tà, C. manda. cum ſuis ſimilibus,* & in expreſ
sò eſt ſingularis *deciſio Abb. in cap. 1. col. 3.
verſ. quædam ſunt perſonæ, de probat.* & ini-
bi *Dec. col. 17. verſ. retenta tamen, & in
verſ. ſed Alex.* in quo loco ſingulariter cõ-
5 cludunt † quod mercatores non tenentur
edere libros, quos non habent in publico,
ſed in ſecreto in eorum domibus ad ſui me-
moriam, & inſtructionem, quia tales libri
ſunt proprij, & de eis ad libitum, & quod
voluerit facere poſſunt, & quod ideo eos
non tenentur edere, quod etiam *Bald.* tenet
*in l. 1. §. rationes, col. 2, verſ. in contrarium,*
quod non cogatur, *ff. de eden. & idem Bal.
in rubr. C. de conſtitut. col. pen. verſ. ſi autẽ
non eſt codex, & Card. in clemen. 1. §. cæterũ.
col. 12. ver. quinto oppono. de vſuri.* vbi conclu
dit, quòd mercatores non tenentur edere
eorum memoriale, ſed tantum librum, quẽ
habent publicæ, & ſingulariter idem con-
cludit *Franc. de Rip. in l. 1. C. de eden num. 8
verſ. tu aduerte, poſt Dec. ibi num. 18. & ad-
notant Moderni in l. admonendi, ff. de iur. iu-
ran.* & faciunt tradita per *Benuenutum Stra
cha in ſuo tract. de mercatura in tit. quomo-
do in cauſa mercaturæ procedendum ſit, nu.
40. parua impreſſione in pagina 425. colu. 1.
& 2. & per Hipol. in repet. l. fin. num. 169.
cum ſequentib. ff. de iuriſd. omn. iud. & per
Ioan. Baptiſt. Plot. in tract. de in litem iurã-
do,* quem fecit ſuper *l. ſi quãdo. C. vnde vi, §.
43. num. 16.* vbi ſingulariter loquitur in hoc
propoſito, magnum enim diſcrimen eſt in-
ter hos libros, & inter libros confectos
ab officiali publico ad eos publicè eden-
dum, vt notanter ponderant prædicti
*Doctores, & Imol. in cap. 2. de fid. in-
ſtrum. col. 4 ver. item aduerte,* & eum
refert, & ſequitur *Rip. in d. l. admonendi, ff.
de iur. iuran. num. 115. poſt Dec. in d. l. 1. C.
de edend. num. 18. cum ſequentib.* Vndè *Do-
ctores in d. l. C. de edend.* clarè concludunt,
quod qui propria ſcinderit inſtrumenta, ſeu

ea

Digitized by Google

ea occultat, non eſt pleſtendus aliqua pœna. Præterea vt traditur *in l. damnus iuncta gl. ibi in verb. priuatas, C. de falſ.* & adnotat *Bartol. in l. 1. §. qui in rationibus, col. 1. verſ. iſtam legem debetis intelligere, ff. eod. tit. de falſ. & Alexan. in l. quadam ſunt § nummularios col. fin. verſ. extra gloſ. quærit prope finem, ff. de eden.* quod ſi mercatores † non iurauerint fide, & abſquè dolo officium exercitaturi, quod tunc ſi in eorum libris priuatis aliquid falſis reperiatur, quò non ex hoc falſi pœna punientur, cùm id fecerint in ſuis libris priuatis, qui nullam fidē faciunt, *iuxta gloſ. in d. l. damus, in verb. priuatis ſunt*, & aliæ concordantiæ de quibus *Hipol. de Marſil. in d. l. 1. §. qui in rationibus num. 3. ff. de falſ.* & melius idem *Hipol. in l. §. præterea num. 15. cum pluribus ſequē. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* & hęc eſt communis opinio ſecundum *Ioan. Baptiſt. Plot. in tract. de in litem iurando*, quem fecit *ſuper l. ſi quando, C. vnde vi §. 49. num.* 16. ad quo ibi refert plures deciſiones Doctorum. Imò

7 & tabellio † poteſt antequam partibus tradat ſcripturas, eas corrigere ſine falſitatis pœna, *ex tex. in l. actorum verba, ff. de re iudic.* & notant *Bart. & DD. in l. Imperator col. 2. verſ. diſtinguè aut incontinenti, ff. de ſtat. homi.* & idem *Bart. in l. ſi librarius, colum. 2. verſ. ſed vna dubitatur ff. de regul. iur.* & idem conſuluit idem *Bart. in conſ. 197 reperitur col. 1. verſ. quod ſi tabellio, & Bal. in rub. C. de fid. inſtrum. col. 7. verſ. ſed pone quod tabellio*, tradunt *Moder. in cap. ex literis de fid. inſtrumen.* cum aliis de quibus *Card. Paul. Pariſ in conſ. 28. viſus omnibus num. 41. 42. & 48. cum ſeqq. lib. 2.* quanto ergo magis hoc obtinebit in libro priuato, & proprio, prout eſt in prædicto, de quo agimus in præſenti, & faciunt ſingulariter tradita per *Dec. in conſ. 175. in cauſa falſitatis, col. 4. & 5. verſ. præmitto*, vbi allegando plures deciſiones concludit, quòd ſemper in dubio debet fieri interpretatio, quòd falſitas excludatur, & latè idem fundat *Hipol. de Marſil. in conſ. 21. diligenter numer. 7. cum ſequent.*

Verum, & ad dicti Nicolai excuſationē

8 ſat eſt feciſſe, quod eſt conſuetum, *ex text. notabili in l. ſi pignore, §. fin. ff. de pignor. act.* in verbis. *Nam vſu hoc euenerat.* Quē ibidem *Bartolus, & alij* ad hoc notant *colu. 1. verſ. nota, quòd non eſt in culpa*, & idē tenet *Roma. in l. certi conditio, §. ſi nummos, col. 1. verſ. ſecundo ff. ſi cert. peta.* & ibi eſt ad idem etiam eſt bonus *tex. in l. quis ſit fugitiuus, §. apud Labeonem, ff. de edil. edict.* cum aliis de quibus *Hipol. de Marſil. in conſil. 100. intellecto tempore, num. 8. cum pluribus ſequentibus, & Franciſ. Cremen. in ſingular. 149. mo eſt puerorum, Bonomie. & Aym. Crauett. in conſ. 44. nobilis Guido, nu. 5.* & eſt ad idem notabilis *gloſ. in cap. cùm venerabilis, in verb. conſuetudinem, de conſuetu. ſimilis gloſ. in cap. denique, per tex. ibi in gloſ. in ver. conſuetudine, 4. diſtin.* & dicit ſingulariter *Bartol. in d. l. quis ſit fugitiuus, §. apud Labeonem, col. 1. verſ. ex iſto. §. nota, ff. de edil. edict. facientem* actum communi conſuetudine licitum, & ſi in veritate illicitus ſit, quòd ex hoc puniendus non eſt tamquam faciens actum illicitum: cùm in tali caſu non adſit fraus, nec dolus, vt probatur *in l. quotiens, §. qui dolo, ff. de probationibus, & in l. aliud eſt fraus, in princip. ff. de verbor. ſignif.* notatur *in l. non amplius, §. ſi certum*, & ibi *Bald. col. 1. uerſ. in gloſa hic, ff. de leg. 1.* & ibi etiam *Iaſo. num. 5.* & notat *Bart. in d. l. ſi pignore, §. fin. col. 1. ff. de pignorat. act.* cum aliis de quibus *Hipol. de Marſil. in d. conſ. 100. num. 10. cum ſeqq.*

9 Proinde † & ſemper præſumendum eſt in eam partem, per quam delictum excluditur, *ex l. ſemper in obſcuris, de regul. iur. & in l. proximè, ff. de his qui in teſtamen. delen.* cum aliis de quibus *Alciatus in tracta. præſumpt. reg. 3. præſumpt. 45. num. 1. cum ſeqq.* quibus & fauet *tex. in l. meritò* (cum ſua materia) *ff. de pœnis*, & quæ notantur in *l. non ſolum, §. ſed ut probari, ff. de noui oper. nuncia.* & per *Abb. in cap. auditis de præſcript. col. pen. uerſ. fuit quidam accuſatus, cum pluribus ſeq.* & ſingulariter per *Hipolit. de Marſil. in d. conſ. 21. diligenter, nu. 2. cum ſequen.* & per eundem *Hipol. in rub. ff. de fideiuſſorib. num. 21. cum ſequent.* & facit *l. fin. tit. 10. p. 7. 5.*

Suadentur, & ex alio ſuperiora, † quia ſi ſtatuto prohibetur aliquid portari extra regnum, ſi aliquis actus fiat, ex quo aduerſus ſtatutum veniſſe dicatur, qui ex alio propoſito fieri poſſit quàm veniendi contra ſtatutum, ſemper præſumendum eſt ipſum actum factum fuiſſe, non ex fine veniēdi contra tale ſtatutum, vt concludunt DD. *in l. ſi fugitiui, C. de ſeru. fugi.* cum aliis de quibus *Ioan. Franc. de Rip. in ſuo tract. de peſt. in tit. de remed. iurid. 7. quæſt. numer. 307. & 308. cum ſeq. charta. 93.* & faciunt, quæ in terminis notant *Iaſ. in repet. l. quominus, nu. 18. ff. de fluminib. & Hipol. de Marſil. in rep. l. fin. nu. 106. & 107. ff. de iuriſd. omn. iud.*

Præterea, quod non conſtet de dicto delicto

Digitized by Google

ĉto ex mutatione dictarum chartarum.
11 † & ſi de ipſa conſtaret mutatione ſatis conſtat, ex *text. in l. ceſſar, ff. pe puqlica*, & ex traditis per *Bart. per tex. ibi in l. cætera, §. fin. verſ. oppono, quod res, & in verſ. per hoc determinat*, & ibi etiam *Iaſ. num. 16. ff. de leg. 1. & Matth. de Afflict. in deciſ. 72. Nardus Andreas num. 8. verſ. nec obſtat, quod vltimò, & Felin. in cap. 2. num. 22. de conſtit. poſt Alexan. in conſ. 7. viſo themate, col. fin. verſ. quintò lib. 3.* & alibi ſæpe. Quod maximè in caſu noſtro eſt verum, quia non quide conſtat, quod in dictis chartis, quæ mutatæ dicuntur ſcriptum erat, quòd dictus Nicolaus dictos aureos extra regnum portauerit: quamobrem de dicta mutatione, ſeu cancellatione tractari nequaquam poteſt, nec de aliqua falſitate, ex traditis *in l. ſi vnus, C. de teſtamen.* & per DD. *in l. fin. C. de edict. diui Adrian. tolle. & in l. ſi falſis C. de tranſact.* & quæ notat *Alex. in conſ. 13. conſideratis hijs num. 9. verſ. cōmiſſum etiam diceretur, lib. 6.* & prædicta in terminis proprijs falſitatis ſingulariter conſuluit *Aym. Crau. in conſ. 6. plura, num. 69. verſ. ſed iſto ſine vero præiudicio, cum ſequentib.* quem refert, & ſequitur *Ioan. Baptiſt. Plot. in tract. de in litem iurando*, quem fecit ſuper *l. ſi quando, C. vnde vi. §. 35. num. 4.*

Sane nec mutatio dictarum chartarum
12 † eſſe poteſt inditium, ſeu probatio, quòd dictus Nicolaus dictos aureos extra regnum perduxerit, ex traditis *in l. cum citua C. de iur. doti. & in l. ſciant cuncti, C. de probat. & in l. abſentem, in princip. ff. de pænis*, cum alijs, de quibus *Hipol. de Marſil. in conſ. 63. in cauſa inquiſitionis, num. 13. & 14.*

Verum, vt alicuius rei mutatio noceat
13 † animo frandandi eſſe debet, *ex tex. in l. vnica, C. de muta. nomi. & in l. facta, §. ſi ſub conditione, in fine, ff. ad Trebell.* cum aliis, de quibus *Pet. de Rauena. in ſuo alphabeto aureo. in verb. nominis mutatio, & Guiller. Benedict. in repeti. cap. Raynuntius de teſtament. in verb. Raynuntius de Clexa nu. 56. & 57.* cum aliis, quæ in propoſito ales at *Matth. de Afflict. in deciſ. 404. fuit, num. 8.*
14 *& 9.* quam fraudem † aduerſarius erat probatur, ex *tex. in d. l. quotiens, §. qui dolo. ff. de probat. & in l. merito, ff. & in l. aliud eſt fraus, ff. de verb. ſignifica.* cum aliis ſupra allegatis in hoc *conſ. num. 9.* & prædicta fraus erat probanda probationibus lucis meridianæ clarioribus: cùm fraus dicatur delictum, vt ex expreſſè determinat *Anchar. in conſ. 385. licet pridie, col. 2. verſ item quia fraus*, quem refert, & ſequitur plura alia referendo *Aymon. Crau. in conſ. 21. homines num. 4. & 5.* & alibi ſæpe per *Scribentes* traditur.

15 Proinde, & in caſu noſtro † conſideranda eſt bona fama prædicti Nicolai, ex *tex. in cap. cùm in iuuentute, de præſumption. et & in l. non omnes, §. à Barbaris, ff. de re milit. cum alijs*, probatio enim bonæ famæ tollit præſumptionem delicti, vt adnotat, *Bald. in l. 1. col. fin. verſ. niſi bona, & laudabilis eorum fama, C. loca.* & meliùs ſecundum eundem *Bal. in l. fin. col. pen. verſ. ſed & tertia, C. de probat. & Alexan. in additionibus ad Bart. in l. fin. ff. de quæſtionib. in addit. incp. §. ſi tutitium. col. 2. verſ. & nota qualiter*, cum aliis de quibus *Dec. in conſ. 189. lætatus ſum plurimum, col. pen. verſ. accedit bona fama, & Hipp. de Marſill. in conſ. 120. in hac cauſa, num. 36.* vna enim præſumptio aliam tollit, *l. diuus verſ. itaq; ff. de in integ. reſtitu. & in l. non ſolum, ff. de ritu nupt. & in l. fin. in princip. ff. quod met. cau. & in cap. tranſmiſſa, qui fil. ſint legit. cum alijs.*

Præterea, & cùm dictus Nicolaus iura-
16 mento † profitetur ſe dictos aureos extra regnum non portaſſe, hoc enim iuramentum valdè conſiderandum eſt, vt immunis à pœna reddatur dictus Nicolaus, vt in terminis falſitatis in expræſſò tenent *Cinus, & Doctores in l. vbi falſi. col. 2. verſ. ad legem iſtam oppono, C. ad l. Cornel. de falſ.* & quòd ſtertur iuramento dicentis ſe pecunias extra regnum non portaſſe, eſt *tex. notabilis in l. 1. ad finem. C. de littorum, & itinerum cuſtodia lib. 12.* & ibi notant *Doctores.*

Nec dictus Nicolaus ex dubitato iudicio puniendus eſt, *l. abſentem, in princip. ff. de pœnis, & l. fin. C. de probat. cap. præſentia de probat. cum ſuis ſimilibus.*

17 Et circa leges regias † prohibentes aureum, vel argentum ab hoc regno extrahi, videndus eſt *Ferdinand. Menach. in 1. par. tract. ſucceſſionum, lib. 30. num. 315. per totum*, vqi plura ſitgularia ponit circe illas leges regias ad hunc caſum videnda.

Et ita ex pluribus conſtat dictum Nicolaum abſoluendum eſſe à dicta accuſatione, & ita poſt ea fuit iudicatum.

Burgen. Doctor Marcus Salon de Pace.

# ADDITIO.

NVm 1.vide *Guazin. in tract. ad defenſan reorum defenſ.* 33. *cap.* 14. *per totum*, *Iul. Clar.* §.*fi. quæſt.* 66. *verſ. debet autem.*

Num. 2. *Iul. Clar. in* §.*fi. quæſt.* 4. *Guazin. in tract. ad def. in* 3. *defenſ. cap.* 1. *Vulpel. conſ.* 147. *num.* 3. *Ambroſ. in ſuo proceſſu informat. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 2.

Num. 3. *Farinac. de falſit. q.* 153. *nu.* 166. *&* 167.

Num. 4. Ideò eis non eſt credendum, *Rota Genuæ deciſ.* 2. *nu.* 27.

Num. 5. reſpectu libri priuati mercatoris ſi ad ſuum fauorem probet, vide *Cartar. dec. Genuæ* 127. etſi ad eorum exhibitionem teneatur.

Etenim reſpectu librorũ non eſt dubium quin cogi poſſint, *Amat. dec. Ferrar.* 11. *num.* 8. latiſſimè *Genua in tract. de ſcript. priuata lib.* 4. *tit. de libris mercat. in fin. in quæſt. an mereat. noſtri tempor. Suar. ration. lib. & cap. per totum fol.* 2.

Num. 6. vide *Theſaur. deciſ.* 171. quem ſequitur *Farinac. ibi num.* 326. & idẽ in falſifi ãte priuatam ſcripturam, vt probat *Farinacius eo. loco num.* 308. confert hijs *optima deciſ. Gizzarelli* 8. vbi *Baldaſſ. de Angel. num.* 13. ad propoſitum, & ibi *Ioſeph. Mele Add.*

Num. 7. *Farinac. eo. tract. de falſitate q.* 156. *num.* 58.

Num. 9. *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſump.* 161. *n.* 26. *Vulpel. conſ.* 245. *nu.* 1.

Num. 10. Actus finis ex principio bonus, vel malus præſumitur, *Menoch. de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 17. *num.* 1. imò, ſi verè extractio fieret contra formam banni ſi peniteat in via non puniretur, *Magon. dec. Florent.* 88. *n.* 14. & ſic in eo quod mutauerit volũtatem locum non habebit ſtatutum extractionem prohibẽt *Vrſil. dec.* 72. *num.* 15. & quando actus declarationis non apparet ad fraudem ordinatus non diceretur fraus, nec fraudem factus *Mauſon. in tract. de contraban. q.* 3. *num.* 21.

Num. 11. *Vrſill. d. deciſ.* 72. *num.* 14. ad hoc plura dicit.

Num. 12. Sed quæ erunt coniecturæ, & præſumptiones ex quibus animus extrahendo probatur, refert *Muſcat. in ſua praxi Crimin. Rub. de extract. extra Regnum*, *&c. num.* 27. *& ſeq.* principaliter autem in hoc delicto extractionis attenditur fragantia delicti, aliàs delictm non diceretur, latius *Mauſon. in tract. de contrabannis quæſt.* 2. *num.* 16. & quando dicatur in fraganti diſcutit *in* 3. *quæſt. num.* 2.

Num. 13. exigitur animus fraudandi potiſſimum in falſitate exemplo oſtendit *Vulpel. conſ.* 48. *per totum*, *Farinac. d. q.* 150. *num.* 340.

Num. 14. licet alleganti fraudem, eam probandi vnus incumbat *Maſcar. de probat. concluſ.* 815. *num.* 66. *& concluſ.* 814. *num.* 5. attamen non ſufficeret in genere, niſi ſpecialiter deducatur, & probetur, ſubdit *ibidem num.* 6.

Num. 15. *Vulpell. conſ.* 30. *num.* 15. *conſ.* 149. *nu.* 6. & multum operatur *idem conſ.* 62. *num.* 3. *conſ.* 105. *num.* 6. *latiſſime Farin. in eius praxi quæſt.* 47. *à num.* 185. *cum ſeq.*

Num. 16. in terminis *Vulpell. conſ.* 148. *num.* 3.

Num. 17. alia plura concernentia eandem materiam extractionis poſuit, *Muta in cap. Regis Martini XV. tom.* 3. *à num.* 17. *cum ſeq.*

# *SVMMARIVM.*

1 *SVbſtitutio perpetua cenſetur: & non ſufficit ſemel verificari.*

1 *Conſeruatio familiæ non poteſt in primis dari.*

3 *Sub-*

3 Subſtitutus admittitur etiam data caducitate.

4 Conſuetudo non requirens ſubſcriptionem in prothocollo tabellionis valida eſt, & inibi cum ſequentibus laſæ de intellectu pragmaticæ editæ Compluti circa ſolemnitatem inſtrumentorum, quæ habetur in noua recopil.LL.Regni lib.4 tit.25.l.13.

5 Iudex poteſt conſuetudinem inueſtigare, etiam abſque citatione partis.

6 Signum tabellionis non requiritur in protocollo, nec eſt de eius ſubſtantia.

7 Tabellionis prothocollum carens ſigno, & ſubſcriptione efficax eſt, vt ex eo iudicis mandato inſtrumentum publicum educi poſſit.

8 Citatio non eſt neceſſaria in extractione inſtrumenti de prothocollo. & ibi quomodo hoc intelligatur.

9 Prothocollum ſi ſit cancellatum in parte non ſubſtantiali non nocet.

10 Pater poteſt venire aduerſus contractum factum cum eius filio ex cauſa matrimonij.

11 Donatio propter nuptias in Hiſpania dicitur arra, quæ ſponſæ conſtituitur.

12 Pater non poteſt facere donationem ob cauſam matrimonij filio quem habet in poteſtate.

13 Intellectus l. Pomponius Philadelphus, ff. famil.herciſcun.

14 Donatio facta filio niſi traditio rerum donatarum interueniat, non confirmatur emancipatione ſuperueniente.

15 Donatio facta filio in poteſtate etiam iurata non valet, & num. 16. & 17.

17 Melioratio filio facta ſuiuatura ante leges Tauri. & ſecundum eas eſt reuocabilis, & multis ſequentibus.

18 Iuramentum ſuper actu libero præſtitum, ipſum actum neceſſarium non facit.

19 Iuramentum non debet operari in tertij præiudicium.

20 Donatio ſeu melioratio facta filio ſi non fuerit acceptata, ante acceptationem reuocabilis iudicatur: etiam ſtante l.3.tit.8. lib.3.ordina. (quæ habetur in noua recopila. lib.5.tit.16.l.2.) cum ſequentibus num.

21 Acceptatio donationis requiritur, etiam ſi donatio fuerit iurata. & ſequentibus.

22 Diſpoſitio tex.in l.17.Tauri (quæ habetur libro.5.nouæ recop.tit.6.l.1.) an extendatur ad præterita.

23 Donans ante acceptationem donatarij remanet dominus rei donatæ.

61 cum ſeqq. Quæ & confirmantur † quia donatio minimè comprehẽdit ea bona, quæ donans in futurum habuit, & augit, etiam in bonis in dicta melioratione cõtentis, ex tex.notab. in l.ſi ita,ff.de auro,& arg.leg.quem ad hoc Bald.allegat in l.fin. col 1.verſ.nota,quod verba,C.quæ res pign. oblig.po.& Paul.Caſtr.in l.fin.col.pen.verſ. in gloſ.ibi per ſtipulationem, C.de pact. & inibi Claud.col.penult.verſ.nec obſtat, vbi Paul.Caſtr.dicit,quod hæreditate donata non comprehenduntur bona futura in ea quæſita, ex text.in l.ſi mand.uero,§.is, cuius,ff.de leg.2.& in l.fin.§.1.ff eod.tit. Et donato fundo, nunquam venit augmentum ſuperueniens, vt tenent antiqui,& Alexandr.in l.ſi ex toto,in prin.col.fi.ff.de leg.1.& Bart.in l.1.col.fin.verſ.vltimo iſta

62 lex ff.de reb.dub. Quid multa † & melioratio facta filio de bonis præſentibus intelligenda quidem eſt, non verò de futuris, ex text.in d.l.ſi ita, quem in terminis meliorationis ad hoc allegat Io.Lup. in repetit.cap.per veſtras, de donat.int.vir.& vxor.§.49.num.5.verſ.item ſi mater,fol.28 col.4. Quod quidem differt à l.Taurin.23. (quæ habetur lib.5. nouæ recop. tit.6.l.7.) vbi diſponitur tempus mortis eſſe attendendum in meliorijs,& idem Io.Lup.in eadem l.23.Tauri.num.1.verſ.intellige ſecundo,ait,quod & in contractu ex cauſa ma-

trimo-

Digitized by Google

trimonij confecto tempus mortis, futurumuè non eſt conſiderãdum: ſed tantũ tempus donationis, vel meliorationis, allegat inter alia *Bald. in l.ſucceſſione, C. de reuoc.his,quæ in fraud.cred.* Rurſum nec in dicta domu contenta in prædicta melio-
63 rationis ſcriptura † comprehenduntur areæ, & alia, quę apud ipſam domum sũt, ad quæ ex dicta domu non habetur tranſitus, ex *tex.in cap.Raynutius*, & inibi *Io. Andr.& Guilier.Benedict.in eius repetit.in verb.& hortum, num.1.cum ſeqq.char.215. de teſta.& ad idem eſt tex.in l.pe.ff.de verb. ſignif.& in l.prædijs.§.ff.de leg.3.* & habetur *in l.Olimpio, ff.de ſerui.urban. præd.* & conſtat etiam *in l.2.C.de metal. lib.12.* & ibi *Io.de Plat.& Bal.in l.2.C.de bon.natal. li.10.* notant etiam *DD.in l.plerique,ff.de in ius voc.* & alibi ſepè.

Nec dicto D. Didaco Oſorio ſententia arbitraria refragatur, quę quidem ſine
64 actis producta eſt. Quia ſentẽtia † ſine actis valet, vt traditur *in c.quoniam contra.de probat.& inl.emancipatione.* & inibi
65 *Bald.C.de fid.inſtrum.* cum alijs † & conſtat ipſa acta non interueniſſe, ex quo in proceſſu non reperiuntur, vt probatur in *d.c.quoniam contra falſam,de probat.& in l.fin.C.de re cred.& ſi cert.pet.* & ibi *Bart.* & latè *Dec.in conſ.483.pro reſolutione,col. 1.nu.4.& ſeqq.* cum alijs, de quibus *Seba. Vanti.in tract.de nullitat. in tit. de nullitat. ſentent.ex defectu cita.nu.12.cum ſeqq.pag. 402.& 403.* Nec cõſtat partem dicti D. Didaci Oſorio ad dictam cauſam citatũ,
66 † & ob id vtrique minimè nocet, ex *tex. in l.fin.vbi gloſ.& Bald. C.de legibus, & in Clem.paſtoralis.de re iud. & in l.1. §.item cum edicto,ff quæ ſententia, ſine appell. reſcin.et in l.5.ti.26.p.3.facit l.nam ita diuus, ff.de adopt.& in l.de vnoquoque,ff.de re iud. cum alijs.* Quæ citatio iure non præſumi-
67 tur † (præcipuum de ea non conſtando in proceſſu dictæ cauſæ) ex tex.& inibi *Bald.in cap.vn.§.ad hæc in verbis,quod Imperator in tit.de pact.iur.firm.* & ex text. *in cap.quod ſicut,de elect. in verb.Quod ſi eos vocatos non fuiſſe conſtiterit.* Sunt & aliæ concordantiæ, de quibus meminit *Seba. Vant.in d.tit.de nullit.ſent.ex defect.cit.nu. 12.cum ſeqq.* Nec ad cauſam citatus pa-
68 ter dicti D. Didaci habetur, † & ſi ad ſententiam prædictam audiendam, fuerit citatus, ex *text.in l.qui repudiantis,§.fin.ff. de inoff.teſtam.* & abundè notat *Signorol. de Homed.in conſ.257.in quæſtione. col.fin. nu.6.* cum alijs, de quibus *Vant.in d.tract. nullit.in tit.de nullitat.ſent.ex defectu cita. nu.111.& ſeqq.pag.mihi 445.* Denique dicta ſententia dicto D. Didaco non nocet, cũ
69 ſuper rebus † maioricatus lata fuerit, & ob id ſequentibus ſubſtitutis præiudicare non valet ſententia lata cum prædeceſſore, præſertim cùm prædeceſſor ab ea non appellauerit, vt conſtat *in l.ſi ſeruus plurium.§.1.ff. de leg. 1. & in d.l.cùm repudiantis,§.cum contra,ff.de inoff.teſtam.* & in proprijs terminis adnotat *Andr.de Iſer.in c.1.§.ſi vaſſallus,col.3.in tit ſi de feud.fue.controu.int. dom.& agna.* & inibi *Alber. col.fin.* & quæ abundè *Alex.* tradit *in l.ſæpe, char.6. verſ. nono,& vltimo congerit,ff.de re iud.& Fel. in c fin.col.2.de maior. & Rip.in repet. l.filiusfamilias,§ diui,num.64.ff.de leg.1.poſt eumdem Iſer.in cap.ſi vaſſallus de feudo ſuo, col.2. verſ. item ſi feudum non eſſet hæreditarium,in tit.ſi de feud.defun.mili. controu. fue.*& in puncto iuris hanc partem, vt veriorem tenet *D.Greg.Lup.in l.20.in verb.Pero coſas,col.2.verſ.& quid quando,tit.22.par.3* ad quod ibi refert *Dec.* in loco, de quo ibi dicentem hanc eſſe communem opinionem, & in caſu noſtro prędicta opinio *Iſer.* veriſſima eſt, & ſi indiſtinctè, & generaliter contrarium teneat *Oldrad.in conſ.94.eleganter, col.penul. & fin.* quem optimè defendit *Pinellus Luſit.vir quidem eruditiſſimus in rep. l.1.C.de bon.mater.3.p.nu.48. verſ ſed contraria*, & videas ad prædicta *Sigiſm. Neap.* qui notabiliter loquitur *in conſ. 10. per tot. in materia feudali.* Verum & ſi omnia ceſſa-
70 rent † dictus D. Didacus Oſorio iure optimo à dicta ſententia potuit appellare à tempore ſcientię, & notificationis dictæ sẽtentiæ infra quinque dies ſecundum leges Regias (de quibus nos ſupra memores fuimus *in conſ.12. in hac lite num.13.*) & inſignè *Alex.* tradit *in d.§. diui,col.4.* & etiam *Felin.in cap.quamuis.col.penul.de re iud.& Curt.in tract.feud. in 7.p.q.9.& Greg.Lup. in d.l.20.in verb.Pero coſas, col.2. verſ.non tamen,* quibus accedat *tex.in l.7.tit.23.p.3.* Et plerique tenuerunt, quod in rebus maioratus, etiam ſi dictus D. Didacus Oſorio hęres ſui patris fuerat, poterat aduerſus di-
71 ctam ſententiam allegare, † & patris, ſeu dicti ſui facto aduerſari, vt notat *gloſ.in c.1 §.hoc quoque, in tit.de ſucceſſ.feud.* quæ loquitur in feudo antiquo, cui inibi *Bald.* conſentit *col.3..& idem Bald.in conſ.82. proponitur, quod inueſtitura,col.2.lib.1.* & copioſè *Iaſ.in conſ.7.vertitur,col.8.lib.3.& in conſ. 168.in cauſa,& lite,col.fin.lib.4.* (vbi & refert duo *conſilia Alex.ſingularia in propoſito quæ videnda ſunt*) & idem tenet *Socin. iun.*

in

Digitized by Google

*in conſ.77.licet in præſenti,nu.134. et melius nu.137.& ſeqq.lib.1.& Thom.Grammat.in deciſ.93.in cauſa illuſtr.num.8.& 9.* quibus accedat *tex.in l.3.ff.de interd.& releg. & in l.ſi arrogator,ff.de adopt. & in l.1. & 2. C. ſi quid in fraud.patro.*& prædicta opinio cõmunis eſt,& equior,vt teſtatur *Luſit.Pinel. in rep.l.1.C.de bon.mater.3.par.nu.99.verſ. ſed pro ſucceſſore,cum ſeqq.*& ſi inibi *in prin. d.nu 99.* referat plures contrariam opinionem tenuiſſe in terminis *l.cum à matre, C. de rei vendic.* & vltra per eum ibi citatos, idem in effectu in contrarium tenuit *D.Gregor.Lup.in verb.Entonce,verſ.& quid ſi pater,tit.13.p.5.*& vide, quæ nos etiam in cõtrarium citauimus *in conſ.34.num.38. & ſeqq.*

Et his hoc finitur conſilium, & de dicti D.Didaci Oſorio de Cazeres ( qui fuit frater vxoris meæ)iure optimo conſtat.

*Doct.Burgen.Marcus Salon de Pace.*

# ADDITIO.

NVm.1.dixit *Molin. de primog.hiſpan.lib.1.c.4.nu.14* quod ex hoc verbo maioratus deducuntur omnes ſubſtitutiones, quæ neceſſariæ ſunt, vt bona perpetuò conſeruentur in familia per rationes ibi adductas, & licet ècontra ſubſtitutio ſemel extincta, amplius reuiuiſcere non poteſt, *Menoch.de præſumpt.lib.4.præſump.50 nu.12.*ſicquè euaneſcente prima ſubſtitutione omnes poſt primam ſubordinatè corruunt,probat *Pereg.de fideicom.art.29.nu.29.* adhuc ipſe ex multis *ibi* adductis *nu.30.*dicit, non procedere, vbi fuerit cogitatum de conſeruando bona in familia, cuius ſucceſſio non ſolùm in deſcendentibus primi inſtitutoris, ſed etiam in collateralibus perpetua eſſe debet, *idem Molin.d.tract.lib.1.cap.4.nu.39. Reg. Valenz.conſ.69.num.2.*

Num. 2. licet finis primogeniorum ſit conſeruatio familiarum,*d.tract.eodem lib.1.cap.21. nu.3.* atque familiæ verbum,non ſolum agnatos venient cognatos comprendat,*idem lib.3. cap.4. nu.9.*ac probant alij *per Peregrin.dict. tract.*relati *in art.22. num.26.& art. 30.n.15.* quia tamen ſicut fideicommiſſum relictum inter illos de familia ordinè ſucceſſiuo,per fideicommiſsũ defertur,vt *idem Pereg.*probat *art.19 nu.12.*ita etiam cum ſit perpetuò cõſtitutum inter agnatos,aut deſcendẽtes,tranſit de vno in alium, iuxta illorum proximitatem,*idem art.22.nu. 77.*ſic & maioratus,qui licet iure ſanguinis non hæreditario defertur,*Molin.d.tract.lib.1.cap.3.num.11.* adhuc ſemper ad proximiores defertur, vt ſubdit *nu.13.* quo fit, vt cum primus deceſsit, maior natu ſequens iure directo ſuccedat;*Molin.d.l.1.c.14.n.15* Cæteris antem ſucceſſoribus proximioribus obliquo,ſic etiam ſucceſſio maioratus pluribus ordine ſucceſſiuo delata primis morientibus,ſequẽtibus ex proprijs vocationibus defertur,*idem lib.3.c.6.nu.29.* & ex hijs notatur differentia inter eos, iuxta opinionem Authoris, quã ſectatur *Reg. Valenz.vbi ſupra.*

Num.3.ſubſtitutio non expirat in Hiſpanorum primogen. poſſeſſore cum liberis moriente, ſed bona eius ad ſequẽtem vocatum deferuntur,ſi liberi eius ſine liberis moriuntur, *Molin.d. tract.lib.1. c.6.num.18.*

Num.4. nam conſuetudo facere poteſt, quod in inſtrumento non adhibeantur ſollemnitates, *R. de Curte in c.fin. de conſuetud.fol.18.verſ.10.inſertur.*

Num.5 vide *Rocc.de Curt.in d.c.fin.de conſuet. verſ.8. quæro principaliter fol. 65.col.1.*

Num.6. *Cauall.pract.quæſt.*

Num.7. eo maximè ſi eſſet antiquum prothocollum, cui crederetur etiam ſine ſubſcriptione,& ſigno, *Maſcard. de probat.concluſ.1249.num.17.& 18. Mareſcott. variarum reſolution. lib.2. cap. 68.*

Nu.8.

Digitized by Google

Num.8. vide *Affl.in conſt. baiulos omnes, ſub num.*19.*verſ.tertium requiſitum.*

Num.9. *Maſcard.de probat. concl.*1249. *num.*12.

Num.10,licet in ſe verà ſit regula illa, quod donatio inter patrem, & filium in poteſtate regulariter non valeat, vt probat *Duena in regul.*223. *Aſcan. Clement.de pat.poteſt.effectu* 2.*num.*2. fauore tamen matrimonij valet, vt tenet *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.*4. *num.*6.*&* 7.vbi ſic deciſum refert *Gutier.de iuram.confirm.p.*1.*c.*4.ponit regulam cum limit.

Num.11.*Fontanell d.tract.clauſ.*4.*gloſ.*1. *nu.*11.*Valaſc.conſult.*2.*num.*3.

Num.12. an & quando valeat donatio facta à patre filio contemplatione matrrmonij,latè *Conſ.Paſchal.in tract.de vir.patr.poteſt.p.*1.*c.*4.*num.*36. *Conſil. Theod.allegat* 43. *nu.*12. *& nouiſſimè Doctor Io. Iacobus Anichinus apud D. Epiſcopum Riccium in* 8.*par. collectan.* 3529.

Num.13. *Alph.collect.*540.

Num.14.vide *Angul.de meliorat.l.*1.*gloſ.* 4. *&* 5.

Num.15.*Seraphin de priuil.iuram.in* 72. *priuil.* & meliùs ad rem noſtram *Guttier.de iuram.confir.p.*1.*c.*59.*in fin.*

Num.17. *Angul de meliorat. l.*1.*gloſ.*4. *Guttier.vbi ſup.num.*3.

Num 18.*Seraſ.de priuil.iuram.priuil.*40. *num.*9.*d.priuil.*72.*nu.*5. *Fontan.clauſ.* 4.*gloſ.*7.*par.*3.*nu.*57.*Theſaur.dec.*206 *Mareſc.var.reſol.lib.*2.*c.*27.

Num.19. *Seraſ.d.tract.priuil.*21.*nu.*18. *& priuil.*71.*num.*21.

Num.20.ex multis probat *Angul de meliorat.l.*1.*gloſ.*8.*nu.*18.& ſic deciſum tradit *Seraſ.deciſ.*427.*nu.*2.*Fontanell. d.tract.clauſ.*4.*gloſ.*8.*nu.*6.*& ea.clauſ.* 4.*gloſ.*1.*nu.*18.*Camill.Borrell.conſ.*64. *nu.*44.*Bertazzol.conſ.ciuil.*47. *num.*5. 20.*&* 29. *Cauall.pract.quaeſt.lib.*1.*q.* 54.*num.*10.

Num.21. ad hoc nota, quod donans, etiam ſi iurauerit, non ſequuta ratificatione donatarij non obligatur,*Bertazzol.conſ.ciuil.*47.*num.*4.

Num.22.quemadmodum lex noua non trahitur ad negotia præterita,niſi exprimantur, *Affl. in conſtitut.præſentes, num.*17.

Num.23. nullum enim ius acquiritur abſenti ante acceptationem, *Cauall. pract.quaeſt.cap.*54.*num.*3.ideo,vt ipſe ſubdit *num.* 11. quod donator non habet animum ſe obligandi ante acceptationem,nō mirum ſi adhuc Dominus remanet,& diſponere poterit, etenim ante traditionem dominium ſemper remanet apud donantem, *Iacob.Gall.conſ*158. *ſub nu.*10.

Num.24.*Iacob.Gall.d.conſ.*158.*num.*11 *Cancer.var.reſol.tom.*1.*cap.*8.*num.*14.

Num.25.latè *Alph.collect.*62.vbi multos allegat *Ricc.collect.*469.*Barz.dec.*36.

Num.26.vide *Fontan.de pact.nupt.clauſ.* 4.*gloſ.*1. *num.*23.

Num.28. ſic etiam pater poteſt grauare filium in ſuo teſtamento, vt reſtituat bona per eum illi donata in capitulis matrimonialibus, caſu quo decedat ſine filijs alteri ex filijs teſtatoris, *Cācer.var.reſol.c.*7. *nu.*120.*tom.*2. quod & latiſſimè tractat,& probat *Io.Iacob. Anichinus loc.cit.per tot.*

Num.29.adde *Genuam in tract.de enunciat.verbis lib.*2.*q.* 29. & quibus alijs modis probetur, refert *Maſcard. de probat.concluſ.*40. *ad* 45.

Num.30.cæterum quando diuiſio facta prætextu teſtamenti fieret, quod valere putabatur retractatur,ſi poſtea de eius inualiditate appareret, *Ceſ. Manent.conſ.*137.*nu.*43.*vol.*2. nam approbatio teſtamenti iure communi inualidi non obligat hæredem ad illius obſeruantiam, *Peregrin.deciſ.*32. *num.* 29.

Num.31. quemadmodum ratificatio, quæ conſenſum non requirit, non tamen præſentiam corporalem, *Viu. opin.*796. *num.*18.

Num.32.*Surd.deciſ.*267.*nu.*1. *Menoch. de præſumpt.lib.*2.*præſumpt.*45.*nu.*7.

Num.34.vide *Peregr.de fideicom.art.*52. *ſub num.*104. *verſ.quartus,* vbi ſicuti & contractum approbare cenſētur,

qui

qui pecuniæ partem ex eo debitam ſoluit, *Bertaz. deciſ.* 125. *nu.* 6.

Num. 35. & pariter teſtamentum approbat adeundo, ita quod contrauenire non poteſt, *Surd. deciſ.* 93. *nu.* 9. & talis approbatio non trahitur ad ea, quæ ſunt aduerſus legem diſpoſita, & non trahitur approbatio generalis, & indiſtincta ad ea, quæ in ſpecie veriſimiliter ille non approbaſſet, *Phanuc. de inuent. p.* 7. *nu.* 112.

Num. 36. vide *Iacob. Nouell. in reg.* 66. *in* 1.

Num. 37. *Peregrin. de fideicom. d. art.* 52. *num.* 104. poſuit vndecim caſus, ex quibus præſumitur notitia teſtamenti, & in vltimo poſuit caſum Author. Ita etiam hæres præſumitur de teſtamento notitiam habuiſſe, vbicunque in patria ſua notum, manifeſtumq; ſit defunctum condidiſſe teſtamentum, *Vtu. opin.* 835. *nu.* 12. Item quando filius erat in domo, dum conderetur, *Maſc. concluſ.* 1299. *num.* 4. vbi *num.* 7. etiam dicit, quod adiens hereditatem ex eo, & poſſidens illam, ſcire præſumitur.

Num. 38. conferunt *hic*, quæ diſcutit *Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſump.* 66 quando ſcriptura cenſeatur approbata, vt ibi, nam ſcripturam ſubſcribens dicitur totam ſcripſiſſe, *Borgn. dec.* 27. *nu.* 62. *par.* 2.

Num. 39. *Maſcard. de probat. d. concluſ.* 1299. *num.* 20. ſcripturæ retentio arguit eius approbationem, *Peregr. dec.* 33. *num.* 12.

Num. 40. conferunt collecta *per Alph. collect.* 716.

Num. 41. vide *Barz. d. deciſ.* 125. *num.* 5. qui loquitur in contractu.

Num. 42. addas *Aluarad. de coniect. mēte teſt. lib.* 2. *cap.* 4. *nu.* 28. *& lib.* 3. *cap.* 2. *nu.* 67. Et huic accedit etiam, quod res empta ex pecunia redacta ex alia re maioratus, vel pretiū eius, an ſubrogetur, & intret in eius locum, vide *Molin. de primog. hiſp. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 24. 29. 30. *&* 31. *Reg. Valenz. conſ.* 69. *nu.* 263. idem in permutatione, *Cabed. deciſ.* 170. *nu.* 3. *p.* 1. *Rouit. conſ.* 15. *to.* 1. *num.* 37. *&* 41.

Num. 43. *Maſcard. de probat. concl.* 368. *num.* 22.

Num. 44. *Maſcard. d. tract. concluſ.* 1356. *num.* 2.

Num. 45. *Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 9. *num.* 20.

Num. 46. Remuneratio ſupponit obligationem quandam, non tamen compellit neceſſario, *Menoch. de præſump. lib.* 4. *præſumpt.* 167. *nu.* 33.

Num. 47. vide *Maſcard. de probat. concl.* 247. *num.* 130.

Num. 48. aditio hæreditatis pendet ab animo noſtro, *Maſcard. de probat. concluſ.* 44. *num.* 6. ideo ad eſſentiam aditionis requiritur animi declaratio, *idem concluſ.* 40. *nu.* 4. ibique per multas concluſiones oſtendit, qualiter aditio probetur, & probatur etiam verbis enunciatiuis, latè *Graſſ. de ſucceſſ. tom.* 2. *artic. acquiſitio hæreditatis quæſt.* 7.

Num. 49. latè *Menoch. de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 67. *nu.* 1. *Maſcard. eod. tract. concluſ.* 1202.

Num. 50. *Mantic. de coniect. vltim. volun. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 4. *&* 5.

Num. 51. *Ant. Gabr. lib.* 1. *tit. de teſtib. concluſ.* 6. *num.* 11.

Num. 52. nota, quod ad probandum poſſeſſionem teſtes ſingulares ſufficiunt, multos adducit *Ant. Gabr. dict. tit. de teſtib. concluſ.* 2. *nu.* 32. & fortius confeſſionem illius.

Num. 53. *Ioſeph Ludou. in ſuis concluſ. tit. de hæredi. concluſ.* 1. *verſ. decimo, quod aditio hæreditatis.*

Num. 54. *Maſcard. d. tract. ead. concluſ.* 1202. *num.* 33.

Num. 55. vide *Merlinum in tract. de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 7. præſertim *nu.* 15. *&* 26

Num. 56. *Merlin. vbi ſupra num.* 26. *ibi verſ. tum quia tex.* vide *Seraſin. de priuil. iuram. in priuil.* 74. *nu.* 16.

Num. 57. *Seraphin. dict. tract. priuil.* 106. *nu.* 10. *&* *priuil.* 70. *num.* 1.

Num. 58. huic conuenit, quod probat *Maſcar. d. tract. concluſ.* 24. *num.* 10.



Digitized by Google

quod confeſſio facta parte abſente, & extraiudicialiter plenè probat, quando agitur de declaratione actus, cuiuſpiam dubij, ab eo, qui confitetur facti.

Num. 59. ad hanc regulam conferunt congeſta per *Barboſ. in opuſc. Princip. iur. lit. A. nu. 93. Maſcard. eodem tract. concluſ. 946. num. 20.*

Num. 60. ſicuti nec de perſona ad perſonam, *Loſeus de iure vniuer. p. 3. c. 3. num. 11.*

Num. 61. vide *Mantic. de tacit. et ambig. lib. 13. tit. 25. à nu. 8. cum ſeq. Angul. de meliorat. l. 1. gloſ. 11. num. 25.*

Num. 62. vide *Gomeſ. in l. 17. Tauri n. 11 cum ſeq.* qui cum diſtinctione procedit in hoc.

Num. 63. videatur *deciſ. Afflict. 298. n. 4. & 5.* ſi vendita domo veniat hortus, & quæ ſunt ad vſum domus, & cætera, ad quod facit optima *deciſ. Maril. 71.* ſi vendita domo veniant ea, quæ perpetuo vſui domus deſeruirent, vt ſunt ſpecularia, vitriatæ, & geloſiæ, & de alijs acceſſionibus ad maioratum copioſè *per Molin. lib. 1. c. 26. per tot. lib. 3.* quid in ſtatuis affixis domui, *Rota in nouiſs. deciſ. 822. num. 1.*

Nu. 64. nota, quod ſententia eſt de actis, *Carau. in rit. 34. num. 6.* & dicitur de proceſſu, venitq; appellatione actorum, *idem in ritu* 288. *nu. 24.* ſequitur *idem Auguſtin. Fauſtin. in addit. ad praxim, Pancirol. p. 2. verſ. ſed videndum eſt, fol.* 145. adeo quod ſi lata eſſet ſine cauſæ cognitione eſſet nulla, *Cauenſ. in rit. 56. nu. 3.* & paritèr abſque probationibus, *Affl. deciſ. 28. nu. 2.* merito præiudicare non poteſt, niſi eſſet antiqua, quo caſu præſumptionem faceret ſine productione actorum, *Afflictus deciſ. 245. num. 3.*

Num. 65. & acta iudicij non fuiſſe facta probantur per inſpectionem proceſſus, *Vant. de nullit. rub. de null. ex def. citat. num. 15.*

Num. 66. *Ann. alleg. 7. num. 5.*

Num. 67. *Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 22. num. 1.*

Num. 68. adhoc videas *Muſcat. in praxi Sac. Conſ. lib. 1. p. 7. gloſ. ſententiam per totam.*

Num. 69. vide *Molin. de hiſpan. primog. lib. 4. c. 8. nu. 3. & ſeq.* vbi plura.

Num. 70. *Molin. vbi ſupra num. 10.*

Nu. 71. licet hæres et in feudis hæreditarijs confecto inuentario contra factum defuncti venire non poſſit, *Gratus conſ. 9 num. 18. vol. 1.* ſecus tamen in feudo ex pacto, *Regens de Pont. conſ. 13. 52. & 88. vol. 2. & in tract. de poteſt. Proreg. tit. de reſut. feud. §. 2. num. 19.* & qualiter procedat primum dictum in feudo hæreditario, *Franc. Amic. in repert. cap. 1. de hijs qui feud. dar. poſſ. §. ſed hic pulchrum num. 4. fol. 10. Reg. de Curt. in diuerſ. feud. §. multoties concedens nu. 11.*

# *SVMMARIVM*

1 *Verba enunciatiue propter ſe emiſſa plenè probant inter eaſdem perſonas.*

2 *Verba laudi, & ſententiæ arbitrorum præiudicant non contradicentibus laudo.*

3 *Scripturę cum fuerint antiquę, & ſecundũ earum tenorem obſeruatum, non poteſt tractari, an fuerint ſolemnes, vel non, & n. 7. cum ſequentib.*

4 *Contractus præſumitur præceſſiſſe ex antiquiſſima præſtatione.*

5 *Vniuerſitas obligatur ex proprio contractu, & num. 38.*

6 *Vaſſalli coguntur obſeruare conuentionem cum eorum domino factam.*

7 *Solemnitas præſumitur interueniſſe in cõtractu Vniuerſitatis ex temporis antiquitate, & ibi nu. 8. idem dicitur, de cõtractu facto cum Eccleſia.*

10 *Prẹſcripiio immemorialis non tantum teſtibus, ſed etiam ſcripturis (maximè antiquis) probari poteſt.*

11 *Vaſalli tenentur ſuis dominis temporalibus ſoluere, quæ à tempore immemoriali eis præſtiterunt, & nu. 29. & ſeq.*

12 *Immemorialis prẹſcriptio vim tituli habet.*

17 Im-

Digitized by Google

17 *Immemorialis præſcriptio tantum poteſt, quantum Princeps cum cauſa.*

14 *Immemorialis conſuetudo habet vim legis.*

16 *Vectigal præſcribi poteſt.*

17 *Immemoriali præſcriptione extante, nulla cauſa præſcriptionis alleganda, probandave eſt.*

18 *Immemorialis conſuetudo iuris, & de iure præſumptionem inducit.*

19 *Immemorialis præſcriptio non diruitur, & ſi conſtet de inito.*

20 *Immemorialis conſuetudo non requirit, quod dominus eam probet, quando ei vaſalli aliquid ſoluunt ex aliqua cauſa, neipè pro laborerio, & nu. 21.*

22 *Conſuetudo interpretatur priuilegium, etiã contra eius verba.*

23 *Domini temporales fundant intentionem ſuam, in eis, quæ ad Regem concedentem pertinebant.*

24 *Læſio probari debet ab eam allegante, & num. 39.*

25 *Contractus probatur geſtus in vtilitatem Vniuerſitatis, ex aſſertione facta per ipsã Vniuerſitatem in ipſo contractu de tali vtilitate.*

26 *Læſio debet probari habita conſideratione ad tempus contractus.*

27 *Reſtitutio non competit populo aduerſus contractum decurſis triginta annis.*

28 *Contractus præſumitur factus in fauorem Eccleſiæ, & in eius vtilitatem pretium fuiſſe conuerſum propter antiquitatem temporis.*

29 *Vaſalli non præſumuntur metu cõtractum feciſſe cum eorum domino temporali, & multis ſequent. Et inibi latè de intellectu doctrinæ Innoc. & DD. in c. quod latenter de verb. ſignific.*

40 *Metus non præſumitur, & contrarium dicenti incumbit onus probandi, & numer. 32.*

31 *Solutio per vaſſallos ſuo domino temporali præſumitur facta ex titulis præcedentibus, etiam nullis.*

33 *Præſcriptione immemoriali probata, præſumitur titulus, & bona fides, & purgatur qualibet præſumptio, quæ fuerit in contrarium.*

36 *Domini temporales ex conſuetudine habent ius creandi tabelliones.*

37 *Dominium probatur ad dominos temporales pertinere, ex ſolutione eis facta per ſuos vaſallos.*

# ARGVMENTVM.

Pertractatur materiæ annus ſolutionis certæ rei debitæ, quæ per contractũ permutationis aliquorum bonorum ceſſauerat, & ſi prætenſum ſit talẽ contractum informem eſſe, exiſtente immemorabili præſcriptione ſolutionis prædictæ non factæ, ita quod nec remedio reſtitutionis in integrum coadiuuari poſſit, nec quoque metus expeditione oppoſita per Vniuerſitatem cõtra dominum ad præſtationem ſoluendam, & qualiter procedat, diſtinctim adnotatur.

## CONSILIVM XV.

IN hac lite Benauentani Comitis, optimi maximi Dei auxilio poſtulato, quam ipſe Comes habet cum eius oppido Turris Mormojon.

Iure probabimus, primum quidem iuſtè dictum Comitem defferre panis ann. 200. & morepetinorum, 8500. dictumq; Comitẽ eſſe ab aduerſariorum petitione abſoluendum, ex ſequentib.

Primò, ex permutationis contractu, quò conſtat, dominum dicti oppidi complura ex ſuis bonis ipſi oppido dediſſe pro dicto annuo pane, de quo contractu ſat conſtat ex ſcriptura compromiſſi, & ſententiæ arbitrorum hac in litẽ producta, edita ann. 1182. & ex verbis enunciatiuis ibidem propter ſe

1 emisſis † quæ cùm fuerint inter eaſdam partes (nempè quia inter ipſius populi dominũ, & ipſum oppidum (plenè probant, ex text. in l. optimam, C. de contr. & commi. ſtipul. cum aliis, quæ Scriben. tradunt in l. ſciẽdum, ff. de verb. oblig. & in l. talis ſcriptura, ff. de leg. 1. & in l. ex his verbis, C. de teſtam. mili. & quod confeſsio dictæ permutationis in dicto compromiſſo, & ſententia à dicto oppido facta probet, ſatis conſtat ex text. in l. ſi deſiderium, C. depoſi. & inibi Bal. & Paul. Caſtren. poſt Bart. & alios in l. ad-

2 monendi ff. de iur. iur. Verba enim laudi † & ſententiæ arbitrorum præiudicant non cõtradicentibus laudo, vt ait Bart. in auth. ſi quis in aliquo documento, ad fin. C. de eden. cum alijs, de quibus meminit in noſtro propoſito Aym. Crau. in conſ. 54. quæritur, n. 22. & 13. Et hæc maximè obtinent, quia dictæ ſcripturæ ſunt antiquisſimæ fere ducentorũ annorum, ex his, quæ habentur in d. l. ex his



Digitized by Google

*verbis,& inibi Iaſ.col.a.4.limi.& in l.cum aliquis,C.de iur.delib. & in clem.1.de prob.* & alibi ſæpe.

3 Verum, & iam dicta fortificantur † quia à tempore,& initio dictarum ſcripturarum, ſolutio dicti annui panis hucuſque vniformis facta eſt, quare non eſt tractandum, an tales ſcripturæ fuerint ſolemnes, vel non cũ ſecundum earum tenorem fuerit obſeruatũ, vt probatur *in l.ſcripturas,C.qui pot.in pigno.hab.*& id conſuluit *Cinus inter conſilia Bal.in conſ.*400.*col.*1.*lib.*4. eandem opinionem tenet idem *Bald. in alijs conſilijs*, de quibus meminit *Aym.Crauet. in conſ.*158. *viſis actis,nu.*1.*cum ſeqq.*vbi plura refert ad hoc noſtrum negotium videnda,& *Aret.in conſ.*11.*procedendum, col.final. & Socin.in conſ.*25.*nu.*25.*lib.*1.& idem *Aym.in conſil.*101.*nobilis Guigo.num.*4.*& in conſ.*277.*in hac cauſa,num.*2.

4 Et quod † de dicto conſtat contractũ (vltra iam dicta) ex tam antiquiſſima præſtatione,probat *text.in l.cum de in rem verſo.ff.de vſur.& inibi Bart.col.pen.& fin. idẽ Bart.in l.ſolent,§.fin.ff.de off.procõnſ.& leg.* & idem conſtat *in l. litibus, C. de agric.& cenſ.lib.*11.*& illic Bart. & DD. & Specul. in tit.de locato,§.nunc aliqua, colu.*21.*verſ. ſexageſimo,Felin.in cap.cùm Bertoldus,co.*3 *de re iud.& Doct. in l.ſi certis annis, C.de pact.* cum alijs, quorum *Dec.* meminit *in conſ.*146.*& pro tenui,col.*5.*verſ.ſecundò hoc deducitur,cum ſeqq.et Balb. in tract.præſcri.* 3.*p.prine* q.10.*col.*11. *verſ. an autem obligatio, ſeu titulus*, & in pluribus partibus illiuſmet tractatus, poſt *Abb.in c.fin. de præſcript.*& alibi ſæpe idem traditur.

Cùm ergo dicta ineat permutatio ( & tã antiquiſſima)illam dictum oppidum cuſto-

5 dire tenetur † ſiquidem oppidum, ciuitaſq; ex proprio obligatur contractu,*ff.ſi cer.pet. l.ciuitas*, & illic latè *Doct. Moder.* maximè *Alex.nu.*12.idem,& traditur *in l.præſes,C. de tranſact.* vbi *Paul.Caſt.* & alii, quibus & accedat, quia & ſi nobiles à vaſallis collectas exigere nequeant, ſi tamen conuentionem ſuper eis cum eorum vaſallis conficiãt

6 vaſalli eam obſeruare conſtringuntur,vt notabiliter concludit *Bald.in l.hi,quibus,col.*1. *verſ.item quoad paſſiuam, C. de fideicomm. libert.et Alex.in conſ.*35. *viſo themate*, & ſecundum aliam impreſſionem eſt *conſ.*177 *col.*1.*lib.*2.vbi citat *Specul.in tit.de feud.* §. *quoniam.col.pen.*& idem tenet *Albert.Bru. in conſ.*103.*caſus iſte multas,col.*2.*in princ. et Iacob.de S.Georg.in tract.feud. in rubr.de homagijs,nu.*12.*et* 13.*et nu.*33.*col.*3.*illius num. verſ.et hoc niſi*, & prius idem tenuit *Bart.in d.l.cum de in rem verſo,colum.fin.et Luc.de Pen.in l.*1.*C.ne ruſti.ad vllum obſeq. lib.*11.*col.*3. *in fin.* idem notanter in noſtris terminis tenet *Aluar. Pelag. in ſuo lib. de planctu Eccleſ. lib.*2. *art.*46. §. *quibus ergo, col.*5.*verſ.quid de quæſtis, char.*151. *et Pet. de Auend.de exeq.mand.reg. p.*2.*c.*4. *nu.*12.

Nec nunc poſt tot, & longeua tempora poteſt dici,dictum permutationis contractũ informem,& non ſolemnem, ſiquidem vl-

7 tra tam antiquiſſimam ſolutionem † ipſa temporis antiquitas ſolemnem præſumi efficit,ex traditis *in l.filius*, vbi probatur, *C. de peti.hæred.& in d.l.ſciendum,ff.de verb. oblig.*cum aliis, de quibus *Iaſ.in l.*1 *nu.*10: *cum ſeqq.C.qui admi.& Felin.in cap.Albericus,nu.*3.*de teſtib.& Aym.Crauet.in dict. tract.de antiq.temp.*3.*p.nu.*18.*cum plurib.*

8 *ſeqq.*& idem conſtat † in contractu cum Eccleſia facto,*in c.peruenit,iuncta gloſ.de cenſ.* & inſignè ſic etiam tenet *Ant.de But.in c.ea noſcitur,de his,quæ fi.à Præla.ſine conſ.Cap. & Archar.in conſ.*135.*ex conſilijs,& Alex. in conſ.*79.*circa primum,col.*3.*in* 2.*dubio,li.*1.*& in conſ.*43.*viſa facti colu.fin.lib.*3. *& Aret.in conſ.*36.*caſus talis,col.*2.*Dec.in cõſ.*409.*viſo conſilio,nu.*8.*cum ſeqq. & in conſ.*36.*& pro tenui.col.*5.*verſ.vltimò nõ obſtat. poſt Socin.in conſ.*19.*col.pen.verſ.confirmatur etiam prædicta concluſio, lib.*1.& idem *Dec.in conſ.*341.*viſo puncto, num.*13. *& in conſ.*329.*pro defenſione, nu.*5. *& Socin.iun. in conſ.*22 *pulchra eſt,nu.*16.*lib.*1.*& Hieron.Grat.in conſ.*142.*decreueram nu.*19.*&* 20. *lib.*2.*Petr. Rebuff. in ſuo tract de alien. rer.eccleſ.nu.*37.*cum ſimil. de quibus Aym. Crauet.in d.ſuo tract.de antiq.*3.*p.nu.*8.*ver. ſed iſta opinio*, & adde videndum in propoſito *Iaſ. in l.*2.*num.*155. *&* 160. *C.de iur. emphit.*

9 Proinde & ſi † ipſe contractus citra ſolemnitatem factus eſſet, ex tanti temporis lapſu aduerſarii contra illum venire nequiſſent,ex his, quæ habentur *in c.cum perſonæ, §.quod ſi tales, de priuil.lib.*6. & ibidẽ *DD. & in l.fin.C.de fund.patrimo. lib.*11.*& in c.cum olim,de præſcript. Ang.in l.comperit, col.fin.* & inibi etiam *Salic.col.fin. C.de præſcript.*30.*vel* 40.*anno. & Corn.in conſ.*144. *lib.*2.tradunt *Doct.in l.imperium,ff.de iuriſ. omn.iud.& in c.cum non liceat, de præſcrip.* cum aliis,de quibus latè *Franciſc.Balb.in d. tract.præſcript.*2.*p.quintæ par.q.*7.*per tot.*

Rurſum,& iam dicta ſuadentur, quia à tempore immemoriali dicti annui panis põ-

10 dera præſcripta fuerunt, † quæ immemorialis

Digitized by Google

rialis non tantùm teſtibus, ſed ſcripturis maximè antiquis probari valet, vt palàm *gloſ.* dicit *in c.1.de præſcript. lib.6.* cum aliis, de quibus *Card. Pariſi.in conſ.27. in præſenti, nu.95 lib.1.* & in ſpetie eſt *tex.in l.6.tit.13. lib. 3. ordina.* (quæ habetur *lib.4. noua recopila.tit.15.l.1.*) ibi dum dicit. *Y mandamos, que ſi los tales ſeñores vſaren dela dicha juriſdicion por tanto tiempo, que memoria de hombres no es en contrario.* Sequitur, & facit. *Y lo probaren por cartas, y eſcripturas.* Et idem traditur *in cap.cùm nobis, de præſcrip* & ita conſuluit *Lauren. Calca.in conſ.8.in cauſa pendente, col.5.ante verſic.* & idem voluit, *& Aym.Craue.in d.eius tractat.de antiqui.tempo.4. par.nu.184:* Quæ immemorialis præſcriptio, ſeù conſuetudo,
11 cùm ita euidenter ſit probata † aduerſarij minimè euadere queunt ſolutionem dicti annui panis, vt conſtat *ex l. 27. curiarum Madri.anni.1528.* (quæ habetur *lib:4.noua recopilat.titul.15.l.8.* quæ lex ordi. fortiùs hoc tractat, ſiquidem loquatur in impoſitionibus, idem & conſtat *in l.24. in capitulis correctorum* (quæ habetur *lib.3.noua recop tit.6.l.19.*) & *l.2.tit.11.ordi.lib.4.* (quæ habetur *lib.6.recop.tit.3.l.2.*) & *in l.12.tit. 1.l. 12.* quæ etiam loquitur de longa conſuetudine, & ita minori quàm immemoriali, vt conſtat in *toto tit.C. de præſcript.long. tempor.* & hæc etiam conſtant ex *text. in d. cap.1. de præſcrip.lib.6.* & quia etiam regalia immemorato tempore præſcribuntur, *vt in cap.ſuper quibuſdam, §.prætered, de verb. ſignifi.& in d.l.6.tit.13.lib.3. ordinat.* Im-
12 memorialis enim † vim tituli habet, *l.hoc iure, §. ductus à qua.ff.de aq. quotid. & Si. cap.ſuper quibuſdam, §. præterea. de verb. ſignifi.l.8.titul.1.ordina.lib 7.* quæ habetur *lib.7.noua recopila.tit.2.l.5.* cum ſimilibus, de quibus *Doctor. memores ſunt in d.cap.1.*
13 *de præſcrip.lib.6.* Quæ immemorialis † tantùm poteſt, ſicut princeps cum cauſa, authore *Iſern.in cap.1.in verb.flumina, col.3. in tit.quæ ſint regal.& Iaſon.in l.quominus, nu.42.ff.de fluminib.* cum ſimilibus, de quibus *Nicol. Bellon. in conſ.55. in propoſito, nu.3.* & plenius *Cardin.Paul. Pariſ.in conſ. 101. bona, num. 7.cum ſequentibus, lib.1. & Balb.in tract.præſcript.2.part.principali.in 3.parte, q.6.col.4.ver.limita iſtam concluſionem, & ſequentib.* habetque ipſa im-
14 memorata cõſuetudo † vim legis, *l.1.fi.& l. in ſum.in princ.ff. de aq.plu.arcen.*& notat *Hoſtien.in c.peruenit de cenſib.col.3.* vbi &
15 ait † annua ſeruitia iure cõi prohibita tempore immemorato quæri poſſe cõtra vaſallos, & idem tenet *Ioa.Fab.in §.equè ſi agat. col.5.& 6.inſtit.de act.* His & accedat, quòd dicit *Bart.in l.ſi publicanus, §.fi.ff.de publi.*
16 *& vectigal.* vbi ait † quòd nobilis caſtrum habens præſcribit ius percipiẽdi vectigal. & idem tenet ibi *Paul.Caſtr.*& id. *Paul.in d.l. ſi certis annis, col.2.C. de pact.poſt Bart.in l.cùm de in rem verſo, colu.2.ff.de vſur. & Alex.in conſ.124.ſuper primo, col.1.& 3.li. 4.*& latiſſimè *Balb.in d.eius tract.præſcrip. q.10.* notat *Abb.in conſ.7. tria circa, col.4. verſic.his præmiſſis, lib.2.& in c.cùm nobis, colu.1.de præſcript.* & alibi ſæpè idem traditur.

Et extante dicta immemoriali conſue-
17 tudine † nulla cauſa præſcriptionis allegan-da, probandaue eſt, ex dictis iuribus, & tenet *Ant.de But.in d. cap.peruenit, nu.19. ad finem, & Bart.in d.l.cùm de in rem verſo, col. fin. verſ. ſed ſi non ſoluiſſet,* & tradunt *Cin. & Doctores in d. l. ſi certis annis,* maximè ibi videas *Iaſon. nu.15. verſ.decimò limita, & Balb.in dict. tractat. præſcript.2. part.3. partis princip. quaſt.6. cap.5. verſic. & dicit,* & eſt bona *gloſ.in cap.ſuper quibuſdam, §. præterea in verb.ſignif.* & notant *Doctores in dict.cap.de præſcript. lib.6.* vbi etiam eſt ad hoc bonus *text.* ſi rectè conſideretur; prout eum ad hoc ponderauit *Aym. Crauett. in tractat.de antiquit. tempor.4. parte num.148.* vbi hanc teſtatur veram, & communem reſolutionem, vbi refert plures Doctores hanc partem tenentes, eandem opinionem dicit veram, & communem *Dom. Couarru.in relect.regul.poſſeſſor malæ fidei. §.3.2. part.num.7.verſ.alioqui.de regul.iur. lib.6.* & latè *Cardin. Paul.Pariſ.in d.conſil. 101. num.11.lib.1.* quibus adde *Soccin.in conſ.181.viſis, nu.4.lib.2.*

18 Quin, & ipſa † immemorialis conſuetudo iuris, & de iure præſumptionem inducit, authore *Felin.in dict.cap. cum nobis col. 3. verſ.ſcias etiam nu.7.de præſcript.* traditur *in dict.l.cùm de in rem verſo, & in d.l.ſi certis annis.*

Nec ipſa diruitur immemorialis ex eo,
19 quòd dicatur † ex dicto contractu de initio conſtare, & ita immemorialem non poſſe ſubſiſtere, ex hiſque notantur *in d.c.1.de præſcript.lib.6.*

Tum, quia & in dicto compromiſſo, & ſentẽtia oppidum ipſum fatetur ante ipſum contractum Dominum dicti oppidi dicta pondera annui panis quoque detuliſſe ſine aliquo initio.

Tum

Digitized by Google

Tum, etiam quia dictum compromiſſum, nec dicta ſententia arbitraria non fuerunt initium dictæ preſcriptionis nec id ibidem aſſeritur, & ob id ipſa immemorialis conſuetudo non ceſſat, vt per *Anto. & Doctores in d.cap.peruenit,nu.19. de cenſib.& Bart.in d.l.cùm de in rem verſo,col.2.ff.de vſur.& Iaſo.in d.l.ſi certis annis,col.fin.C.de pact.*

Tum,& quia à dicta ſententia,& compromiſſo ferè duocentum anni decurrerunt, ſed immemorialis probatio impediri non poſſe videtur,ſi actum geſtum conſtiterit ante centum annos, ex ſententia *Innoc.in cap.veniens,col.2.de verb.ſigni.& Specul.in titul.de probationib.§.1.col.2.verſ.vltimò quæritur, & Alex.in cõſ.16.in cauſa,& ſuæ nu.16.col.5. verſ.nec ad hoc obſtat.lib.5. & Ioann.And.in cap.quid per nouale,* & ibi etiam *Anton. de But. de verb.ſignifi.*& lucidè *glo.in d.cap. cùm nobis,in verb.centum annorum ad finem, de præſcript.dicit,*tempus centum annorum immemorato tempore adæquari, & ſequitur *Cin.in l.2.C.de ſerui. & aqu.in q.9. & Capol.in tracta.ſeruit.cap.19.in princip.col.2.*vbi alios refert,*& Balb.in d.eius tractat.præſcript.2.part.3.partis principal.q.6.col.6.verſ. quòd autem dicatur, & Aym.in d.tract.de antiquita.temp.4.par.nu.125. & Laurent.Silu.in conſ.1. quoniam in præſenti,num.*165.contrarium tamen tenere videtur *D.Couarru.in relect.regul. poſſeſſor malæ fidei.2.par.§.3.nu.7.verſ. etenim.*

Verùm, nec immemorialis conſuetu-
20 do neceſſaria erat † ſiquidem hic dicta pondera annui panis reſpectu terrarum à dominis conceſſarum præſtantur, vt conſtat per dictas ſcripturas productas. Nec in hoc caſu obtinet, quod dictis Madri. curijs ſtabilitum eſt,& ita probatur *in dict.l.cùm de in rem verſo. &* inibi *Bart.col.fin.verſ.ſed ſi non ſoluiſſet; ff. de vſur.*exemplum ſubijcit, in hiſque pro laborerio ſoluuntur, probatur etiam *in d.l.litibus, C.de agricol. & cenſit.lib.11.* & illic *Doctores* maximè *Luc. de Pen.& Io. de Plate. & Bald.in d.l.ſolent,§.final.ff.de off. proconſul. & Specul.in tit.de locato, & emphitheoſi,§.nunc aliqua,col.22. verſ.64. quæritur,* & latè *Felin.in cap. cùm Bertoldus,nu.29 de re iudica.& Deci.in conſ.146 & pro tenui,col.2. ver. & cùm pro tali vinea,* vbi allegat plura notabilia in hoc propoſito,& idem tenet *Bald in d.l.ſi certis annis,col penul.verſ.iuxtà hoc quæritur cum ſequentib.C. de pact.,*vbi etiam dicit, ad ſeruitia præſtanda tẽpus quadraginta annorum ſufficere, *& Alber.& Doctores in c.1.§.ſi quis per triginta, in tit.ſi de feud.fue.controu.int.domin.& agna. & Alex. in conſ.124.ſuper primo,col.1.lib.4.& Balb.in tract.præſcrip.3.p.princ.q.10.colum.8.verſ. ſed ſi non ſoluiſſet, cum ſeqq. poſt Anton.de Butr.in relect.c.peruenit,nu.7.8.& 21.de cenſ.*& ſat id conſtat *in c.ſeruitium 18.q.2.* & probatur *in l.12.tit.1.p.r.2.*

Præterea nec ſuffragatur aduerſarijs dicere, quod dicta cauſa, qua dicti panis
21 annui pondera exoluuntur † non iuſta eſt, ex eo, quia ea, quæ dominus pro eis dicto oppido dederat, non poterant eſſe domini,ſiquidem populi erant, & quia ſeruitia à domino pro eis etiam remiſſa, à dicto oppido non erant perſoluenda, vtpotèque erant impoſitiones iniuſtè.

Tum quia contrarium ex dictis ſcripturis,& aſſertionibus antiquiſſimis inibi expreſſis conſtat.

Tum etiam,quia dicta ſeruitia Rex domino conceſſit, vt ex priuilegio antiquiſſimo (etiam in hac cauſa producto) conſtat,quia ea concedere valuit,*ex tex.in cap.ſuper quibuſdam,§.præterea,de verb.ſignific.& ex text.in l.2. in fin.tit.11. lib.4. ordinam.* (quæ habetur *lib.6. nouæ recopil.tit.2.l.2.) & in l.1.C.nou.vectiga.inſti.non po.*& notat *Bald.in l.cum multa, C.de bon.quæ lib.* & verba ipſius priuilegij, longiſſima,quæ præſtatio,omnia quæ continẽtur in ipſo priuilegio explicat,vt in *l.12.tit.22.p.1.& 7 p.tit.33.l.4.& l.2.tit.9.li.5.ordinam.*(quæ habetur *lib.5. nouæ recopil.tit.10.l.1.,* & probatur *ff.de legib.l.ſi de interpretatione* cum aliis, de quibus *Bald.in conſ.243.villa,vel caſtrum,lib.3.& Matth.de Afflict.in deciſ.23.cappellani,& Cardin.Paul.Pariſ.in conſ.104.nu.25.lib.1.* interpretaturquæ conſuetudo priuilegium
22 † etiam aduerſus eius verba,*ex text.in c.cum dilectus,*& inibi *DD.de conſue.& in c.fin.eod tit.& in c.quod dilectio,de conſang.& affin.*cum aliis, de quibus *Soci.in conſ.84.accuratisſimè,nu.15.verſ.poſtremo,lib.3.* & nos infra *in conſ.23.num.5.* & dicti op-
23 pidi domini † intentionem ſuam habẽt fundatam, in eiſque ad Regem concedentem pertinebant,ex *Bald.in l.1.q.43.ff.de rer.diuiſ.& Albert.Brun.in conſ.103. caſus iſte.col.2.ver. et idem puto,* pro quib. eſt bonus *text in l.2.tit.1.p.2.iuncta l.8.in princ.eod.tit.et part.et l.12.tit.2.par.2. et in l.2.in prin.tit.4.p.3.et l.13.tit.1.p.2.*& notãt *Hoſt.et Abb.in c.nimis de iur.iur.et alibi.*

Ex

Digitized by Google

Ex prædictis fit, minimè potuiſſe dictũ oppidum nunc reſtitutionem petere aduerſus dictum contractum permutationis, prout petiuit.

Tum quia de ipſa non conſtat læſione, ſed potius in dictis ſcripturis antiquis dicitur, vtilem valdè dicto populo fuiſſe,
24 quo fit ipſam ceſſare reſtitutionem † læſio enim debet probari ab eam allegante, *l. quotiens, §. qui dolo, ff. de probat. & in l. nam, & poſtea, § ſi minor, ff. de iureiur. l. 2. tit. 19. p. 9.* cum alijs, de quibus ſupra in hoc volumine memores fuimus in *conſ. 3*
25 *in lite. & cauſa, nu* 41. Et quod † ex dicta aſſertione prædicta probetur vtilitas, expreſsè conſuluit *Corn. in conſ.* 181. *viſis nonnullis, col.* 11. *verſ. nec etiã obſtat, quod tertio loco, lib. 2. citans Innoc. & Anton. de Butr. in c. 1. de depoſit. & Innoc.* refert in hoc propoſito *Alex. in l. Ciuitas, col. 3 in fin. ver. an autem illud, ff. ſi cert. pet.* & in ſimili aſſertione facta à ciuitate, quod ſit plenè ſtandum, conſuluit etiam per plura fundamenta *Carol. Ruin. in conſ. 217. videndum eſt, nu. 2. & ſequent. lib. 1.* et ſi cõtrarium teneat *Alber.* loquendo in ſimili confeſsione facta per Eccleſiam in *auth. hoc ius porrectum, C. de ſac. ſanct. eccleſ.* quem refert, & ſequitur ſub quadam diſtinctione *Dom. Greg. Lup. in l. 3. in verb. A la Igleſia, col. 1. in fi. cum princ. ſequent. col. tit. ul 1. par. 5.*
26 Tum quia † læſio ipſa erat probanda ſecundum tempora dictarum ſcripturarum, & contractus, *C. de reſcin. vendit. l. ſi voluntate.* & eſt bonus *tex. in c. cum cauſã quæ inter iconomum, in verbis, venditionis tempore, de teſtib. & 5. par. tit. 5. l. 56.* cum alijs, de quibus *Thom. Gram. in deciſ. 76. magnifica, num. 25. & Aym. Crauet. in conſ. 188. magnificus, nu. 4.* (vbi hoc extendit, etiam ſi eccleſia præcedat in contractu fuiſſe læſam) *& Hieron. Grat. in conſ. 142. decreueram, num. 29. lib. 2.* De quo tempore cùm ſit ita antiquisſimum, teſtes deponere non poſſunt, *ex text. in l. fin. & inibi gloſ.* C. *de ſacroſ. eccleſ. cum ſuis ſimil.*
27 Tum etiam † quia decurſis triginta annis ipſa reſtitutio peti non poteſt, ex *tex. notab. in l. fi. verſ. Peroſi el menoſcabo, tit. fin. p. 6.* Vel ſaltim intra 40. annos, ex *tex. in auth quas actiones. C. de ſacroſ. eccl.* cum alijs, de quibus *Corn. in d. conſ.* 181. *col. 25. verſ. non enim eo ipſo, quod eſt minor cum ſeqq. lib. 2.* & notat *Greg. Lup. in l. fin. verſ Treinta años*, quibus accedat, quod ait *Dec. in conſ. 36. & pro tenus, col. 5. verſ. tertiò principaliter, cum ſeqq.* vbi ex pluri-
28 bus conſuluit † ꝙ cõtractus præſumitur factus in fauorem eccleſiæ, & in eius vtilitatem pretium fuiſſe conuerſum propter antiquitatem tẽporis, & *Dec.* refert, & ſequitur *Aym. Crauet. in tract. de antiq. temp 3. p. nu. 27. verſ. & non ſolum.*
29 Cæterum nec dici poteſt † incolas dicti oppidi pondera dicti panis metu exoluiſſe, & quod ſic præſumitur, ex traditis *per Innoc. & alios in cap. quod latenter, de verb. ſignif. & alibi ſæpe.*

Primò, quia *Innoc.* eiuſque aſſeclæ in caſu dubio loquuntur, vt conſtat ex *Innoc. & Abb.* inibi, & tunc etiam iuris eſt,
30 quod metus non præſumatur, & contrarium dicenti incumbit onus probandi, ex *tex. in l. merito, ff. pro ſoc. l. interpoſitas, vbi* Bald. *& Doct. C. de tranſact.* cum aliis, de quibus ſupra memores fuimus in hoc 1. *vol. in conſ. 3. nu. 51.* præter hoc, quod hic liberè, ſponſiſque ſuæ ea perſoluiſſe
31 conſtat † quod ex titulis prædictis, præcedentibus ſolutum præſumendum eſt, *ff. de rei vend. l. quadam mulier*, & traditur *in l. 2. C. de acquir. poſſeſſ.* quod & obtinet quando titulus præcedens nullus eſt, authore Socin. *in conſ. 13. inſignis Doct. col. 5 circa medium, lib. 4.* quem refert, & ſequitur *Curt. iun. in conſ. 168. habita, num. 33. & 34. & Socin.* ſequitur etiam *Alcia. in tract. præſumpt. reg. 2. præſumpt. 23. nu. 5.* & ob id *Luc. de Pen. in d. l. 1. C. ne ruſti. ad vllum obſeq. lib. 11. col. 2.* ait, quod *Innoc.* ſententia minimè obtinet, vbi de cauſa, ſeu priuilegio conſtat, & ſat id patet in *d. c. 1. de præſcrip. lib. 6.* & palam ſic *Innoc.* idem cenſet *in cap. ſi diligenti, nu. 5. eod. tit.* Quid multa, & lucidè, plerique tenent
32 † ex longa præſtatione facta à vaſallis domino, metum, ſeu vim non præſumendam, vt dicunt *Doct. in d. l. ſi certis annis, C. de pact.* maximè *Bald.* & idem conſtat ex eodem *Bald. in d. l. ſolent, §. fin. ff. de off. Proconſ. & Guiller. Bened. in repet. c. Raynuntius, in verb. condidit, in 1. n. 64. et ſeqq. de teſtam.* Et ſat hoc conſtat, quia ſola ſubiectionis reuerentia metum prçſumi minimè efficit, ex *text. in c. accedens, de conuer. coniuga. & in cap. 1. eod. tit. & in l. ad inuidiam, C. quod met. cau. & inibi Salic. & Paul. Caſt.* cum alijs, de quibus *Ioan. Plot. in d. tract. de in lit. iuran. §. 3. nu. 14. verſ. & ſolus metus.*

Secundò, quia *Innoc.* ſententia, vbi dominus vaſallos arreſtabat ſine cauſa procedere poſſe videtur, vt tenet *Guiller.*

de

*de Bened.in d. cap. Raynuntius, in d.verb. condidit,in* 1.*num.*65.

Verùm & *Innoc.*ſententia & ſequaciũ minimè procedit extante prædicta im-
33 memoriali præſtatione, † quia data immemoriali præſcriptione, præſumitur titulus,& bona fides, & purgatur quælibet præſumptio,quæ fuerit in contrariũ, ex *tex.ntab.in d.c.*1. *de præſcript. in* 6. & ſat conſtat ex dicta ſanctione Curiarum Madri.& ſimilibus ſupra citatis,& tenet *Innoc.& Bald.in c.ſi diligenti,de præſcrip. & Sali.in l.*2.*C.de ſerui.& aq.*Imò ex præſcriptione 30. annorum præſumitur bona fides,vt tenet *Bart. per text.ibi in l.fin. C.vnd. vi*, cum alijs,de quibus *Socin.in conſ.*127.*viſis,nu.*7.*lib.*1.& alibi ſæpè, &
34 in proprijs terminis † quod ceſſet præſumptio metus probata immemoriali, tenet *Io.And.in addition.ad Specul.in tit. de præſcription.§.*1.*col.*5.*nu.*26.*verſ.ſed & vbi potius,in add.quę incipit, verſ.quid ergo*,ſic ponderando *Ioan.Andr.* dicit enim ibi *Specul.* quod vbi potius ex timore, quam ex debito præſumitur aliquid fieri,vel præſtari, non ſufficit probari tempus,niſi probetur titulus, & ait etiam ibi idem eſſe ,ſi credatur cauſa hoſpitalitatis, ſeu curialitatis præſtitum, ſubdit *Io.Andr.in d.addit. in hoc fore diſtinguendum*,an præſumptio foret contra præſcribentem,& an allegeт præſcriptionem cuius initij non ſit memoria,*ex text.in d. c.*1.*de præſcription. lib.*7. & ſic vult notater ibi *Io.Andr.*quod vbi dicta præſcriptio immemorialis allegatur, ceſſat præſumptio metus, & melius idem tenet *Luc. de Penn.* in noſtris terminis *in l.hac lege,col.*2. *verſ.& nota,quod collecta, C.de aqueduct.lib.*11.

35 Denique,& *Innoc.* opinio † tantum in Dominis non recognoſcentibus ſuperiorem ſubſiſtere,*Luc.de Penna* cenſet in *d.l.litibus,C.de agric. & cenſ. lib.*11.*col.*3. *verſ.item quia dominus*,& vltra eum idem conſuluit *Iaſ.* per plura fundamenta in *conſ.*72.*in cauſa.nu.*1.*verſ.præterea, vbi eſt princeps,cum ſeqq. lib.*1. & idem tenet *Iacob.de S.Georg.in l.ſi de vi, nu.*17.*in fi. verſ.ſexto fallit,& num.*18. *ff.de ind. Roland.à Valle in conſ.*1.*viſo themate,nu.*77. *&* 78.*lib.*1.

Secundum etiam conſtat, quia dicti 8500.dipodij præſtiti ſunt, ex eo, quod officium tabellionatus,& merini, dominus dicto oppido renunciauit. Quæ
36 officia ad dominum pertinere minimè erat ambiguum, & citra conſuetudinem antiquiſsimam, de tabellionatus officio, conſtat *in l.*3.*tit.*19.*par.*3.*& per Doctores in cap.cùm P.tabellio,de fid. inſtrum.* cum alijs, de quibus abundè meminimus in noſtra *relect.l.*3.*Taurinarum ſanctionum, num.*1062.*cum plurib.ſequen. poſt Petr.de Auend.de exequen.mandat.regum,cap.*10. *num.*2.*in* 1. *part.* Quod & probatur,quia ipſum oppidum pro dictis officijs,& pro alijs contentis in dictis ſcripturis concordiæ, & permutationis dominis pen-
37 ſionem exoluerunt † ex quibus eorum dominium probatur ad ipſos dominos pertinere,& non ad ipſum oppidum, ex *d.l.litibus,& ex Bald. in l.inditia, C.de rei vendi.& in c.inter dilectos,colum.*2.*de fid. inſtrum.& Doctores in l.Titia*,vbi proba-
38 tur *ff.de ſolutionib.*Igitur † permutationis contractum in fauorem dicti Domini editum à dicto populo,clarum eſt, ipſum oppidum ſeruare eſſe obnoxium, *ex textu in d.l. Ciuitas, ff.ſi cert. petat. & ſupra congeſtis.*

Nec in hoc contractu læſum eſſe di-
39 ctum oppidum affirmamus † quod aduerſarij,quia actores probare aſtringuntur,*l.fin C.de probat l.nam & poſtea,§.ſi minor,ff.de iureiurand. & in d. l.*2. *tit.*19. *part.*6. *& in dict.l.*6.*eodem titul.& parti.* cum alijs, de quibus notabiliter *Alexan. in d. l.ciuitas,colum.penult. ff.ſi cert.petat.* & quæ notantur in *l.ſi rem aliquam, ff.de acquiren. poſſeſſ. & in l.*3.*§.ſubtilius,ff.de cond. ob cauſ.*

Et his finem accipit noſtra iuris allegatio, & dictis in præſenti allegatione, adde, quæ infra adducemus *in conſ.*33. *præterea,per totum.*

Et ita denique ſententia deciſum eſt in hac Regia Pintiana Cancellaria.

*Doctor Burgen. Marcus Salon de Pace, legum Doctor.*

ADDI-

Digitized by Google

# ADDITIO.

NVm.1. vide *Maſcard.de probat.concluſ.622.per totam*,latè *Nicol. Genua in tract.de verbis enunciat.lib.3.q.1. per tot.Mant.de tac.& ambig.lib.2.ti.6.*

Num.2. nota, quod verba enunciatiua in ſententia,vbi dicitur viſa petitione, relatione,electione, præcepto,&c. regulariter non probant, niſi ſimus in antiquis,*Borgn.deciſ.*11.*nu.*40.*&* 41. limitat *deciſ.*41.*nu.*11.*p.*1. quoties parte præſente hoc eſſet enunciatũ,vel fuiſſet parti intimatũ,& nõ eſſet appellatũ, & enunciatio feciſſet tranſitũ in rem iudicatã,*Bur.conſ.*160.*n.*47.*uol.*2.*conſ.*78 *n.*16.*cõſ.*24.*n.*12.*et* 21.*vol.*1.*Paul.de Caſt.conſ.*202.*ſub nu.*5.*vol.*1. *Abb. conſ.*60. *nu.*5.*vol.*2.*Crau.conſ.*108.*nu.*2.*lib.*1.

Num.3. ſic etiam qui aliquo modo vtitur ſcriptura,cenſetur eam approbare,*Sur. dec.*199.*nu.*7.vbi alia poſuit ad ornatũ *Mart.deciſ.Senenſ.*58.*nu.*39.

Num.4. conferunt allegata per *Alph. collect.*181. qui plures allegat,ſicque debitum ex ſolutione decem annorum præceſſiſſe præſumitur, *Maſcar.de probat.concluſ.*481.*nu.*1. hoc eſt præcedẽtis obligationis,*idem concluſ.*1244.*n.*4 nam ita annuit,*idem concluſ.*1325.*n.*7. & in ſpecie ob longiſſimam ſolutionẽ ius præſumit contractum præceſſiſſe, teſtatur *Paris de reintegr.feud.cap.ſequitur quotidiana,num.*9.

Num.5. videas *Loſeum in tract. de iure Vniuerſ.p.*3.*c.*3. *num.*1.

Num.6. de quibus vaſalli tenentur ſoluere collectas,refert *Par.de reintegr.feud. cap.viſo,quod ſit fol.*13.& multum confert *conſ.*188.*Alber.Brun.vol.*2.huic materiæ, quando ex tacito pacto teneantur ad collectas, eo magis ſi expreſsè cautum eſſet,nam etiam Eccleſia compelleretur ſoluere,ſi ex ſuo conſenſu,& promiſſione fuerit facta promiſſio.

Num. 24. an valeat donatio facta de bonis menſæ, & præiudicet ſucceſſori, *Abb. in c. ſicut noſtris nu.* 4. *de iureiur.*

Num. 26. regularitèr ius tertij opponi nō poteſt, latè probat *Macerat. lib.* 1. *var. reſol.* 88. *nu.* 14. *& lib.* 2. *reſol.* 57. *nu.* 73. Niſi ſit ipſo iure excluſiuum iuris agētis, *idem eod. lib.* 2. *reſol.* 1. *nu.* 20.

Num. 27. Impeditus iuſto impedimento excuſatur, *Magon. deciſ. Florent.* 128. *num.* 9. per exempla oſtendit *Marc. Ant. Bard. in tract. de temp. vtil. & contin. cap.* 9. & quando procedat *Phanuc. de inuent. p.* 2. *nu.* 23.

Num. 28. vide *Io. Iacob. à Canibus in tract. de execut. vlt. volunt.* §. *conſentaneum nu.* 29. *cum ſeq.* vbi ponit caſus, ex quibus excuſandus veniret executor, ſi intra annum non adimpleuerit voluntatem defuncti.

Num. 29. adde *Didac. Spino in teſtament. gloſ.* 28. *n.* 10. *Graſſ. de ſucceſſ. tom.* 2. *art. execut. vlt. volunt q.* 5. *num.* 3.

## SVMMARIVM:

1 *Succeſſor in maioratu poteſt aſſiſtere liti ceptæ cum poſſeſſore maioratus eius prædeceſſore.*

2 *Intellectus l. ſi perluſorio, ff. de appellat.*

3 *Succeſſor in maioratu, ſeu legatarius poteſt appellare à ſententia lata cum eius prædeceſſore, & num.* 4.

5 *Filius ſucceſſor in maioratu in vita patris*

in

*in rebus maioricatus habet ius conſiderabile.*

6 *Minor poteſt petere reſtitutionem aduerſus probationem omiſſam.*

7 *Regulæ adherendum eſt.*

8 *Regulam habens pro ſe dicitur habere ius certum.*

9 *Sententia lata contra prædeceſſorem poſſeſſorem maioratus, & ſi ſequenti noceat: non tamen eo modo, quo prædeceſſori nocet.*

10 *Tertius liti ſe opponens iudicem ex ſua perſona recuſare poteſt.*

11 *Tertius ſe liti opponens, poteſt opponere exceptionem peremptoriam competentem ex ſua perſona, & ſi principali non competat.*

12 *Tertius ſe liti opponens etiam teſtibus publicatis, poteſt teſtes producere ſuper eiſdẽ articulis.*

13 *Minor ſe liti opponens poteſt petere reſtitutionem, comparens poſt concluſionem in cauſa ad producendum teſtes ſuper eiſdem articulis, & per totum conſilium.*

14 *Intellectus doctrinæ Innoc. in c. cum ſuper, de re iud.*

## ARGVMENTVM.

An ſucceſſor in maioratu liti ceptæ cũ poſſeſſore aſſiſtere poſſit, pariter appellare à ſententia contra illum latam, ac reſtitutionem in integrum expetere, quemadmodum intentio veniente ad cauſam, diſpoſitum eſt, in breui compendio omnia exarantur.

## CONSILIVM XVIII.

DEI optimi maximi fauore ex corde expoſtulato. Dicimus quidem D. Alphonſum Oſorio de Cazeres (ciuem Segouienſem vxorij mei) minorem potuiſſe liti ab eius patre inceptæ aſſiſtere,
1 vtpotè qui ad maioricatum poſt eius patrem D. Didacum Oſorio de Cazeres ſubſtitutum: & quod licet eius pater præcedat, & cum eo prior ſententia lata fuerit, ab ea potuit ſupplicare, & petere reſtitutionem in integrum ad probationem faciendam ſuper eiſdem articulis, & directò cõtrariis: & hoc ex eo, quòd ſibi dicta ſententia eſt nociua, ex *tex. in l. à ſententia, ff. de appellat.* & eſt tex optimus *in l. ſi perluſorio, ff. eod. tit.* qui text
2 intelligẽdus quidem eſt, † & ſi legatarius, ſubſtitutusvè, cui ſententia præiudicat, prædeceſſoris non alleget colluſionem, ſed tantùm dicat ſibi intereſſe, *Bartol.* auth. *in d. l. ſi perluſorio, in princ.* & inibi etiã *Imol.* prædicta etiam inſtruuntur, ex *tex. in l. ſi ſuſpecta, §. fin. ff. de inoffic. teſtam. & text. in auth. nunc hæres. C. de litigio, cum aliis notiſſi-*
3 *mis & 3. part. tit. 27. l. 7.* quibus & lauditur † legatarium ſubſtitutumuè appellare poſſe à ſententia aduerſus hæredem, vel ſubſtitutum lata, cuius legis regiæ hæc verba attendenda ſunt, ibi. *Mayormente ſe ouiere ſoſpecha dellos.* Siquidem verbum, *Maxime.* Idem in caſu contrario importat, cùm ſuſpitio minimè fuerit allegata vt tenet *gl. in l. illud ff. ad l. Aquil.* & prædicta notabiliter in propoſito tradit *Ande Iſern. in c. 1. §. ſi vaſſallus col. 2. & 3. in tit. ſi de feud. fuer. contru. int. dom. & agna. in vſibus feudorum cum aliis*, quæ co geſſimus *in hoc primo vol. in conſ. 14. in præſenti cauſa n. 69. & ſequentib.*

Quim, & fortius *Alex. in l. filiusfam. §. diu. col. 1. ff. de leg. 1.* tenet, quòd, & ſi ſententia lata ſit contra præcedentem in gradu in re-
4 bus maioricatus † quòd ſequẽs ſucceſſor ſupplicare valet: igitur, & conſequens eſt, idem eſſe in hac cauſa, in qua ſententia non eſt trãſlata in rem iudicatam, & *Alex.* cõmuniter mode ſequuntur *in d. §. diui. & Fel. in c. quamuis col. pe. de re iud. et Curt. antiq. in tract. feu. 7. p. q. 9.* & quę fusè idem *Alex.* tradit *in conſ. 129. quoniam n 37. & 38. l. 6. & Greg. Lup. in l. 20. tit. 22. p. 3. in verb. Pero coſas col. 2. verſ. non tamen, & docto. in l. ſæpe. ff. de re iud. & alibi ſæpe traditur.* Tertius. n. pro ſuo intereſſe poteſt ſe opponere, vt *in d. l. à ſententia ff. de appel.* & abundè *recentiores in c. cùm ſuper. de*
5 *re iud. & alibi ſæpe.* Filius. n. in vita patris † in rebus maioricatus habet ius conſiderabile, vt habetur *in l. 40. & 45. conſtit. Taur.* (quæ habentur *lib. 5. nouæ recopil. tit. 7. l. 5.* & 8. & expræſſim hoc notat *Ioann. And. in add. ad Spec. in tit. de feud. col. 5. verſ. facit ad propoſitum, & docto. in docto. in l. quotiens ab omnib.* vbi probatur *C. de fid. comm.* inibique abundè *recentiores, & Abb. in c. licet de voto col. pen. verſ. & nota benè prædicta, & Bald. in l. quoniã in prioribus C. de iur. delib. col. 5. verſ. 10. ſic licet poſſeſſio. Oldrad. in conſ. 224. ipſa ſunt allegationes col. 8. verſ præterea tangebat & nouiores in l. in ſuis ff. de lib. & poſthum. & in l. Gallas §. & quid tantum. ff. eod. titul.* & notabiliter idem tradit *Iaſon. in l. quotiens num. 32. C. de rei vendicat* ad quod *inibi* multum commendat prędictam *Bald.* doctrinam *in d. l. cùm antiquioribus*, & hæc videtur communis opinio, vt coſtat ex pluribus quæ congerit *And. Tiraquell. in ſuo tract. de primogenit. q. 40. num. 96. per totum, & in eius tracta. le mort ſaiſit le vif. in 4. declaratione præfationis num. 1. cum ſequentibus.*

Proin-

Digitized by Google

Proindè & dictus D. Alfonſus Oſorio in vita ſui patris dictæ liti aſſiſtere valuit, vt probatur *in l. 1 C. de ſentent quæ ſi cer. quanti. profer. &* quæ *Bart.* notat *in l. ſi finita §. eleganter. ff. de dam. infect.*

Prænotato igitur, quod dictus D. Alfonſus Oſorio prædictæ liti ſe opponere valuit, dicimus conſtanter, quòd ei prædicta competit reſtitutio, quod conſtat ex ſequẽtibus.

Primo, quia vt notiſſimis habetur iuri-
6 bus † minor poteſt reſtitutionem expoſtulare aduerſus probationem omiſſam: & vt eam ſuper eiſdem, & contrarijs articulis faciat, & legibus regijs idem eſt ſancitum.
7 Et cùm hæc ſit regula generalis † illi adhęrendum in hac ſpetie eſt; ſiquidem contrarium non adinuenimus expræſſim cautum, iuxta tradita *in l. omnis diffinitio ff. de reg. iur.* vbi latè *Dec. col. 1. & 2.* Et qui regulam
8 habet pro ſe † dicitur habere ius certum, ait *Bart. in l. quotiens ff. ſi quis cautio. & in l. 2. in princip. col. 1. ff. ſi quis in ius voca. non ierit cum aliis de quibus* meminit *Hierony. Grat. in conſ 5. & ſi hoc n. 66. lib. 2. & Aym. Crauett. conſ. 168. de duobus num. 8.* & dicit *Bart. in d. l. 2. in princip. col. 1.* quòd qui vult dicere à tali regula fieri exceptionem, debet probare talem exceptionem pro quo facit *text. in l. ſuus quoque verſ. puto ff. de hæred. inſtit. & in cap. venerabilibus in ver. poteſt quoque de ſentent. excomm. lib. 6.* regulæ enim ſtandum eſt, quando caſus alter non excipitur *ſecundum Specul. in tit. de offi. omni iudi. §. 8. verſ. 5.* & regulæ iuris tenacitèr ſunt obſeruandæ: niſi in contrarium appareat ſpecialis diſpoſitio, vt ait Bartol. *in l. ſi tutor. C. de ſeru. pigno. da. manu. cum aliis de quibus Aym. Craue. in d. conſ. 168. num. 8.*

Secundo, quia etſi ſententia contra præ-
9 deceſſorem lata ſequenti noceat † non tamen eo modo quo prædeceſſori; & ob id quod prædeceſſor in lite non poteſt facere ſequens in gradu facere poterit, *Franc. de Rip.* authore *in dict. l. filius famil. §. diui. num. 62.* Quo fit, vt *inibi Rip.* dijudicat, quòd etſi prædeceſſor appellare non valet, ſequens tamen in gradu admittendus eſt. Quamobrem, etſi probationes hac in lite à patre dicti D. Alfonſi Oſorio factæ, dicto D. Alfonſo eius filio noceant, non tamen eo modo, quo eius patri, & ob id dictus D. Alfonſus dictam reſtitutionem petere poteſt, & prædicta ſententia *Rip.* confirmari poteſt ex pluribus, quæ in ſimili adducit *Ioann. Ferrar. in ſuo tracta. de appellatio. lib. 2. cap. 1. num. 119. cum plurib. ſequentib.* qui reperitur *in 8. volum. tract. diuerſ. docto. fol.* 184. *col. 3. & 4.* & ex traditis *per Carolum Ruyn. in conſ. 40. viſis num. 8. lib. 5. & Petr. Rebuf. in 1. part. conſtit. Gallica. tit. de literis oblig. art. 1. gloſſ. 10. num. 11.* Et ſi in contrarium poſſet adduci tradita per *Didac. Caſt. in l. 64. Tauri in verb. Appellacion. col. 2. verſic. ſed contra cum ſequent.*

Ratione, & tertiò hæc veritas conſtat, quia ſi ipſe D. Alfonſus litem à principio mouerat, in eaque probationes fecerat, compertiſſimum eſt, quòd dictam reſtitutionem in ſecunda inſtantia petere poſſet, ad dictam probationem faciendem, vt eſt notiſſimum in iure.

10 Quarto idem elucet † quia tertius liti ſe opponens, iudicem ex ſua perſona recuſare poteſt, *text eſt iuncta gloſſ. 1. in c. cùm ſuper de offic. delegat. & ibidem* ita tenent *docto.* maxime *Anton. de Butri. num. 2. & 12. & docto.* etiam *in d. cap. cùm ſuper de re iud. & Philipp. Franc. in cap. cùm ſpeciali nu. 40. de appell.* Igitur conſequens eſt, quòd petere valet ex ſua propria perſona dictam reſtitutionem, cui rei alludit *Bal.* ſententia *in authenti. nunc ſi hæres col. 1. C. de litig o.*
11 quo cenſet loco † tertium exceptionem peremptoriam ex ſua perſona competentem opponere poſſe; & ſi principali non competat idem, & palam ait *Innoc.* ſaltem in exceptione dilatoria loquens *in cap. Sãctæ crucis de reſcript.* quod etiam *Ang.* tenet *in l. quidam col fin, verſ. vltimò adde ff. de re iud. cum aliis de quibus Ioann. Ferrarien. in d. tract. de appellat. lib. v. capit. 1. num. 119 cum ſequentibus,* & notant *docto.* maxime *Dec. in d. cap cùm ſuper de offic. delegat.*

Quinto hæc ſuadetur ſententia, ex *Bart.* doctrina *in d. l. ſi per luſoria ff. de appellat.* &
12 *ibi* etiam *Imol.* quo dicunt loco † quòd tertius liti ſe opponens, etiam teſtium poſitionibus publicatis, poteſt teſtes producere ſuper eiſdem articulis; cùm iſte tertius litem antè proſequutam ignorauerit, Quæ ignorantia in dicto D. Alfonſo præſumitur *ff. de probat. l. veriùs cum ſuis vulgatis,* & idem quod *Bart.* & *Imol.* tenet *Felin. in cap. veniens col. 6. de teſtib. & in cap. fraternitatis col 7. eodem tit. poſt Bald. in d. cap. cùm ſuper col. pen. de re iudica. & Abb. in d. cap. veniens colum. 3. ad* quod & videtur optima *gloſſ. in d. l. ſi ſuſpecta ff. de inoffic. teſta.*

Sexto, & in noſtris proprijs terminis hanc ſententiam expræſſe tenet *Matthæ. de Afflict. in deciſ. 15. vtrum ſi actor. col. 2.* ſiqui-
13 dem *inibi* dicat † quòd tertium poſt concluſionem in cauſa comparens, reſtitutionem in integrum petere valet ad producẽdum teſtes ſuper eiſdem articulis.

Ex

Digitized by Google

Ex quibus *Innoc.* ſententia, quæ in contrarium adduci exiſtimo in *d.cap.cum ſuper* 14 *de re iud.* aduerſario minime † ſuffragatur.

Siquidem *Innoc.* nō loquatur data ignorantia tertij.

Secundò, quia non nocent ei acta eo modo, quo prędeceſſori nocet, ſecundum *Rip. in d.§.diui, num.62.*

Tertiò, *Innoc.* ſententia deficit in dicto D. Alphonſo, qui ſupplicans huic liti ſe oppoſuit, vt tenet *Paul.Caſtren.in l.ab executore, §.1.ff. de appellat. col.2. ad fin. & ibi etiam Imol.*

Quartò, alia ſolutio dictis *Innoc.* conſtat ex *Angel.in d.l.à ſentent.ff.de appellat.*

Et his hoc finimus conſilium.

*Marcus Salon de Pace Burg. Legum Doctor.*

# A D D I T I O.

NVm.1. Non eſt prohibitum ſucceſſori in maioratu in iudicio comparere viuo poſſeſſore pro eo, quod ſua intereſt, *Ant.Padill.in l.vnum ex familia, §.ſi de falcidia, num.15.ff.de leg.2.* & conſequentèr aſſiſtere, cum quilibet habenti intereſſe in lite aſſiſtere non prohibetur, *Aloyſ. de Leo in auth.Nunc ſi hæres num.5.C.de litigioſ. Giurb.deciſ.1. num.2. Hieron.de Leo deciſ.Valent.116. num.12 Cancer.var.reſol.tom.1.cap.13. num.65.& 67.*

Num.2. Ad hoc vide *deciſ.* S.C. pro legatario aſſiſtere volenti adductam per *Io. Baptiſtam Thor. in ſuo compend. deciſ. Regni, ver. legatarius p. 1.*

Num.3. vide *Molin. de hiſp. primog. lib.4. c.8.num.10.* vbi plura.

Num.4. *Molina vbi ſupra.*

Num.5. ad hoc vide latiùs *Molin. eodem tract.lib.2. cap.6. per totum.*

Num.6. *Franc.deciſ.448 num.3.*

Num.7. latè *Barboſ. in ſuo opuſc. Principia Iuris lit. R. nu. 10.*

Num 8. & regulam habens pro ſe iuſtam cauſam litigandi habet, *Borgn.deciſ.19. nu.12.p.2.* & dicitur habere intentionē fundatam, *idem in deciſ.2.nu.21. & dec. 3.nu.17.p.1.*

Num.9. *Molin.d.tract.eo.lib.4.cap.8.num. 3. & 8.*

Num.10. *Anna ſingul.500. & allegat.76. num.2. Muſcat.in praxi S.C.lib.1.par.2. gloſ.competentes n.66. Imbrian.in tract. de primo, & ſecundo beneficio conſid. 6. num. 44.*

Num.11. videas *Merlinum deciſ. Lucenſ. 25.num.4.*

Num.12. de hoc extat *deciſ.Affl.235.* quē nonnulli ſequuti ſunt relati *à Thoro in compen.deciſ. ver. tertius comparens to.1. Alex.Trentacinq. var.reſol.lib.2.tit.de iud.reſol.7.n.8. Gizzar.dec.41.n.12.* 16

Num.13. an ſint danda beneficia tertio comparenti in cauſa vti priuilegiato, vide *Muſcat.in praxi alleg. d.lib.1.p.6. gloſ.integrum, num.6.*

Et an tertius in integrum reſtituatur pro ſuo intereſſe quadriennij lapſu non obſtante, *Giurba deciſ.90.nu.3. & Imbrian. loco citato*, plura ad hoc recollexit, Ad explicationem tamen materiæ tertij venientis ad cauſam adeundi ſūt *Reg. Rouit. deciſ. per tot.* vbi latiſſimè, & *Dom. D. Franciſcus Merlinus olim Collega noſter, nūnc meritiſſimus Conſiliarius controuerſ. forenſ.* 30. vbi appoſitiſſimè, iuxta morem.

# S V M M A R I V M.

1 *TRanſactio iure diruitur, cum læſus quis fuerit enormiſſimè, non tantùm vltrà dimidiam, ſed in toto, & in his ſuper quibus contentio non erat.*

2 *Dolus ex propoſito, & dolus re ipſa adequatur.*

3 *L.2. C.de reſcin.vend. habet etiām locum in tranſactione, ſecundum magis communem opinionem, & equiorem, & nu.12. ferè per totum conſilium.*

4 *Tranſactio non eſt, ex qua nihil in ea datur, aut retinetur.*

5 *Tranſactio non dicitur, et ſi in ſcriptura fiat mentio tranſactionis.*

§ Con-

Digitized by Google

6 *Contractus, et ſi aliquo modo nominetur, non attenditur hæc nominatio: ſed contractus effectus, conſideratur.*
7 *Donatio non erit, etſi in contractu nominetur donatio, ſi conſideratis verbis non eſt donatio: ſed contractus alterius naturæ.*
8 *Donatio propriè non dicitur, in qua pretium, vel modus interuenit.*
9 *Contractus cum principe factus, eſt bonæ fidei.*
10 *L. 2. C. de reſcind. vend. procedit in omnibus contractibus bonæ fidei.*
11 *L. 2. C. de reſcin. vendit. procedit etiam in contractu facto cum Principe.*
13 *Intellectus l. Lutius. §. fin. ff. ad Trebell.*
14 *Argumentum à contrario ſenſu non habet locum contra legem.*
15 *Læſio enormis quarè non conſideretur in tranſactione.*
16 *Errans conſenſiſſe non cenſetur.*
17 *Læſio enormis quarè non conſideretur.*
18 *Intellectus l. 34. tit. 14. part. 5.*
19 *Exemplum regulam non arctat.*
20 *Locupletari quis non debet cum alterius iactura.*
21 *L. 2. C. de reſcin. vend. quando non procedat in tranſactione, & num. 22.*
23 *Iudicis decretum non facit ceſſare læſionem enormiſſimam.*
24 *Sententia lata de conſenſu partium impugnari poteſt, quandocunque, erroris prætextu.*
25 *Exceptio rei iudicatæ, quod non obſtet, in dubio debet pronunciari.*
26 *Læſio in tranſactione an conſideretur habito reſpectu ad dubium litis euentum, & num. ſequentib.*
27 *Læſio enormiſſima an probetur in tranſactione ex ſerie proceſſus antiqui, & nu. 29. & 30. & ſeque. Et an ſuper dicta læſione teſtes de nouo [illegible]*
28 *Probationum genus non eſt reſtringendum.*
31 *Probationes omnes ſunt arbitrariæ.*
35 *Æquabilia ſunt, quod quis ſit condemnatus, vel abſolutus, vel quod ex proceſſu appareat an ſit condemnandus, ſeu abſoluendus.*
36 *Iudices ſupremi hodie debent iudicare ſola facti veritate inſpecta.*
37 *Iudex coram ſuis oculis debet habere æquitatem.*

## ARGVMENTVM.

Diſcutitur ſi remedium l. 2. C. de reſcind. vendit. locum habeat etiam in tranſactione, vrgente læſione, nedum enormiſſima, ſed in toto, idque ex pluribus rationibus comprobatur locum habere.

## CONSILIVM XIX.

SVffragio Dei Optimi Maximi, eiuſq; Genitricis petito. In hac cauſa Gaſparis Ramirez de Bargas, cum procuratore fiſci dico illum minimè teneri ad obſeruantiam conuentionis ſcripturæ factæ cum procuratore dicti fiſci; eò quòd enormiſſimè læſus
1 eſt in eius confectione.

Et illud in facto proloqui neceſſum eſt, quòd antequam eſſet confecta ſcriptura dictæ conuentionis, lis erat ſuper contentis in dicta conuentione, & proceſſus conficiebatur in quo erãt multæ probationes, tàm ſcripturis, quàm teſtibus in fauorem dicti Gaſparis Ramirez, Verùm & ex illis, contentisque in hoc proceſſu, conſtat de læſione enormiſſima, quæ in dicta conuentione interuenit,

Et hæc patent ex eo, quod & ſi tranſactio
1 eſſet, quod in dicta cõuentione cauetur, † cũ tamen in ea læſus enormiſſimè fuerit, non tantùm vltra dimidiam, ſed in toto: & non tãtùm in toto, ſuper quo controuerſia erat, ſed & in his, ſuper quibus contentio non erat, ipſa tranſactio iure diruitur, & eſt, ac ſi confecta non fuiſſet, ex *tex. notab. in l. ſi quis, cùm aliter, & inibi Doct. ff. de verb. oblig. & in l. eleganter, ff. de condi. indebi. vbi gloſ. & Doct. cum alijs, de quibus meminit Hierony. Gratian. in conſ. 88. & ſi decreueram, num. 8. lib. 1*, vbi etiam ad hoc citat *Bart. in l. ſub prætextu, C. de tranſact.* & ait eius opinionem eſſe communiter receptam, ſecundum *Curt. Iun. in ead. l. ſub prætextu*.

Secundò, quia ex quo læſio eſt ita ingens, dolo facta cenſetur, & reſcindenda eſt (ex no[illegible])
2 ſi iure fuerat valida † ſi quidem dolus ex propoſito, & re ipſa adæquatur, *C. de dol. l. ſi ſuperſtite. & l. 2. ff. de excep. dol. & l. omnes, §. Lutius, ff. de his, quæ in fraud. cred.* & eſt *DD.* magis commune placitum *in d. l. ſi quis cùm aliter, & in c. cùm cõtingat, de iur. iur.* cum aliis, quorum *Deci.* meminit *in conſ. 180. viſa renunciatione, colu. 4. verſ. ſed tamen ſupra dictis, cum ſeqq. & in conſ. 379. requiſitus, col. fin. num. 15*, & latè *Io. de Neuiz. in conſ. 22. quam bonus, num. 28. & ſequen.* & melius *Aym. Crauet. in conſ. 142. Claudius num. 21. cum ſeqq. & in conſ. 192. caſus ita, num. 3. cum ſeqq.* & paſſim reperies.

3 Nec his dicere oberit, † quod *l. 2. C. de reſcind. vendit.* in tranſactione minimè obtinet.

4 Primò, quia † non eſt tranſactio prædi- 5

cta

dicta conuentio, ex quo nihil in ea datur, a-
ut retinetur, C. de tranſact. l. tranſactio. & C.
de repud. hæred. l. ſuus hæres, in fine, cum alijs.
Item, quia tranſactio eſt de re dubia, & lite
incerta, ff. de tranſact. l. 1. cùm alijs. Sed at-
tento proceſſu antè eius inſtructionem,
nullum dubium erat in iure dicti Gaſparis:
ſed eius iuſtitia euidentiſſima erat. Et cum
5 non ſit tranſactio, nec eſſe poſſit † parum
refert, quòd in dicta conuentionis ſcriptu-
ra tranſactio nominetur, vt conſtat, l. non co
dicillum C. de teſta. & inibi Iaſon. col. fin. poſt
Bart. in l. cotem ferro §. qui maximos q. 2. ff. de
publica. ad iudicandum enim qualitatem
6 contractus † vel diſpoſitionis, & cuius na-
turæ ſit, non attenduntur verba: ſed rei ef-
fectus conſideratur tex. eſt notabil. in l in-
ſulam ff. de præſcript. verb. & per illum text.
dicit ſingulariter Bald in l. 2. C. cõmod. quòd
contractus non iudicatur ex nominatione;
ſed ex eius effectu: vndè dicit ibi quòd li-
cet nominetur contractus certo nomine,
non eſt attendenda hæc nominatio: ſed con
ſiderato effectu, & verbis ſcripturæ non id
quod nominatur attendi debet, idem, & te-
net ipſemet Bald. in rub. C. de iur. emph. in fin.
cũ aliȷs de quibus meminit Dec. in conſ. 682.
in cauſa dominæ, col. 2. vbi in propoſito dicit
7 † quòd non ideo erit donatio, quia in ſcrip
tura donationominatur, ſi non eſt (conſide
ratis verbis) donatio: ſed contractus alte-
rius naturæ. Et pro his facit notabilis deci
ſio eiuſdem Bald. (quem communiter Do-
cto. ſequuntur) in l. qui ſe patris co. 8. verſ. hoc
ſcias, C. vnd. lib. vbi ait, quòd ſi Rex in ſuo
priuilegio dicit, dono alicui talem rem,
quòd non erit donatio, ſi pro illo priuile-
gio Rex à donatario aliquod pretium re-
cipiat, cuius Bald. doctrina confirmatur vl-
8 tra eum † quia donatio propriè non dici-
tur, in qua pretium, vel modus interuenit,
vt ait Bart. in l. ſi tibi pecuniam. ff. ſi cert. peta.
cum aliȷs de quibus meminit Alex. in l. iuris
gent. in princ. ff. de pact. ſunt, & aliæ concor-
dantiæ quas congerit idem Alex. in conſ. 40.
in 3. dub. col. pen. lib. 4. & Dec. in conſ. 164. nõ
fuiſſet col. 3. verſ. non obſtat quòd in contractu,
idem Dec. in regul. imaginaria vendit. ff. de
regul. iur. & facit, quia conſideratur quòd
principaliter agitur, vt in rub. & nigro; plus
vale. quod agi. quàm quod ſimul concipi. &
in c. ad quæſtiones de rer. permu. tenet Bart.
in l. aristo. ff. de donatio. & in l. ſi in venditio-
ne ff. de contrahend. empt. Si igitur tranſa-
ctio non ex eo quòd ſit tranſactio dicta l. 2.
C. de reſcin. vendit. in hoc negotio locum
non habet; & ita Corn. in noſtris terminis
conſiderat, in conſ. 161. viſis copia col. 5. verſ.

nec obſtat cum ſequ. lib. 3. Et eò præcipuum
hæc obtinebunt, ſiquidem prædictus con-
tractus cum Principe confectus fuit, & cũ
9 dicto eius procuratore ſuo nomine † ſem-
per enim contractus cum Principe editus
bonæ fidei eſt authore Bald. in cap. 1. § ſi qua
verò per illum tex. in tit. de pac. conſta. quem
refert, & ſequitur Iacobi. de ſancto Georg. in
l. ciuitas n. 6. col. fin. ff. ſi cert. peta. & ibi etiã
Iaſo. col. 4. idem Iaſon, in §. omnium inſtitu. de
act. col. 2. & in l & ſi poſt col. fin. ff ſiquis cau.
& in l. fundus in princip. col. 1. ff. eod. titul. &
recentiores in cap. 1. de natu. feud. cum aliȷs de
quibus meminit Ferdin. Mench. in 1. p. tract.
ſucceſſionum. lib. 3. §. 26. nu. 27. vbi ait, quòd
omnes contractus facti à Principe cenſen-
tur bonæ fidei, & adde Ant. de Padilla in
d. l. 2. C. de reſcind. vend. n. 7. vbi ait, eſſe ipſo
iure nullos. Et idem tenent plures DD.
quos ſequitur Aluar. Valaſc. de iur. emph. 1.
p. q. 5. n. 10. dicens Bald. ſententiam commu
10 nem eſſe. Et in bonæ fidei † contractibus
ſemper prædicta l. 2. C. de reſcin. vend. ſubſi-
ſtit, vt gloſſ. inibi, & Doct. tenuerunt, & in c.
cùm cauſa de empt. & vend. & in d. l. ſi quis
cùm aliter, & Bart. in l. item ſi in pratio. §. fi.
ff. locat. in quo text. hoc etiam benè proba-
tur. text. ad idem in l. in contractibus C. quib.
ex cau. maior. cum aliȷs, quæ tradit Pantal. de
Crem. in repet. d. l. 2. col. 5. verſ. ſecundò ex-
11 tendo. & in proprijs terminis † quod dicta
l. 2. C. de reſcind. vend. procedat etiam in cõ
tractu facto cum Principe, tenet gloſſ. in l. 1.
C. ſi aduer. fiſcum, quam ibi ſequuntur Bart.
Bald. Salic. & Ang. & eſt ad idem gloſſ. in l. 1
ff. de iur. fiſci, & inibi Bart. cum alijs quorũ
nouiſſimè meminit Licentiatus Gabriel à
Quemada (Iudex fiſci Toletan. inquiſitionis)
in ſuo breui compendio quæſtionum fiſcalium
in q. 14. per totam, vbi ait, hanc eſſe verita-
tem, & inibi reprobat Io. de Plate. qui con-
trariũ tenuit in l. 3. col. 2. C. de iur. fiſci. li. 10.
Proinde, & ſi dicta ſcriptura eſſet tran-
12 ſactio † in ea etiam obtinet dicta l. 2. C. de
reſcind. vend. vt traditur in d l. Lutius, &
inibi gloſſ. in §. fin. ff. ad Trebell & illic Ray.
But. & Imol. Paul Caſtrenſ. & idem tenet
Bart. in d. l. 2. col. 2. & ibi etiam Paul. Caſtr.
& idem tenet ipſe Imo. in d. l. ſi quis cùm ali-
ter, & inibi etiam Paul. Caſtren. & palàm
Bart. in l. ſocietatem §. arbitrorum col. pen. ff.
pro ſot. & tenent communiter DD. in d. cap.
cùm cauſa de emption. & vendit. & inibi hoc
etiam tenet inſignè Anton. Burgen. num. 32.
& idem Imol. in cap. quintaualis de iur. iur. &
Calde. in conſ. 3. in tit. de tranſact. & palàm
Anan. in conſ. 33. circa primum col. 2. verſ. cir
ca ſecundum, & Sal. in conſ. ſuo exordien. Ma



Digitized by Google

*thaſiis,col.fi.in fin.& Franc.de Ramp.in ſuo conſ.incip.ego Franciſc.*quos refert, & ſequitur *Corn.*eis accedens *in conſ. 166. circa primum,col.3.lib.2.*& melius idem *Corn.*qui dicit omnes DD.ita tenere *in conſ.189.viſo dicto puncto,col.fin.verſ.vltimò iubatur,lib.3.*& inibi concordat contrariam opinionem tenẽtes,*& Fabian.in tract.de empt.& vendit.8.q. princip.col.4.conſtitutus in 5.vol. tract.diuer. Doct.*vbi & ait, hoc eſſe DD. commune votum,eandem opinionem tenet *Dec in conſ.60 viſo themate, col.3. verſ.modo ſic*, vbi dicit, hanc eſſe magis communem opinionem, à qua dicit non eſſe recedendum in conſulendo,& iudicando,cui & conſentit *Panthal de Crem.in repet.d.l.2. C.de reſcin.vendit. col.9. verſ. decimò ampliatur, & Zaſ.in conſ. 18. num.16. & ſequent.*& data enormiſſima læſione, hanc dicit eſſe magis communem opinionem *Aym.Crauet.in conſ.151.neminem, num.26.* & hãc dicit eſſe magis communem opinionem,& receptiorem,ſtante enormiſſima læſione,*Hieron.Grat.in d.conſ.88.num.1. 3. 4. & 5.& Ioan.Anton.Rube.in conſ.152. videntur primò,nu.4.* vbi etiam ait hanc eſſe magis æquam opinionem,hanc etiam opinionem ex pluribus ſubſtentat,& defendit *Petr. Rebuff. in 2.tomo conſtitut. Gallicarum, in tract de reſciſſionib.contractuum, artic.vnico, gloſ.15.num.18. & 19.* vbi hanc opinionem dicit eſſe æquiſſimam, & tenendam in iudicando,& conſulendo, & inibi teſtatur hanc eſſe communem opinionem, eandem ſententiam tenet *Mattienzo in ſuo dialogo relatoris 3.part.§.20. num.10. & egregiè Pinell. in relect.d.l.2.C.de reſcin.vendit.1.par.cap.4.nu. 15.& Rodr.Suar.in alleg.22.ex infraſcriptis num.4.& 5.* & hanc opinionem tutatur inevitabilis *text.in d.l.ſi ſuperſtite,* in verb. *Sane ſi læſa eſt immodicè liberatione ſolemniter per nouationem, ac acceptilationem tributa non de dolo propter paternam verecundiam ſed in factum actio tribuenda eſt.* Quam opinionem & patrocinatur *text. in l. ſub prætextu, in 2. C.de tranſact.*ibi. *Error autem circa proprietatem rei apud aliud, extra perſonas tranſigentium tempore tranſactionis conſtitutæ, nihil poteſt nocere.*Suadetur,& hęc vera opinio (*vt Anton.Burgen.receſſet in d.cap.cum cauſa,num.32.*)*ex tex.in l.in ſumma,ff.de condi. indeb. cuius text. verba Anton. Burgen. vbi ſupra expendit,*ibi,*Sin autem euidens calumnia,*iuncta *d.l.ſi quis,cùm aliter.*Quæ probat, re ipſa dolum ineſſe, cum quis vltra dimidiã decipitur,qui dolus percipitur, euidensque eſt, cum ex legis præſumptione conſtet, ex *text.in l.licet Imperator,ff.de leg.1. cum alijs iuribus notiſſimis,* equiorque dicta ſententia eſt, vt teſtatur *Abb.in d.cap.cum cauſa,*ſiquidem ita grauiter læſus non eſt cenſendum, animum habuiſſe liberandi, ſeu remittendi, *ex text.in l. tres fratres, ff.de tranſact. cum ſuis ſimilibus.*

13 Nec huic refragatur ſententiæ † *text. in d.l.Lutius,§.fin.*quam ad hoc *Din.*& aduersã ſectantes ſententiam expendunt,ſiquidem in *illo text.* læſio veri valoris dimidiam fideicõmiſſi excedebant, qui valor minimè expendendus eſt; non tamen inibi litis ambiguus euentus perpenditur,quo conſiderato,ſi enormiſſima ſuboriretur læſio,ipſe *text.* minimè ſancit,tranſactionem non reſcindendam,quę ſolutio palàm colligitùr *ex gloſ* inibi,& etiã *ex Bart.ibidem,& quoque ex eod.Bart in d.l. ſi quis cum aliter q.penult. & idem & conſtat ex d.l.2.C.de reſcin.vend.*

Vel dici poteſt,quod vt ex *text.*inibi conſtat,res poſt tranſactionem inuentæ fuerunt: igitur læſio conſiderari non valuit tempore tranſactionis,quod tempus non futurum in hac ſpecie læſionis conſiderari debet, *C.de reſcin.vend.l.ſi voluntate, cap. cum cauſam, quæ inter iconomum, de teſtibus. bonus text. in l.56.tit.5.par.5.cum ſimilibus,*& in noſtris terminis,ita reſpondit *Panthal.de Crem.in d. l.2. col.1.*

Proinde & pręter alios reſpondetur *in d.l. Lutius, §.fi.* contrariam ſententiam argumẽto à contrario ſenſu probari tenentes aduerſam ſententiam profitentur,& euidẽs res eſt.

14 Sed argumentum † à contrario ſenſu aduerſus legem nequaquam obtinet,vt notatur *in c.1.de æta.& quali.lib.6.in l.2.C.de cond. inſert.tradunt Doct.in l.quæcunque,ff.de offic. aſſeſ. & in l.conuenticulam, C.de epiſcop.& cler.*& contra legem eſſe ſat conſtat,*ex d.l.ſi ſuperſtite,& ex ſupra citatis.*

Denique nec in caſu *d.l.Lutius, §.fin.* non fuit læſio ita enormiſſima:prout hoc accidit in caſu, igitur ad hunc caſum minimè eſt extendenda,*ex iuribus vulgatis, & ſup.citatis.*

Verum nec *Dini, & ſequacium* doctrina nos ad contrarium ſubinuitat ſententiam, 

15 nempè quia eorum eſt ratio † quòd in tranſactione enormis læſio perpendi ex eo nequit: quia tranſactio adinuenta fuit, vt pro modico magna remiſſio fiat, *ff. de tranſact. l.cum hij,in princ.& in l.1.& 2.ff.eodem titulo.*Siquidem in promptu ſit his reſponſio, pręcipuum cũ tranſactio ad lites ſubuertendas ſit adinuẽta,*C.de tranſa.l.quãuis, C.eod. tit.l.cauſas,vel lites,cum alijs,* non autem inuenta fuit,vt illa enormis fiat læſio, vt cõſtat *in d.l.qui ſuperſtite,& in l.qui cum tutoribus §.1.ff.de tranſact.& in l.cum Aquiliana.ff.eo. tit.* quod & conſtat, quia errans conſenſiſſe nun-

16 † nunquam cenſetur, *ff. de iuriſd. omn. iud. l. ſi per errorem, & l. 1. ff. de cond. indeb. & ff. de reg. iur. l. cuius per errorem, & l. ad probationem, C. loc.* ſed enormiſsimè læſus ſatis errare dicitur circa rei valorem, & his addendus eſt *tex. in l. quiſquis, C. de reſcin. vend.* cuius *Imo. meminit in d. l. ſi quis cum aliter, ff. de verb. oblig.* igitur minimè mirum, ſi dictam ſententiam ſequamur, & læſo enormiſsimè iuris remedio ſuccurri dicamus: & quantò magis prædicto Gaſpari, qui ſi dictam conuentionem cuſtodit, complures pecunias, nihil defeſens, eſt ſoluturus.

Sanè nec noſtræ obſiſtit ſententiæ alia ratio (quam opinionem ſequentes contrariam

17 excogitant) † nempè quod ſententia, læſionis prætextu minimè reſcinditur, *C. de cõd. indeb. l. 1.* & quod eadem et ratione, nec trãſactio reſcindatur. Siquidem fatemur, ſententiam ex cauſa læſionis minimè dirui, quatenus iudex de cauſa cognouerit, & de re, quã iudicauit, excogitauit, *ff. de re iud. l. ex qua re.*

Item dicendum eſt, iuris rigore non reſcindi: at de equitate ſecus, *ex d. l. 2, C. de reſcin. vend.* Vel aliud in ſententia, aliud in trãſactione opinari licet, ex dictis iuribus, præſertim, quia læſus ex ſententia poteſt ab ea appellare; at ſecus eſt in læſo in tranſactione, prout in noſtris terminis ita notabiliter reſpondit *Pet. Rebuff. in d. 2. tomo conſtitut. Gallicarum tit. de reſciſſionibus contractuum art. vn. gloſ. 5. num 19.*

18 Denique nec dictæ noſtræ ſententiæ † aduerſari videtur, *tex. in l. 34. tit. 14. p. 5.* Siquidem ipſa explicanda videatur, cum verus rei valor perpenditur, non quæ, dut io euentu circonſpecto, *ex gloſ. in d. l. Lutius, §. fin. vbi Bart.*

Præterea *d. 7. partitarum ſanctio* non quidem procedit, vbi ita enormiſsima adeſt læſio; prout noſtro ineſt in caſu, & ſi inibi contrarium generalitèr teneat *Greg. Lup.*

Vel denique expendendum eſt, quod dicta *lex parti.* nõ quidem cùm dolus interuenerit locum habet, vt palàm ipſa eadem inſinuat ſanctio, qui quidem dolus ex ænormiſsima læſione adeſt, vt probatur *in d. l. qui ſuperſtite* & alibi ſæpè traditur. Et licet dicta *7. partit. ſanctio* doli exemplum explicet, puta,

19 quia inſtrumenta occultantur † non enim ipſum exemplum regulam arctare valet, vt *in l. licet §. regula, ff. de iur. & fact. igno. & in §. hactenus, inſti. de gradib. & alibi ſæpè,* & ita noſtra ſententia ad tutum accedit portum.

20 Quæ etiam ſuadetur † ne aduerſarius aliena locu letetur iactura, *ex text. in l. ſi me & Titium, ff. ſi cert. pet. & in l. nam hoc natura, ff. de cond. indeb. & in reg. locupletari, de reg. iur. lib. 6. cum ſuis vulg.* Quim & *d. lex parti* plures recipit intellectus, quorum meminit *Io. Mattien. in ſuo dialogo relatoris, cap. 20. 3. part. num. 10. & ſeqq.*

Præterea & ſi opinio contraria (vt inficia-

21 mur) probabilior eſſet † id procedit, vbi exceſſus vltra dimidiam modicus eſt, & in hoc caſu DD. contrariã ſententiã tenentes, intelligẽdi ſunt: at ſecus eſt, qñ læſio ita ingẽs eſt, & cũ læſio in toto adeſt, & ita *Corn.* in proprijs terminis cõſuluit (has opiniones ſic cõciliando) *in conſ. 27. in 1. cõſultationis. col. 5. et ſeqq. lib. 4.* conſtanter tenens, contrariam ſententiam tunc obtinere (quando verior eſſet) vbi læſio parum dimidium excedit, noſtra verò ſententia, ſi longè vltra ipſam dimidiam ſit, & inibi loquitur, etiam ſi tranſactio iureiurando ſit munita, idem & conſuluit ipſe *Corn. in conſ. 166. circa primum. col. 3. verſ. vel procedat opinio, lib. 1. & Dec. in conſ. 216 viſa tranſactione, col. 1. verſ ſed prædictis non obſtantibus. & in conſ. 479. in controuerſia, nu. 11. & in pluribus alijs conſilijs, & Io. Ant. Rub. in conſ. 71. plura mihi, num. 8.* vbi ait, ſic fuiſſe pronunciatum, ſecundum prædictam concordiam, idem & cõſuluit *ipſe Ant. Rub. in conſ. 147. viſo inſtrumento, num. 17. & in d. conſ. 152, num. 9. & Hieron. Grat. reſponſor. lib. 1. in reſp. 88. & ſi decreueram, col. fin. nu. 3 & 4. & Aym. Crauet. in d. conſ. 41. num. 26. ad fin.* & idem tenent plures alii DD. ex ſupra citatis.

Verùm & etiam dictæ opiniones contrariæ conciliari poſſunt, vt ſcilicet, opinio contraria noſtræ (ſi probabilior reputatur) tunc

22 locum habeat † quando cum priuato confecta fuerit, at ſecus ſi cum Principe, eiuſque fiſco, vt in præſenti.

Tùm quia (vt explicuimus) conuentio cũ Principe facta bonæ fidei eſt, igitur non poteſt tunc *d. l. 2. C. de reſcin. vend.* non obtinere, vt & ſupra deſcripſimus, & tradit *Panthal. de Crem. in d. l. 2. col. 10.*

Tum & quia in dubijs opinionibus aduerſus fiſcum pronunciandum eſt, *ff. de iur. iur. l. & puto, cum ſuis ſimilibus.*

Tum etiam, quia *d. l. 2.* in æquitate fundatur, quam Princeps præter omnes ſequi tenetur, vt legitur, & notatur *in l. ex facto, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. cum alijs.*

Tum & quia Principis actus, potiùs quàm aliorum ab omni malitia, & dolo eſſe debet, *vt in auth. conſtit. quæ de dignitatibus coll. 6.* & his accedant, quę notantur *in l. Cæſar, ff. de publ. & per Bal. in l. ex imperfecto, in princ. C. de teſtam. cum alijs, de quibus Dec. in conſ. 404 viſo eleganti num. 8. & in conſ. 288. in cauſa communitatis, col. pen. nu. 5. & 6.*

X 2 Itaq;

Digitized by Google

Itaque multis modis conſtat, *dictam l.2. C.de reſcin.vendi.* in dicta tranſactione locum habere: & ſi tranſactio eſſet.

Quæ quidem obtinent, & ſi in eadem ſcriptura iudicis & principis decretum
23 interuenerit † quia iudicis decretum non facit ceſſare læſionem enormiſſimam, quæ ex ſerie proceſſus conſtat *ex tex. in l.1.in fi. C.de his qui veni.æta. impetra.& in l. meminerint, C.vnde vi melior tex. in l.& ſi præſes. C.de præd.mino.notat Abb in d.c.cum cauſa col.2.verſ.ſecundò oppono. de empt.& vend. Imol.& moder.in d.l.ſi quis cùm aliter.ff. de verbor.oblig.* cum alijs de quibus in noſtris terminis meminit, *Corn.in d.conſ.214.viſo puncto,col.pen.verſ.nec obſtat quod interuenit lib.3.& Hipol.in ſingul.438.lex multum col.fin.ad finem.& notabiliter Card. Paul.Pariſ.in conſ.89.rationes nu.58.cum ſequen. lib.1.& Io.de Rip.lib.3.reſponſorum,c.15.n.15. & Io.de Neuiz.in conſ.52.circa venditionem nu.54.& ſequen.* Etſi in hoc contrarium teneat *Iaſ.* alios referendo *in cap.1.nu.9.in in tit qui feud.da.poſſunt.* Et quanto magis, quòd ſi cæſar noſter in dicta ſcriptura adfuit, non quidẽ vt rex, ſed vt priuatus fuit, quod perpendunt *DD. in c.1.de probat. & in alijs locis ibi à nouioribus traditis.*

24 Plane nec ſententia † quæ ad partium conſenſum poſt dictam conuentionẽ fuit lata, prædictis nocet: & quandocunq; poſſunt contra eam venire erroris cauſa; ex his quæ in terminis *Paul.Caſtrenſ.* conſuluit *in conſ.188.ad primum reſpondetur, nu.4 lib.1.* & facit quod notat *Bar.in l. non fatetur colu.3.verſ.ſed an iſto caſu,ff de confeſ. & Iaſ.in l. error.num.23.C.de iur. & fact.igno.* Nec talis ſententia de conſenſu partium lata meretur habere nomen ſententiæ, vt ait optima *gloſ. in cap. ex parte in ſecundo in verb. ſi vero dubia in medio.de verb.ſignif.* ad idem eſt bona *gloſ.in l.fin.§. neceſſitate, C.de bon.quæ lib.* & ibi etiam *Bald.* notat *colun.3.verſ. ſequitur in gloſ.* & idem notat *Philipp.Franch.in cap.fin.col.fin.verſ.vltim. eſſe videndum de in integr.reſtit.lib.6.* & dicit notanter *Dec.in conſ.445.in caſu ad me.*
25 *num. 44.* † quod in dubio debet pronunciari, quod non obſtet exceptio rei iudicatæ.

Proinde nec aduerſario ſuffragatur dicere, quod qui opinionem noſtram ſectantur (qua aſſerimus, *d.l.C.de reſcind. vend.* etiam
26 in tranſactione obtinere) dicunt † ipſam læſionem probandum conſiderato dubio litis euentu, & quod hoc dictus Gaſpar Ramirez nec probauit nec articulauit.

Primo, quia ex rei euidentia, ex proceſſuſquè ſerie dicta enormiſſima læſio paten
27 tiſſima eſt † & ſat conſtat ex priori lite eiuſque euentu ſperato, dictum Gaſparem obtenturum: & ita quod conſtat, magis probari neceſſum non eſt, *l.continuus, §. cũ ita.ff.de verb.oblig.l.1 ff. de act.empt.& l.1. ff.de dot.præleg.cum alijs notiſſimis.* Et *Bart.* aliorumque ſententia tenentium, ſecundũ dubium euentum litis læſionem teſtibus probandam, explicanda quidem eſt, niſi ex actis proceſſus antiquæ litis ipſa conſtet
28 læſio, ſeu aliàs, ſiquidem † probationum genus non ſit reſtringendum, *C.de hæretic. & maniche. lege quoniam in finalibus verbis, & illic Bartol.& DD. poſt gloſ. inibi in verbo anguſtetur.* Et in terminis noſtris hęc cõſuluit *Corn.in d.conſ.27. col.3.lib.4.* vbi aſ-
29 ſerit † quòd ſi conſtat lucidè aliquid eſſe debitum, quod tranſactione remittitur, quòd ob id, confeſtim de enormiſſima cõſtat læſione: & ſi alitèr conſiderato dubio euentu non probetur læſio.

Secundo *Bartol.& ſequatium* doctrina
30 prædicta locum non habet † cùm acta ad inueniuntur inter partes confecta, quibus ante tranſectionem, res ſuper qua tranſactio eſt facta, controuerſa eſt, & illius de ipſo dubio euentu iudicari poteſt. vt in præſenti caſu, namque peritiſſimi iudices coram quibus partes contendunt, ex facili ex dictis actis poterunt dictam enormiſſimam læſionem percipere, optimè enim ipſi domini iudices, vt peritores hoc quã teſtium dictis percipient, cui rei alludit, *tex.in l.3.§.ideoque, ff. de teſtibus* ibi. *Eum qui iu dicat magis poſſe ſcire.* Et eam ob rem
31 † omnes probationes ſunt arbitrariæ, vt conſtat ex *d.l.3.* & id notat *Bartol.in l. Lutius ff.de his qui notan.infa.& Paul.Caſtrenſis in l.admonendi colun.penult ff. de iure iurando,* ad quod etiam eſt optimus *tex in capitulo ex literis.* & ibi notat *Deci. colum. 2. verſ.tertiò nota cum ſequentibus de probat. & idem Dec. in conſilio 448. vis tota num. 19.& ſequentibus,* & notat *Barba. in conſili 47.præclare colum.1.in princip.lib.2.* & hęc eſt communis opinio ſecundum *Pinel.l.2. C.de reſcin.vend.3.par.cap.fin.num.44.cum ſequen.* quibus adde *Gregor.Lop.in l.40 tit. 16.par.3.verb.De mejor fama.* Quin & te-
32 ſtium dicta † de dicto dubio euentu ſi recipiantur, potiùs iudicant, quam vt teſtes deponant: & ob id non prorſus eorum dicta videntur conſideranda, vt conſtat ex traditis *in lege qui teſtamento, §. final. & inibi DD ff.de teſtibus, & in l.3.C.eodem titul.* Quæ & roborantur, quia acta litis an-
33 tiquæ rem notoriam efficiunt † & iuſti-

tiam

tiam, iniuſtitiamque partium comperiũt, & ita manifeſte dubius litis euentus ex eis conſtabit: *vt in cap. ex inſinuatione, de appellat. & illic DD.* & tradit *Bal. in l. 1. col. 2. C. quomod. & quand. iud. & DD. in capit. per tuas de teſtibus*, & latiùs *recentiores in capitulo ſignificauerunt eodem titulo, & Alexander in l. 2. C. quod met. cau.* Hæc & elu-
34 cet veritas † quia parem vim dicta acta, ſeu inſtrumenta habere debent, quàm teſtes ſuper dubio euentu recipiendi, *l. in exercendis. C. de fid. inſtrument. cum alijs de quibus DD. in l. 1. C. de eden. & in dicta lege admonendi, ff. de iure iurando*. Proindè hæc & ſuadentur, quia teſtes ſuper dicto dubio euentu deponentes, ad dicta acta præcedétia ſe referre debent (non quidem ambigimus) & ita non plus probabunt, quàm ipſa acta *ex tex. in l. inſtrumento, ff. de condit. & demonſtrat. & ibi Soccin. num. 7. & Bartol. in l. 1. ff. ſi cert. peta. cum alijs*, quæ ibi *moder.* tradunt. igitur cùm habeamus dicta acta antiqua, quibus dicta læſio probari, ſeu inprobari valet, ad quid ſuper dicto dubio euentu teſtes ſunt recipiendi. Quæ omnia maximè obtinent, quia dicta lis, ſuper qua dicta euenit conuentio, inſtructa
35 erat, & proceſſus concluſus † nam paria ſunt, quòd quis ſit condennatus, vel abſolutus: vel quòd ex proceſſu concluſo appareat, an ſit condemnãdus, ſeu abſoluendus, *l. qui pœne, §. diuus ff. de manumiſſo, & in l. quamuis in fine. C. de adulter.* quo in tex. habetur, quòd ſi aliquid eſt probatum, ac ſi pronunciatum eſſet, debet haberi, & *inibi* eſt optima *gloſ. in verb. confecto*, eſt etiã *tex. in l. 3. § lege Iulian. ff. de teſtibus*, & notat *Bald. in lege ſi pro ea col. 2. verſ. 6. quæro. C. manda.* quibus & conducit *optimus tex. in l. ſi rem, §. finali, vbi gloſ. ff. de euictio.* vbi probatur, paria eſſe, concluſum in cauſa, vel ſic iudicatum, & tenet *Bartolus in l. ſi mater, §. eadem, ff. de except. rei iudi. & Bald. in d. l. quamuis, C. de adulte.* Quæ & ſuadentur, quia exiſtimandum eſt, ſecundũ ius eſſe iudicandum, *l. Herennius ff. de euictio.* & tradit *Bal. in l. 1. C. de nego. geſt.* & ita iuxta ea quæ ex actis dicti proceſſus conſtat, pronunciandum eſt, & per conſequens dictã læſionem enormiſſimam ineſſe nec credẽdum eſt, iniquam ſententiam ferendam, *ex text. in l. merito, ff. pro ſoc.* cum ſua materia. Quin & ad ſuperiora ſat eſt aduertendum, dictos duos iudices, qui de hac cauſa diri-
36 menda agunt, ſupremos eſſe † & debent ſola facti veritate inſpecta, & cognita iudicare, ſine alijs iuris apicibus *l. 11. titul. 1. lib. 3. ordina. (quæ habetur lib. 4. recopil. titul. 17. l. 10. & tex. in l. fin. titul. 15. eodem lib. 3. ordina. cum ſuis ſimilibus*, & hoc facere de-
37 bent ſeruata equitate † quam iudex corã ſuis oculis habere debet, *l. quod ſi Epheſ. ff. de eo quod cert. loc. cũ ſimilibus*, in qua equitate *dicta l. 2. C. de reſcin. vendi.* & ſimiles (vt aſſeruimus) fundatur.

Quid multa, & ad probandam læſionẽ enormiſſimam in tranſactione, non vt *Bartol. eiuſque aſſeclæ* dicunt (ſcilicet conſiderato dubio euentu litis) probatio teſtibus eſt facienda † & ſat eſt vt *Salic.* ait *in l. arbitrorum columna antepenu. ff. pro ſoc.* probare, quòd tanti plus ſibi debitum erat, & quòd nullus vir bonus factis probationibus, ità modicum fuiſſet arbitraturus: & quòd ad hoc teſtes neceſſarij minimè ſunt: & ſi id allegandum eſſe *inibi* dicat quàm *Salic.* ſententiam, & *Barba.* ſectatur *in dicto c. cum cauſa. col. 4. de emption. & vẽditio.* & palam videtur idem tenere *Bartol. in d. l. arbitrorum. col. 8. verſ. quæro vtrum arbitramentum.* Quin *DD.* qui tenent in tranſactione *dict. l. 2. C. de reſcin. vend.* non ſubſiſtere *Bart.* impetunt, ex eo quòd de probatione agit, conſiderato dubio litis euẽtu: ſiquidem talis probatio fieri nequeat.

Quibus hoc reſponſum finem inuenit. Quod ita demum pronuntiatum eſt.

Doctor Burgen. Marcus Salon de Pace.

## A D D I T I O.

NVm. 1. & hoc procedere videtur, quoties vltra læſionem dolus interuenerit, vt locus ſit remedio, *l. ſi quis cum aliter*, ità conſiderat *Peguer. deciſ. Catal. 165. num.* 8. etiam ſi eſſet dolus præſumptus, vt dixit *Reuſner. dec. German. 6. num. 11. par. 2. Ioſeph. Ludo. dec. Peruſ. 18. nu. 60.*

Num. 2. *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 26. tit. 9. num. 28. num. 3. infrà num. 12. Celſus Bargal. in tract. de dolo lib. 6. reg. 28.*

Num. 4. Etenim tranſactio fit aliquo dato vel retento, *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 45. nu. 29.*

Num. 3. addas *Ceuall. pract. queſtio. lib. 1. quæſt. 72.*

Num. 6. talis enim præſumitur contractus, qualis ex verborum facie apparet, *Menoch. eo. tract. lib. 3. præſumptio. 105. num. 2.* vbi *num. 9.* ſubdit, niſi tamẽ

repu-

Digitized by Google

repugnet illius effectus, & alia tradit ad rem *in praſumpt. 122. num. 33. & Clapper. cauſa 29. q. 1. num. 8. & quaeſt. 2. num. 2.*

Num. 7. vide *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit 4. praeſertim num. 13.*

Num. 8. ex definitione donationis hoc coperitur, & ex illius circumſtantijs de quibus ſatis loquitur, *Mantic. eo. tract. lib. 13. tit. 2 Virgil. Pedici. de Analiſi ac Synth. tripl. entit. Iur. lib. 2. cap. 4. per totum*, & quando donatio dicatur interueniente pretio, docet *Tiraquel. in l. ſi vnquam ver. donatione largitus num. 2. & 3. C. de reuoc. donat.* & ſi hoc caſu locum habeat remedium, *l. 2. Viu. in ſilua opin. 1047. num. 13. & 14.*

Num. 9. *Mantic. eod. tract. lib. 1. tit. 9. num. 45.* vbi plura.

Num. 10. addas *Alex. Trentacinque var. reſolut. lib. 3. tit. de empt. & vendit. reſol. 3. num. 1. Viu. in Silua opin. 1047. nu. 7. Emanuel. Suarez. inter com. opin. lib. 4. tit. de reſcind. vend. num. 23.* & in quibus contractibus procedat, & non procedat, latè *Alph. collect. 30. Ricc. collect. 81.*

Num. 11. vide *Donat. à Fino inter commu. opin. lib. 4. tit. de reſcind. vendit. num. 12.* vbi ponit regulam, & an in contractibus fiſcalibus locum habeant, *Peregr. de iure fiſci lib. 6. tit. 4. ſub num. 8.* & melius, *Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit. de regal. impoſit. §. 5. num. 1.* vbi *num. 4.* deciſionem ponit de contractu celebrato cum Prorege, & *num. 2.* affirmat locum habere etiam in bonis Eccleſiae.

Num. 12. *Alexand. Trentacinque var. reſol. tom. 3. loco allegato de empt. & vend. reſolut. 3. col. 4. in 7. q.* latè *Ceuall. pract. qq. in q. 77. Viu. in ſ. d. opin. 1047. verſ. 4. non ſortitur, & inter commn. opin. diuerſ. titul. de reſc. vend. ſub num. 28. Reg. de Ponte vbi ſupra nu. 12.* latiſſimè *Mantic. d. tract. lib. 26. tit. 8. per totum, Peguera dec. Catal. 203. per totum, & dec. 202. Pinell. in l. 2. par. 1. cap. 4. num. 12. C. de reſcind. vendi.*

Num. 13. adde *vbi ſupra nu. 3.*

Num. 14. erit videre apud *Euerard. in topica loco à contrario ſenſu.*

Num. 15. *Ceuall. vbi ſupra in fin. Villalob. inter com. opin. eo. tit. de reſcind. vend. nu. 55. Peguer. vbi ſupra nu. 4. & ſeq.*

Num. 16. alios citat *Barboſ. in ſuo opuſcul. princip. iuris litt. E. num. 11.*

Num. 17. adde *Mantic. d. tract. eodemq; libro 26. tit. 9. num. 18.*

Verſ. item dicendum *Pinell. in l. 2. p. 2. Rub. num. 22. & ſeq.*

Num. 18. *Ceuall. vbi ſupra nu. 1.*

Num. 19. *Barboſ. eo. opuſcul. lit. E. nu. 25.*

Num. 20. *Barboſ. d. opuſc. lit. L. nu. 37.*

Num. 21. & 22. videas *doct. relatos ſupra num. 12.*

Num. 23. *Emanuel Suarez inter com. opin. tit. citato num. 41. Reg. de Pont. vbi ſup. num. 5. Alex. Trentacinq. vbi ſupra n. 5.*

Num. 24. vide *Anton. Gabriel. lib. 2. comun. opin. tit. de ſent. concl. 7.* & meliùs *Peguera d. dec. 202. num. 3.*

Num. 25. vide *Ann. ſingul. 626.*

Num. 26. *Peguera d. dec. 202. num. 4. & 6. Mantic. vbi ſupra num. 23.*

Num. 27. videas *eundem Mantic. loco allegato nu m. 40.*

Num. 28. *Maſcard. eo. tract. concl. 1182. num. 1. Surd. dec. 331. num. 4. dec. 153. n. 25. dec. 43. nu. 5. dec. 277. nu. 9.*

Num. 29. *vide Peguer. d. dec. 202. nu. 7.*

Num. 30. dubius litis euentus qualiter iudicari debet, refert *Maſcard. de probat. concluſ. 662. num. 2.* & conſequenter, acta antiqua extant, noua non conſiderantur, & ſuper primis debet iudicari, *Maſcard. concl. 32. num. 26.*

Num. 31. *Maſcard. de probat. concluſ. 740. num. 6.* nouiſſimè *D. meus Conſiliarius integerrimus Hector Capicius Latro* primis Regni faſcibus dignisſimus *deciſ. 1. num. 36.*

Num. 33. Notorium inducunt, & probant probationes in iudicio factae, *Maſcard. eo tract. concl. 1107. num. 17.* & ſubdit *num. 13.* quod notorium inducat, atq; probari, per acta iudicij.

Num 34. *Maſcard. eo. tract. concl. 609. nu. 10. Barboſ. in opuſculo allegato lit. P. num. 54. Cauenſ. in ritu 235. nu. 20. Carau. in ritu 275. num. 17 Ruginell. pract. quaeſt. cap. 8. num. 2. & ſeq. Menoch. de praeſumptio. lib. 2. praeſumpt. 11. num. 34.*

Num. 36. *Ruginell. pract. qq. c. 1. per totum.*



Digitized by Google

# SVMMARIVM.

1 *Scriptura veriſſima præſumitur, & vbi eſt caſus inſtrumenti non videtur dubitandum.*
2 *Scriptura carens ſigno tabellionis non probat.*
3 *Prothocollum de per ſe adinuentum non probat.*
4 *Prothocollum non habens ſubſcriptionem Notarij iure ſubuertitur.*
5 *Ad maioricatus ſucceſſionem quis vocari poteſt ſub conditione, vt matrimonium non contrahat ſine alicuius licentia, & num. 9. & 10. & ferè per totum conſilium.*
6 *Conditio non dicitur impeditiua matrimonij, ſi ad matrimonium contrahendum alicuius licentia requiritur.*
7 *Matrimonium contrahere ſine conſenſu patris eſt contra omnes bonos mores, & inducit odium capitale.*
8 *Statutum laicorum prohibens filium ſine patris licentia contrahere matrimonium, valet, & tenet, & habet in ſe ſummam iuſtitiam.*
11 *Eccleſia punit matrimonium clandeſtinum contrahentes.*
12 *Conditio de matrimonio contrahendo, intelligitur de vero matrimonio, non verò de nullo.*
13 *Habens ius aliquem de certis eligendi ad ſucceſſionem maioratus, poteſt variare, & mutare talem electionem, ſeù nominationē, & ſeqq. numer. & ferè per totum conſiliū.*
14 *Rogatus rem reſtituere poſt mortem ſuam, vni ex certis, non poteſt in vita irreuocabiliter concedere, Et inibi de ratione text. in l. cum pater, §. à filia, ff. de leg. 2.*
15 *Intellectus l. vnum ex familia, in princ. ff. de leg. 2.*
16 *Meliorandi ius habens ex teſtamento alicuius, poteſt reuocare meliorationem per eum factam in fauorem alterius. Et inibi de intellectu l. 17. Tauri.*
16 *Reſtitutio bonorum ſi ex voluntate defuncti faciēda ſit pauperibus, ſi aliqui pauperes in vita ſint electi, ipſa electio poſtea poteſt reuocari & alios pauperes admittere.*
19 *Declarandi poteſtatem habens, an poſſit variare.*
20 *Electus ad officium non habet ius conſiderabile, durante tempore ſui prædeceſſoris.*
21 *Variatio locum habet data electione ex contractu.*
22 *Electio, ſeù nominatio facta in fauorem alicuius ante eius acceptationem, facilius reuocari poteſt, maximè de eius conſenſu, & num. 23.*
24 *Falſitatis ſuſpitio habetur pro falſitate.*
25 *Inſtrumentum non habens diem, nec menſē, non valet.*
26 *Matrimonium ex quibus probetur clandeſtinum, remiſsiuè.*
27 *Filius non eſt legitimus ex mala fide parentum, qui ſuam conſanguinitatem nō ignorarunt.*
28 *Mala fides parentum circa legitimitatem filiorum ex quibus probetur, & ſeqq.*
29 *Actus clandeſtinus ſemper interpretatur in peiorem partem.*
30 *Scientia, & mala fides ex coniecturis probatur.*
31 *Mala fides parentum circa legitimitatem filiorum vnico teſte probatur.*
32 *Filius natus ex matrimonio putatiuo non ſuccedit in maioricatu; cum non ſit natus de legitimo matrimonio.*

## ARGVMENTVM.

Subſtitutio facta in beneficium alicuius filiæ, ſeù neptis, excluſa ſorore ſuper maioratu conſtituto ab auis, an excludatur per aliam ſcripturam contrariam, vbi conceſſa reperitur facultas nominandi, conceſſa ambabus ſororibus vigore cuiuſdam codicilli ab eorum aui facti, ſigillum non habentis, ac alios defectus habentis ad excluſionem ſororis, nō nominante matrimonium nullitèt contrahentis, & pro cōfirmatione nominationis ſororis ſubſtitutæ, plures rationes diriguntur, in eius fauorem.

## CONSILIVM XX.

*Optimi maximi Dei auxilio poſtulato, & eius Genitricis Virginis Sanctiſſimæ.* In hac controuerſia, quæ eſt inter D. Conſtantiam de Leiua, ex vna parte, & Petrū de Palacios, & D. Agnetem eius vxorem ex alia, breuiter probabimus, ius dictæ D. Conſtantię, & illam in cauſa obtenturam, non obſtante ſcriptura ſecundi maioratus, quæ aſſeritur facta à Ioanne de Arze (aliàs de Moxica) & à D. Ioanna de Salazar eius auis, in qua aduerſarij dicunt, per dictum Ioannem de Arze cōceſſam fuiſſe prædictæ D. Conſtantiæ, dictęq; Agnati facultatem

tatem nominandi filiam, quam voluerit ad bonorum ſucceſsionem, ſuper quibus hæc lis eſt.

Primò hoc conſtat, quia prædictus Ioannes de Arze, & dicta D. Ioanna de Salazar prædictarum aui maioricatum conſtituerunt anno 1514. in quo poſt dictum Ioannem de Arze iuniorem, & eius deſcendentes maſculos, filiam eius primogenitam ſubſtituunt, quæ eſt dicta D. Conſtantia de Leiua, dicta Agnete excluſa. Quæ ſcriptura veriſsima cõ-
1 ſtat † & ita præſumitur, ex *text. in l. cum precibus, C. de probat. & in l. optimam, C. de contrah. & comm. ſtipul.* & vbi eſt caſus inſtrumenti, non videtur dubitandum, ſicut dicitur de caſu legis, vt ait *Bald. in conſ. 215. proponitur, col. 2. circa finem, lib. 2.* quem refert, & ſequitur *Aym. Crauet. in conſ. 31. proponitur, quod mulier, num. 5.* vbi inter alia dicit (referendo eũdem *Bald. in alio conſilio*) quod iam dici poteſt de inſtrumento publico, noli me tangere.

Et multis modis dicto aſſerto ſecundo maioricatui, eiuſque ſcripturæ reſpondemus.

Et primò, quod eſt ſcriptura, quæ tabellio-
2 nis ſignum non habet, † ob idque non probat, ex *tex. in auth. de inſtrum. caute. & fid. §. oportet, coll. 6.* & communi DD. ſententia in *cap. 1. de fid. inſtru. & inibi latè Felin. nu. 13. complures citans, poſt Bald. in rubr. C. de fid. inſtru. col. 7. verſ. ſed & tertiò, & Angel. in l. Lutius, ff. de teſta. mili. poſt Angel. in conſ. 220 ad hoc, col. 1. verſ. item cartula, & Imol. in c. cum P. tabellio, de fid. inſtrum. & Alexan. in conſ. 153. videtur prima. col. 1. verſ. dicit Bald. lib. 2. citans Specul. in tit. de fid. inſtrumen. §. videndum, verſ. & nota, quod tabellio idem et tenet Corn. in conſ 226. licet in hac, col. 3. verſ. cum itaque, lib. 3. poſt Anch. in conſ. 431. præmiſſa, col. 1. verſ. pro quarum, & Deci. in conſ. 447. in donatione, nu. 4. & 5 cum alijs, de quib. Card. Paul. Pariſ. in conſ. 12. tranſactio n. 125. lib. 2. & pleniùs in conſ. 27. notula. num. 6. eod. lib. 2. & Aym. Crauet. in conſ. 72. dubitatur, num. 4.* & ſi in hoc alij multi teneant contrarium, vt conſtat ex *Roland. à Valle in conſ. 44. præſens, num. 40. lib. 1. & alibi ſæpè.*

Proinde prothocollum dicti inſtrumenti non facit fidem, quia minimè inter alios prothocollos tabellionis (qui illud feciſſe aduerſarij dicunt) reperitur, prout exigitur ex *l. reg. Compluti edita anno 1503. c. 1.* & quod pro-
3 thocollum † de per ſe adinuentum non probet, traditur in *auth. de tabellion. §. pen. coll. 4* & idem expreſsè conſuluit *Corn. in d. conſ. 226 col. 3. verſ. coadiuuatur, lib. 3. & prius hoc tenuit Paul. Caſt. in l. contractus, col. 1. verſ. poſtea pone, C. de fid. inſtrum. & Paul. refert, & ſequitur Card. Paul. Pariſ. in d. conſ. 27. n. 14. lib. 2. & Boer. in deciſ. 36. & videtur, nu. 2. in 1. part. & alibi ſæpè traditur.*

Item, quia dictum prothocollum non ha-
4 bet tabellionis ſubſcriptionem † & ideò iure ſubuertitur, *ex text. in d. authen. de tabellionibus, §. pen. colla. 4. & notat Bald. in d. l. contractus, col. 2. verſ ſed quæro, & Suar. in repet. l. poſt rem iudicatam, in 2. extenſione, col. pen. illius ſecundę extenſionis, ff. de re iud. cum alijs de quibus Card. Pariſ. in d. conſ. 27. nu. 5. lib. 2.* Et ſi in hoc contrarium teneant plures alij, vt refert *Curt. Iun. in conſ. 162. ſacratiſsimæ, n. 1. & alibi ſæpè.*

Rurſum, & ſi dictũ prothocollum, & ſcriptura ſecundi maioricatus fidem faceret, nihil
5 dictæ D. Conſtantiæ refragatur † ſiquidem à dicto Ioanne de Arze, & de Moxica dicta Agnes hac lege prius nominata eſt, quod ſine eius licentia ipſa matrimonium non contraheret. Quæ conditio ab eodem Ioanne de Arze imponi valuit: ſiquidem ſi vera ſit dicta prior ſcriptura, ad eiuſque libitum nominãdi ius illi conceſſum conſtat, ex *tex. in l cum quidam, ff. de leg. 2. cum alijs.* Rurſum cùm ei data eſt libera nominandi facultas vnam ex dictis ſuis filiabus, potuit dictã Agnetem ſub dicta conditione nominare, & ipſa lege, ſeu conditione non impleta dictam Conſtantiam excludere, *ex text. in l. vnum ex familia, §. ſi duos ff. de leg. 2. & illic Doct. cum alijs, de quibus Didac. de Segur. in repetit. l. cum filia, §. coheredi, col. 89. verſ. ſed quando tale grauamen. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. fol. 22. eiuſd. repetit.* & ſimiliter potuit diuidere ipſam nominationem, ſeu electionem inter ipſas filias.

Nec dicere oberit, quod dicta conditio eſt impeditiua matrimonij, & quod ob id iure ſubuertitur, *ex text. in cap. gemma, de ſponſal. cum alijs ſuis ſimilibus.* Nam hoc aſſertum
6 iuri aduerſatur † ſiquidem ea, nec matrimonium impeditur, nec pœna contra matrimonium imponitur, & ideo firma eſt talis conditio, vt pleriſq; rationibus, & iuribus cenſet *Ioan. Lup. in repet. c. per veſtras, §. 21. num. 1. cum ſeqq. de donat. int. vir. & vxor. poſt Iaſ.* qui in effectu idem tenet *in l. 2 col. fin. nu. 25. ff. de iuriſd. omn. iud.* loquens in ſtatuto, quo cauetur, quod nullus Guelphus matrimoniũ cum aliqua de Comitibus de Baptiſtis contrahat, quod etiam fuſiùs tradit *Chaſſan. in conſuet. Burgund. in tit. des ſucceſſionis, in rub. 7. §. 2 num. 5. char. mihi 232. & hoc conſtat ex tex. in l. 2. & illic Paul. Caſtren. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condi. fact. & ita conſuluit idem Paul. Caſtrenſ. in conſ. 300. videtur dicendum, col. 1. lib. 1. & Felin. in cap. ex parte, col. 2. de conſtitut.* & faciunt, quæ ſingulariter in noſtro

propo-

Digitized by Google

propoſito adducit *Card. Pariſ. in conſ. 29. eſto quod, nu. 45. cum ſeqq. lib. 3.* & notanter idem tenet *Didac. Couarr. in ſuo epitome 4. libri decretal c. 3. §. 3. ſecundæ partis, nu. 6. cum ſeqq.*

7 Quod etiam confirmatur † quia contrahere matrimonium ſine conſenſu patris eſt cōtra omn. bonos mores, & inducit odium capitale, vt ait *Bald. in l. omnem, colum. fin. C. ad Tertu.* quem refert, (& ſi corruptè) *Felin. in conſ. 26. quidam, num. 21.* vbi etiam referendo

8 *Ioan. Andr.* ait † ſtatutum laicorum prohibens filium ſine patris licentia contrahere matrimonium, valere, & habere in ſe ſummā iuſtitiam, & idem etiam tenet *Card. Pariſ. in d. conſ. 29. nu. 45. & 46. lib. 3.* quod notandū eſt *ad l. 49 legum Tauri* (vbi Deò fauente plenè de hoc tractabimus) vbi vide *Ant. Gomez. nu. 2. & Io. Lup. in relect. d. c. per veſtras, §. 3. nu. 14. & 15. & Couar. in d. 4. lib. decret. cap. 6. in princ. 2. p. nu 17. & 18. & Io. Baptiſ. Plot. in tract. de in lit. iuran. §. 8. nu. 23.* vbi ponit cauſas ſimilis decreti. Quæ omnia maxi-

9 mè ſubſiſtunt, locumque habent † quia in præſenti non agitur de tollenda legitima dictæ Agnetis, nec de eius alimentis auferēdis; ſed tantùm inibi conſtituitur, quod commodum dicti maioricatus (ſi contra patris volūtatem nupſerit) non acquirat, nec illi pœna ſubijcitur, ſi citrà licentiam paternam contrah. ret, vt expreſsè conſiderat *Ioan. Lup. in d. cap. per veſtras, § 3. col. 3. & 4. & in §. 7. nu. 3. prope finem, & Couarr. in d. 2. part. lib. 4. decret. in d. cap. 3. §. 3 num. 7.* Quod & confirmatur, quia iuris optimi eſt, quod ſi alicui fi-

10 liæ fit ſubſtitutio † ſi de patris nupſerit voluntate, hæc ſubſtitutio, & conditio iure firmatur, & ob id, ſi in dicto caſu filia aduerſus patris voluntatem nupſerit, amittit bona, ad quæ ſubſtituta eſt, vt ſatis probatur *in l. Titio centum, §. 1. ff de cond. & demonſtr.* & in terminis ita tenet *Ant de Butr. in c. 1. de ſponſ.* quem illic ſequitur *Fel. num. 15. verſ. ſecundò fallit, & Dec. in l. 1. nu. 6. verſ. tertiò nota, C. de inſtit. & ſubſtit.* & notabiliter *Guil. er. Bened. rep. c. Raynutius, in verb. cuidam Petro, nu. 10 de teſtam. & Aym. Crauett. in conſ. 1. nu. 2 & 3. & conſ 80 nobilis, num. 11.* vbi & citat *Oldrad. in conſ. 16. thema tale eſt,* quib. eſt *Bal. in l. omnem, col. fin. C. ad Tertul.* & quę *Dec.* abundè congerit *in cap. in præſentia, col. 3. de probat. & Doct. Peralta in l. 1. n. 32. col. 3. illius. n. ff. de leg. 2.* Et prædicta hoc in negotio, maximè obtinent, cùm in præſenti caſu prædicta omisſio lucri impoſita eſt, cùm d. . . Agnes clandeſtinum contraherit matri-

11 monium, & ſine patris licentia. Quin † & Eccleſia ipſum matrimonium clandeſtinum punit, *vt in c. fi. de clandeſt. deſponſ. et per tot.* & nouisſimè ita diſpoſitum eſt *per S. C. Tri. in ſeſſ. 24. tit. de reform. matr. ca. 1. col. 3. verſ. inſuper,* & facit *ex text. in d. l. 49. Tauri,* hoc compertiſſimum eſt, cum *illa l.* ſtabilitum reperiatur, filiam clandeſtinè ſine patris voluntate matrimonium contrahētem, à patre exheredari poſſe, quam legē iam ſępius praxi, & tàm in ſupremo Regio Conſilio, quam in noſtra Pinciana Cancellaria munitam, & obſeruatam vidimus, ad quæ omnia addendus eſt *Paul. Caſt in l. ſi filiam, n. 2. C. de inoff. teſt.*

Sed in præſenti cauſa conſtat, quod dicta Agnes ſine dicti ſui patris licentia dicto Petro nupſit, & clādeſtinè, vt probatum eſt, igitur ex dicta priori ſcriptura ſe iuuare nequit.

Quid plura, & dicta conditio ex alio adim-

12 pleta non fuit, nempe quia † cum dicto Petro dictæ Agneti conſanguineo matrimoniū de facto contraxit, ex traditis in *d. l. 1. C de inſtit. & ſubſtit. & in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud.* & probatur quoque *in l. hac conditio, ff. de cond. & demonſtr.* quo *in tex.* probatur conditione de matrimonio agentem, de firmo matrimonio (nō autem inualido) eſſe interpretandam.

Proinde & ſi quæ diximus, locum non ha-

13 berent (vt inficiamur) dicimus tamen † quod dictus Ioannes de Arze potuit dictam nominationē ex dicta priori ſcriptura ab eo factā, mutare, & variare, dictamq. Conſtantiam nominare, vt dicta bona maioricatus ante dictā Agnetem habeat, & hoc ex ſequen.

Primò, *ex text. notab. in l. cùm pater, §. à filia, ff. de leg. 2.* cuius *text. aurea ſunt verba. A filia pater petierat, vt cui vellet, ex liberis ſuis prædia, cum moreretur reſtitueret; vni ex liberis prædia fideicommiſſi viua donauit, nō eſſe electionem propter incertum diem fideicōmiſſi certæ donationis videbatur: nam in eum deſtinatio dirigi poteſt, qui fideicommiſſum inter certos habiturus eſt.* Quin *tex.* ſic inibi

14 ſummat *Fulgoſ. col. 1. in princ.* ſcilicet † rogatus reſtituere poſt mortem ſuam vni ex certis non poteſt in vita irreuocabiliter concedere, qui *tex.* ad noſtrum caſum manifeſtisſimè in ſpecie pertinet: quādoquidem in dicta priori ſcriptura maioricatus (ſi vera eſſet) parentes dicto Io. de Arze eius filio facultatem tribuerunt, quod poſt eius mortem filiæ, cui voluerit bona dicti maioricatus reſtituat, cuius *tex.* ratio duplex eſt in propoſito, prout *Paul. Caſt. in d. §. à filia,* recenſet, nempè & prior (quæ in noſtro caſu obtinet) quia contingere poſſet, quod electus ante eligentis mortem moreretur, & ſic ſupernacanea fuiſſet electio, ſecunda, quæ & hic locum habet, quia & ſi non decederet eligens in vita eligentis, caſus euenire poſſet, quo omnes alii eligēdi obirēt



Digitized by Google

ipſo ſuperuiuente, & ſic per neceſſe ille fideicommiſſum eſſet habiturus: interim ergo quòd ex dictis caſibus aliquis poſſet accidere, quo electio dirueretur, non quidem electio firma eſſe poteſt, & ad prædicta eſt etiam, *text. in d. §. à filia, & ibid. Bart. & DD. perpendunt, & Moder. in l. poſt mortem C. de fid. commiſſ. & in l. huiuſmodi §. ſi ſtichum ff. de leg. 1. & in l. ſerui electione. in princip. ff. eod. tit. & illic. Paul Caſt. n. 3. & abundè Ludou. Rom. in conſ. 452. circa primũ col. 2. & Doct. in d. l. filiusfamil. §. diuus ff. de leg. 1.* cum alijs de quibus *Card. Paul. Pariſ. in conſ. 23. Ser. Franciſ. col. 3. n. 22. & ſeq. li. 3.*

15 Prædicta etiam ſuadentur † ex *text.* notab. *in d. l. vnum ex famil. in Princip. ff. de l. 2.* quo conſtat, quòd, & ſi quis rogatus fuerit, alicui ex incertis ab eo eligendo poſt mortem reſtituere, quòd ſi antè mortem elegerit, variare poterit, & ipſam mutare electionem. Quem tex. inibi *Cuma.* intelligit, & ſi eligendi facultas data ſit, vt quãdo eligens voluerit eligat: dum tamen reſtitutio poſt mortem ſit efficienda.

16 Quibus, & accedat *text.* † *in l. 17. Tauri (quæ reperitur lib. 5. recop. tit. 6. l. 1.)* qua cauetur, quòd cùm pater habeat electionem vnum ex filijs meliorandi, eligendique ad melioram, quod facta ipſa electione in vita, variare poterit, illamq; melioriam abrogare valebit, qui text. loquitur etiã, cùm electio in vita, vel in morte fiendã tribuitur, vt ex ipſo conſtat tex. & ibi vide late *Ant. Gom. in 16.*

17 Præterea, & commune aſſertum eſt DD. † quod ſi ex teſtantis præcepto poſt obitum pauperibus reſtitutio bonorum eſt facienda, quod tamen ſi in vita aliquos eligat pauperes, quod ipſam electionem renocare poterit, & alios admittere pauperes, vt tenet *Bart. in d. §. à filia, & inibi etiã Imol. & Ang. & idem Ang. cæteriq. DD. in d. l. poſt mortem. cum ſimilibus quorum illic Iaſ. nu. 7.* memor eſt, quam ſententiam communem ibid. ipſe *Iaſ.* profitetur, & *Alex. in l. ſi ſtipulatus §. ſi quis dolum col. fi. ff. de verb. oblig.* cõtra ſtipulatur *Dec.* pleroſq; alios citãs *in conſ.* [illegible] *teſtam. col. fi. nu. 22. & probatur in l. uxori §. Seia ff. de l. 3. & in §. Scæuol. eiuſd. leg.* ad notant etiam DD. maximè *Salic. col. 3. in l. 1. C. de hæred. inſt.* Et ſi in hoc alij contrarium teneant, *vt per Ant. Gom. in d. l. 17. Tauri n. 7.* vbi Deo duce plura in materia dicemus.

18 Quæ, & ſuadentur † ex *tex. in l. 1. §. aſſignã ff. de aſſign. liber.* vbi, & ſi alia pater concedat aſſignationem vni ex liberis fieri, in vita, ſiue in morte, quod ſi in vita fiat talis aſſignatio, liberè mutari poterit.

Quibus, & conducit elegans *Bar.* ſententia *in l. omnes pop. col. 3. in 5. q. p. quæſt. prin. ff. de iuſt. & iur. & Albe. ſenten. in l. quotiens C. famil. hercisc.*

His, & fauet *tex. in l. fideico. §. 1. ff. de l. 3. ibi Tract. habet quandiù viuat is à quo fideic. relictũ eſt.* Idẽ etiã prob. *in l ſer. in fi. ff. de ma. te.*

Subinde, & prædicta manifeſta redduntur ex ſententia *Dec. in d. conſ. 416. co. fi. n. 20. in*
19 *fi. & n. 21.* vbi conſuluit † quòd ſi teſtator declarationi quorũdam ſuper contentis in eius teſtamẽto, ſtare voluit, ꝙ ante inſtituti mortẽ talis fieri declaratio non poteſt, & hoc ante què caſus ſubſtitutionis euenerit, ſup quo ipſa declaratio faciẽda eſt: & ꝙ ſi ãte fiat, poterit reuocari ex *tex. in d. §. à fili.*

Hæc, & ſuadentur ex *Imo.* ſententia in *c.*
20 *prop. ſteril. col. 11. de loc.* cenſens † quòd cũ cõmuniter electiones poteſtatis ãte tẽpus officij prædeceſſoris finiti præſentãt, quòd ex his electionibus, electus ius cõſiderabile minimè conſequitur.

His, & prodeſt *tex. in l. ſi ita ſcrip. §. ſi ſub cond. ff. de l. 2. & in l. ſed. & ſi ante ff. ad Tre. & l. hæres meus. ff de cond. & demonſtr. & in l. optione lega a. ff. de l. 2.*

Verum, & his aſſiſtit, quia ſcriptura dicti aſſerti primi maioricatus eſt quidã contra-
21 ctus † & data electione ex contractu, variare licet, *l. cum qui tertar. ff. de verb. oblig.* cũ *alijs de quib. recent. in d. l. ſerui elect. in princ. ff. de l. 1.* & probatur etiam *in l. ſi quis ſtipulat. ſit. §. 1. ff. de verb. oblig.* & alibi ſæpe.

22 Quid plura † & cũ prima electio ſeu nominatio à d. Agnete non fuit acceptata ante ipſam acceptationem facilius mutari potuit *ex tradit. in l. abſent. ff. de donat. & in l. ſi ego ff. ad neg geſt.* cum alijs de quib. meminit *Dec. in l. contract. co. 6. n. 16. ff. de regu. iur. & Cart. Iun. in conſ. 120 præſuppo. col. 2. n. 4.* & latè hæc fundauimus *ſup. in conſ. 14. in præſenti cauſa n. 20 & ſeq.*

23 Sane, & d. reuocationem † ſatis adiuuat cõſenſus illi præſtitus à d. Agnete, ex *tex. in* [illegible] *gl. in l. perfect. don. C. de don. quæ ſub mod. & ex tex. in l. ſi quando §. & generaliter C. de in offic. teſt.* cũ alijs, quæ traduntur *in l. qui Romæ §. Flau. Herm. ff. de verb. obli. & facit etiã tex. in d. filio præterit. ff. de iniuſt. rupt. &* quæ notantur *in l. quon. in priorib. C. de inoffic teſ.*

Nec ſuffragatur aduerſarij ſcriptura, quæ dicitur codicilli poſtremò confecti per d. Ioan. de Aze ſeniorẽ, quo dicitur, quòd d. Ioan. eius filius nominet filiã quã voluerit ad d. maioricatũ, & ꝙ ſi ſuper hoc aliquod teſtamentũ ſeu aliã diſpoſitionẽ editã habet, firma ſit: & aduerſarij dicunt, ante hũc codicillũ d. electionẽ confectã in fauorem præd. Agnetis, quæ verè nõ obſtat ex ſequ.

Primò

Primò, quia hæc ſcriptura (vt ex ea circũ-
24 ſepta liquet) de falſitate eſt ſuſpecta † quę ſuſpitio pro falſitate habetur, *l. iubemus, C. de prob. & C. ad l. Cor. de fal. l. vbi falſi*, & notat *Bald. in l. ſi veritas, col. 1. C. de fid. comm. cum ſimilibus de quibus ſupra in hac 1. par. memores fuimus in conſ. 6. quia latiſſimè nu. 3.*

Secundò, quia dictus aſſertus codicillus
25 diem, nec menſem continet, & ob id ſubuertitur, *l. 111. tit. 18. p. 3. & in l. 44. & l. 54. & l. 103. eod. tit. & parti.* & idem conſtat in *l. 2 § diem, ff. quemad. teſta. ap. & in auth. quod ſine, C. de teſtam. & inibi DD. præſertim Bald. & text. in l. generali, C. de tabula, lib. 10. & Dec. etiam in c. 1. de fid. inſtrum.*

26 Quod autem † dictum matrimonium fuerit clandeſtinum, præter proceſſus probationes, videndus eſt *text. in c. fin. de clandeſt. de ſponſa.* & quæ abundè tradit *Hieron. Grat. in conſ. 2. in præſenti, num. 45. lib. 2. & fuſius conſ. Pariſ. in conſ. 57. ſtante, col. 2. n. 3. & ſeqq. lib. 4. & Curt. Iun. in conſ. 64 præſupponitur, col. 4. nu. 9. & per tot. conſ. poſt Doct. in c. pen. qui fil. ſint legit.* & quæ ſingulariter tradit *Carol. Ruin. in conſ. 14. ſuper quæſtione, num. 10. lib. 3.*

Nec filius dictæ Agnetis, qui ſe huic oppoſuit liti, obtinere valet ex prædictis, præter
27 hoc † quod non eſt legitimus, ex mala fide parentum, qui ſuam conſanguinitatem minime ignorarunt, ex *text. in d. c. fin. de clandeſt. de ſponſa. & in c. ex tenore, qui fil. ſint legi. & abunde Card. in clem. 1. de conſang. & affi. & ex tex. in l. 1. cum gloſ. C. de interd. matri. & in l. qui contra, C. de inceſt. nupt.* optimus tex. *in l. 2. tit. 15. par. 4. cum alijs, de quibus Ruin. in d. conſ. 14. nu. 10. & ſeqq. lib. 3. & alibi ſæpè*

28 Quæ mala fides † quidem conſtat.

Tùm ex probationibus, & quia clandeſtinè contraxerunt, *ff. de rit. nupt. & l. fin.* & ad i. é *gloſ. in d. l. 1. C. de interd. matri.* actus enim
29 † clandeſtinus ſemper interpretatur in peiorem partem, vt notat *Pal. Rub. in ſua alleg. in materia hæreſis. §. 10. col. 2. qui eſt poſitus in fin. ſuæ repe. char. 120. col. 2. & latè Hipol. in rubr. ff ad l. Corn. de ſica. nu. 4. cum plurib. ſeq. & in propoſito Card. Pariſ. d. conſ. 57. nu. 10.*
30 *cum ſeqq.* Et ſcientia, † & mala fides ex coniecturis probatur *ex tex. in l. pe. vnde euict. cum alijs, de quibus Curt. iun. in d. conſ. 64. nu. 8. poſt Bart. & Doct. in l. Celſus, ff. de vſucap. quibus addo Card. Pariſ. in d. conſ. 57. nu. 25. & ſeq lib. 4.*

31 Quid plura, & aliqui tenent † parentum malam fidem ſingulari, & vnico teſte poſſe probari, vt traditur *in c. præterea, de ſponſal. cum alijs, de quibus Card. Pariſ. memor eſt in d. conſ. 57. nu. 17. lib 4. cum alijs, quæ in noſtris terminis adducit Curt. iun. in d. conſ. 64. nu. 8. & ſeqq.*

Verùm & dictæ ſcripturæ maioricatus nõ tantùm legitimum filium ad ſucceſſionem admittunt, ſed eſſe de legitimo matrimonio etiam exigunt, quo caſu, & aliqui tenent
32 † filium ex matrimonio putatiuo natum, vt potè quod natum non de legitimo matrimonio non ſuccedere, & ita ex pluribus cõſuluit *Curt. Iun. in d. conſ. 64. nu. 6. & ſeq & n. 17. & idem Curt. in conſ. 27. col. 4. nu. 6. ver. ſed quid poſt medium, Et ſi contrarium teneat Dec. in conſ. 153. in effectu quæritur, col. 1. & 2. verſ. ſed tamen cum ſeq. & Io. Franc. de Rip. in rub. ff. ſol. matrim. num. 65. & idem Rip. in c. inter cæteras, n. 7. de reſcrip.* circa quem ſententiã, & de eius veritate pleniùs *alio* trademus cõſ.

Quibus quidem expectamus, in fauorem dictæ D. Conſtantiæ ſententiam ferendam, (prout poſteà lata fuit.)

*Marcus Salon de Pace Burg.*
*Legum Doctor.*

# ADDITIO.

AD num. 1. vide, quod inſtrumentum publicum dicitur probatio probata, vt latè per *Doctores*, quos congerit *Maſcard. de prob. concl. 1047.* intellige tamen dummodo ſit confectũ debitis ſollemnitatibus, de quibus habetur de iure communi *in auth. de Inſtrum. caut. & fid.* & de iure Neapolitano *in conſt. incipiente Inſtrumentorum robur*. Sed contra inſtrumentum publicum admittitur probatio per aliud inſtrumentum ſimiliter publicum, vt latè *per Hippol. de Marſil. in repet. rub. C. de probat. nu. 42. cum ſeq.* Immò etiam per teſtes inſtrumentarios, nam quoties vnus ex eis deponit contra eius tenorem, facit vacillare, & debilitare fidem inſtrumenti, *l. 1. §. fin. ff. quemad. teſtam. aper. Lanfranch. in cap. quoniam contra in ver. Inſtrumentorum probationes verſ. Quæro*, & ſic iudicatum refert *Boer. dec. 118. num. 12.* Hinc dicimus, quod error Notarij in conficiendo inſtrumento poteſt probari per duos teſ-

 ſtes

ſtes, quando reſpicit aliquid accidentale, puta plùs, vel minus, aliàs ſi reſpiceret aliquid ſubſtantiale tot eſſent adhibendi, quot requiruntur ad validitatem actus, *Bartol. in l. errore, C. de teſtam. Alex. conſ.* 14. *num.* 6. *volu.* 1. *Guid. Papa dec.* 130.

Ad num. 2. quod ſignum Notarij in inſtrumento omninò requiritur, quotiès inſtrumentum non eſt ſcriptum manu ipſius Notarii, ſed alterius, vt loquitur, *Crauet. in conſ.* 72. *num.* 4. de quo meminit *author hic*, Sed quid ſi adſint ſubſcripti teſtes, an tunc ſit neceſsarium ſignum, *vide Menoch. de arbitr. Iud. caſu* 513. *num.* 54.

Ad num. 3. vide, quod ſi inſtrumentum non eſt in Prorocollo, ſed in faſciculis Notarij, vbi ſunt aliæ rogationes, tunc non probat ſecundum opinionem authoris hic, verùm in Regno Neapolitano poterit reaſſumi, & deſcribi in Protocollo, etiam per alium Notariũ, adhibitis tamen ſollemnitatibus, de quibus habetur *in d. Conſt.* quas recenſet *Galluppus in prax. nouiſs. S. C. p.* 2. *cap.* 21. *num.* 7. *cum ſeq.*

Ad num. 4. vide, quod protocollum debet omninò ſubſcribi à notario, licèt ſit ſcriptum manu ipſius, vt latè *per Mandoſ. ad Roman. in conſ.* 103. quia ſubſcriptio debet adhiberi pro forma, ad quod facit *auth. de tabell. in princip.* Sed hoc procedet de neceſſitate quoties inſtrumentum in protocollo eſſet ſcrptum manu alterius de ordine notarij, quod confecit, *Abb. in cap. inter dilectos col.* 6. *verſ. oppono* 3. *de fide inſtru.* cum aliis plenè adductis *per Grat. in deciſ. Rot. Marchiæ* 212. aliàs poterit argui de falſitate *Menoch. præſumpt.* 20. *num.* 30. *lib.* 5.

Ad num. 5. vide, quod ſi conferatur electio facienda ab aliquo valet, ſi fiat cũ onere, & conditione dummodo tendat in beneficium alicuius de vocatis in caſu contrauentionis, & hoc eſt caſus, *d. l. vnum ex familia §. ſed ſi fundum*, vt dicit *Bart. ibid. nu.* 2. *verſ. Quæro exemm. &c.* Inſuper vide, quod iſta nominatio, ſeu electio poteſt fieri, tam per viam contractus, quam per viam vltimæ voluntatis, & quod differat ſi fiat in actu inſtitutionis hæredis, vel in legato, vide *Paul. de Caſtr. in d. §. ſed ſi ſi fundum verſ. in princ. §. &c.* & quando ſit neceſſe fieri in vltima voluntate, vide infra.

Ad num. 6. firmat *author hic* valere ſtatutum, quo cauetur aliquem poſſe prohibere matrimonium contractum cum quibuſdam perſonis ſub certa pœna; ratio eſt, quia per iſtam prohibitionem non impeditur libera voluntas contrahendi, ſed tantum modificatur per exceptionem perſonarnm, Ideò in caſu contrarij firmo remanente matrimonio, committitur tantum pœna, & ſubſtinetur dictum ſtatutum propter aliquam publicam vtilitatem, vel æquitatem, *l. tutor C. de inter. matrim. l. hac edictali, C. de ſecund. nup. Innoc. in cap. fin. de ſecund. nupt. Angel. inſt. de iure nat.* 2. *col. verſ. Quæro an per ſtatutum, &c. Bar. in l. Laudamus, C. de munil. lib.* 11. & ſic etiam intelliguntur dicta per *Authorem* reſpectu conſenſus patris *ſub nu.* 8 *&* 9.

Ad num. 9. & 10. vide, quod licet pater poſſit priuare filiam commodo hæreditaris in caſu, quo nupſerit ſine eius conſenſu, hoc tamen non procedit reſpectu portionis legitimæ, ideò etiam quod nubat ſine conſenſu patris debetur legitima .i. paragium, quod ſuccesſit loco legitimæ in hoc Regno Neapolitano, *And. de Iſer. in Conſt. Regni in aliquibus col.* 15. de quo meminit, *Anna alleg.* 70. *num.* 13. ratio eſt, quia iſta contrauentio non eſt vna de cauſis exhæredationis enumeratis *in §. cauſas auth. vt cum de appell. cognoſc.* niſi ante 25. annum contrahat matrimonium, cum indigno, tunc enim licet non ſit cauſa expreſſa *in d. §. cauſas*, eſt tamen ſimilis, immò grauior, & ideò erit ſufficiens ad exhæredandum, vt firmat *Guglielm. de Cun. Alex. & Iaſ. in auth. non licet, C. de lib. pret.* & benè *per Pariſ. in conſ.* 29. *num.* 56. *verſ. nam contrarium lib.* 3. & hæc intelliguntur etiam reſpectu ſtatuti dictantis, filiam eſſe priuandam hæreditate patris ſi contrahat abſque

ſque eius conſenſu, tùm quia legitima non poteſt vigore ſtatuti tolli in totum vt per *Roderic. Suar. in l. quando in prioribus 2. limit. num. 1. C. de inoffic. teſtam.* *Molin. de primogen. Hiſp. lib. 2. cap. 1. n.* 14. tùm etiam quia ſtatutum debet ſpecificè loqui de priuatione legitimę, vt per *Roland. à Valle conſ. 62. col. 3.*

Ad num. 11. vide, quod licet matrimonia clandeſtina militans Eccleſia non tueatur, nam præſumuntur adulteria, & ita tractari debent, *Hoſt. in ſumma de cland ſponſ. Curt. Iun. conſ.* 64. quos ſequitur *Gratus reſp. 2. nu. 46. lib. 2.* nihilominus efficacia ſunt in foro conſciētiæ, vt dicit *Bal. in c. mulieri in fin de iureiurando.*

Ad nu. 11. vide, quod diſpoſitio hominis, vel legis loquentium de aliquo actu, intelligitur de valido, & firmo, nam paria ſunt non eſſe, vel inualidū eſſe, *l. nec vllā, ff. de pet. hæred. Affl. in c. 1. ſi de feud. fuerit contr. in 6. notab. n. 6. & in c. quicunque nu. 2 de pace tenenda.*

Ad nu. 13. vſq; ad nu. 21. concludit Author. ex multis, quod quādo datur alicui electio reſtricta ad tempus mortis, ſi eligitur in vita licitum eſt annullare electionem, & variare, ad quam cōcluſionem vide ea, quæ latè tractat *Moli. de primogen. Hiſp. c. 4. lib. 2. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 5.* & latè *Farin. in dec. Rot. Rom. 263. nu. 1.* & ſecundum allegata *per authorem hic* affert deciſiones *in dec. 623. eod. lib. 1.* Sed quando non eſt locus variationi, & quando teneat ſecunda, alterans, & mutans primam, latè habetur *per Theſ. in q. forenſ. 65. lib. 1.* & ibi etiam vide quando iſta facultas eligendi tranſeat ad hæredes.

Ad nu. 22. & 23. vide quod licitum eſt reuocare donationem, & conceſſionem factam abſēti ante ratificationem, etiā quod notarius ſtipulatus ſit pro abſente, & hanc concluſionem, ex multis firmat, *Andr. ab Exca in tract. de pactis n. 107. cum ſequ. Boſſ. in ſua pract. crim. in tit. de pact. nu. 27. in fin.* vbi aſſerit ſe ita in practica ſeruatū vidiſſe, & nouiſſimè habetur *per Fari.* qui omnes reccēſet, & contraria refutat *in dec. Rot. Ro. 11. to. 1.*

Ad nu. 24. ſuſpicio falſitatis pro falſitate habetur, ſed ex quibus coniecturis colligitur dicta ſuſpicio, habetur plenè p *Menoch. in præſump. 20. lib. 5. per totum.*

Ad nu. 25. vide, quod vbi dies eſt de ſubſtantia, ſi abſq; illa fiat à notario ſcriptura non probat, quia tunc notarius non dicitur functus eſſe officio ſuo, *Bar. in l. ſi librarius, ff. de reg. iur.* de quo meminit *Maſcar. de prob. concl. 645. nu. 9.*

Ad nu. 26. clandeſtinum matrimonium dicitur etiam quando fit coram duobus teſtibus, dum fieri publicè conſueuit, vt dicit *Dec. in reg. Quo tutela, §. clan. nu. 2. ff. de reg. iur.*

Ad n. 30. vide, quod mala fides probatur ex indiciis, & coniecturis, quarum nōnullas recenſet *Bal. in l ſi paterna, C. de repud. hæred.* & latè habetur per *Maſcard. de probat. concl.* 1003.

Ad nu. 32. quæſtio iſta, an filius natus ex matrimonio putatiuo debeat ſuccedere in maioratu, in quo ex *l.* vel diſpoſitione hominis vocantur filii nati ex legitimo matrimonio, eſt controuerſa, vt videtur ex Doctoribus hinc inde adductis per *Authorem hic,* qui hac de re indeciſam reliquit, ſic etiā *Molin. de Hiſpan. primog. lib. 3. c. 1. nu.* 15. vbi dicit opinionem *Curtij Iunioris* in quodam ampliſſimo Hiſpaniarum primogenio, iàm dudum controuerſam vidiſſe.

## SVMMARIVM.

1 *Officia ante obitum officialium non ſunt eis auferenda, nec circa talia officia debent dari literæ expectatiuæ.*

2 *Tabelliones numerarij cenſentur à dominis temporalibus nominati ad totam vitam.*

3 *Officia conceſſa tolli nequeūt ſine cauſa, etiā ſi ad libitum ſint creati, & pleniùs nu. 5.*

4 *Argumentum validum eſt de officiali perpetuo ad officialē ad beneplacitum creatū.*

6 *Officiales creati in dubio colliguntur perpetui.*

7 *Conſueta fieri non eduuntur ſub arbitrio.*

8 *Officiales vbicunquè creantur, ſemper debet mos antiquus ſeruari alias creatio eſſet nulla.*

9 *Arbitrium licet quis in liberum habeat, eo vti non poteſt, ſi actus ab eo geſtus æquitati aduerſetur.*

AR-

## ARGVMENTVM.

Officialis creatus ad exercitium alicuius officij, vt putà notariatus, ſine cauſa amoueri an poſſit.

## CONSILIVM XXI

IN hac cauſa oppido de Villada cum Comite de Alua de Liſtæ breui dicimus, dictum Comitem eſſe condemnandum, vt tabelliones, quos creauit, nequeat remouere citra cauſam.

Quod primò probamus ex *text. in l. 8. tit. 14. lib. 3. ordina.* (quæ habetur *lib. 4. recop. tit. 17. l. 7.*) qua ſtabilitur, (& in fortiori caſu) quod & ſi Rex præceperit, officia ab eo conceſſa tolli, quòd nō ideò eius mandatum eſt exequendum, quibus conducit *text. in l. 11. 12. & 13. tit. 2. ordinam. lib. 7.* & optimus *tex. in l. 24. eod. tit. & lib. & in l. 10. in fine tit. 3. eod. lib. 7. ordinam.*

1 Quæ leges ſanciunt † ante obitum officialium, eorum officia, eis non eſſe auferenda, nec literas expectatiuas officiorum per alios poſſeſſorum nemini eſſe concedendas, & idē hodie eſt diſpoſitum in *l. 23. titul. 10. lib. 5. nouæ recopil.* & plenius *lib. 7. eiuſdem recopil. tit. 3. l. 3.* ſunt & aliæ concordantiæ, de quibus meminit *Pet. Rebuff. in 2. tom. conſtit. Gallic. in tract. vt beneficia ante vacationem, vel bona confiſcata peti ante declarationem non debeant, gloſ. 1. nu. 2. lib. 3. & in eod. tract. gloſ. 2. per totam, poſt Corn.* qui notabiliter loquitur in noſtro propoſito *in conſ. 45. Deum innocēt, col. pen. & fi.* Et nuncupatim in tabellionibus
2 ad numerum creatis † quod ad totam vitam nominati cenſeantur: eſt etiam *tex. in l. 1. ver. ordenamos, que tenga. tit. 6. ordinam. lib. 2. quæ habetur lib. 2. recop. tit. 20. lib. 1.* & faciunt, quæ infra dicemus *num. 6.*

3 Proinde quod officia conceſſa ſine cauſa tolli nequeant, ſat & conſtat *in auth. de referendarijs, poſt princ. coll. 2.* vt notatur *in c. 1. de natu. feud. & inibi Scribentes.*

Quibus & accedat *tex. in l. iuriſperitos, in princ. ff. de excuſat. tutor. & quæ Bart. tradit in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori, ff. de nou. oper. nunc. col. 2. verſ. tertio quæro, & Bellaper. in l. quiſquis, & ibi etiā Cin. & Bal col. 1. C. ſi cert. pet. & Alex.* complures alios citans *in l. principal. prope fin. ff. eod. tit. ſi cert. peta.* vbi
4 ait, communiter teneri † quòd validum ſit argumentum de officiali perpetuo ad officialem ad beneplacitum creatum, idem & tradit *Iaſ. in l. cum quis nu. 20. C. de iuris, & fact. ign.* & alibi ſæpe.

5 Et in noſtris proprijs terminis † quòd officialis etiam ad libitum creatus ſine cauſa mutari non poſſit, tenet *Gulle. Bened. in repet. cap. Raynun. de teſt. in verb. duas habēs filias num. 36. cum pleriſque ſequent.* quo in loco loquitur in officio ad Regis libitum cōceſſo, quem refert, & ſequitur *Boer. in deciſ. 149. an Rex Franciæ num. 18. & ſequent.* & inibi ſic eſſe iudicatum teſtatur: & quòd officialis ab Epiſcopo, ſuis in locis etiam ad ſui beneplacitum conſtitutus, remoueri ab officio abſque cauſa non valet, idem, & tenet idem *Boer. in ſuo tract. de authoritate magni conſilij num. 154.* & ſat hoc probatur *l. 2. tit. 10. p. 2.* & inibi in noſtris terminis, ita tenet *Greg. Lup. in verb. Mantener*. Et ita tenendum eſt, licet in alio propoſito contrarium teneat *Albert. Brun. in conſ. 92. nemini dubium, col. 1. verſ. & tanto magis.* Et hinc dicit *Greg. Lup. in l. 6. in verb. Acabarſ*
6 *el ſu tiēpo. Ad finem tit. 4. p. 3.* vbi ait † quod in dubio officiales creati intelliguntur perpetui, quando ſimpliciter eis conceditur officium ſine temporis præfinitione, ſiue ad beneplacitum concedentis, vbi hoc ibi tenet *text. in d. l. iuriſperitos.*

Quæ, quidem opinio æquiſſima eſt, nè quotidiè dominus tabelliones ab eo creatos remoueat. Præter hoc, quod eſt probata conſuetudo generalis quæ hiſce in regnis viget, dictæ noſtræ ſententiæ concor-
7 dis † & conſueta fieri non cadunt ſub arbitrio *ff. de extra ord. crim. l. ſæcularii.* per quē *text.* ita notat *Bald. in l. quicunque num. 17. col. 5. verſ. ſcias autem C. de ſeru. fug. & Bald.* refert *Corn. in d. conſ. 45. col. pen. lib. 3.* vbi ip-
8 ſe *Corne.* in noſtro propoſito dicit † quod vbicunque creantur aliqui officiales, ſemper debet mos antiquus ſeruari, & quod aliàs creatio eſſet nulla. *ex tex. & inibi Bar. in l. actuarios C. de numerariis, & actuar. lib. 12.* bonus *text. in l. 23. in princip. tit. 2. lib. 7. ordi. & in l. 1. tit. 18. lib. 2. ord.* quas leges non inueni *in recopil. ll. regni.*

9 Et licet quis † in re liberum habeat arbitrium, eo quidem vti nequit, ſi actus ab eo geſtus æquitati aduerſetur, ex *text. in l. ſi fideicommiſſa. §. quanquàm ff. de l. 3.* quem ad hoc citat, *Bald. in l. ſi quis maior. C. de tranſact. col. 1. ver. nota primò.*

Et ita cenſemus pronunciandum.

*Doctor Burgen. Marcus Salon de Pace.*

ADDI-

Digitized by Google

# ADDITIO.

NVm.1.officia nedum in vita ad nutum Prætoris amouibilia eſſe non debent, vt cenſet *Ceuall. pract. quæſt. c. 768. num. 24.* & quid in magiſtratibus ad beneplacitum. *Borr. de magiſt. edict. lib. 1. cap. 12. num. 68.* cum igitur officia vacare nequeant, niſi altero de tribus modis, ſcilicet morte, renunciatione, & delicto, vt refert *idem Ceuall. cap. 425. num. 8.* Ideò concedi non poſſunt antea præſertim officia Regia, quæ concedi non debent ante vacationem *Rebuff. in praxi benef. p. 2. Rub. de reprob. benef. viuent. impet. num. 39.*

Num. 2. Notarij non ad tempus, ſed perpetui creantur *Aſſl. in conſtit. occupatis num. 8.*

Num. 3. adde *Mutam in pragm. Sicil. tom. 1. tit. 34. num. 10.* vbi allegat *Auctorem noſtrum*, & paritèr adde *Cancer. var. reſol. cap. 12. num. 19. cum ſeq.* vbi id ampliat procedere etiam in officiali creato ad beneplacitum, & quid in officiali ad vitam, refert *Cabed. deciſ. Luſit. 20. num. 1. p. 2.* & idem in Tabellione creato ad beneplacitum, vt non poſſit remoueri ſine cauſa, refert *Ceuall. pract. quæſt. cap. 425. num 27. Thor. in compen. deciſ. p. 2. verb. officiales*, ſic etiam non poteſt renunciare ſine cauſa, *Borgon. acc. 25. n. 6. p. 2.*

Num. 4. ad hoc vide *Borrell. de magiſtr. edict. lib. 1. cap. 12. num. 69. 70. & 77.*

Num. 5. *Borrell. vbi ſupra num. 68. 69. 70. 77. & 81. Muta vbi ſupra.*

Num. 6. optimè *Cancer. var. reſol. tom. 3. cap. 12. num. 198.*

Num. 8. *Vide Montanar. in prag. 2. n. 246. cum ſeq. de admin. vniuerſ.* vbi ſupra.

Num. 9. æquitatem ſeruare debere iudicem habentem liberum arbitrium, teſtatur *Menoc. de arbitr. iud. lib. 1. q. 51. num. 7.*

# SVMMARIVM.

1 *CLericus primæ tõſuræ, vnica, & virginis matrimonio copulatus, gaudet priuil. fori.*

2 *Clericatus, & tonſuræ cognitio ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum, nõ verò ad iudicem laicum, & plenius nu. 3.*

4 *Præuentioni locus eſt inter iudices, cum cauſa ad duos iudices ſpectat.*

5 *Clericorum coniugatorum habitus decens, an ſit determinatus, & qualis dicatur habitus clericis coniugatis conueniens.*

6 *Conſuetudine an induci poſſit, quod clericus coniugatus non portet habitum clericalem, nec tonſuram apertam.*

7 *Bulla Alexandri Papæ quæ loquitur de veſte, & tonſura clericorum primæ tonſuræ, qualiter intelligatur.*

8 *Legũ publicatio exigitur, vt dicãtur receptæ*

9 *Prouocatus ad rixam ſi aliquem occidat, non punitur pœna ordinaria.*

10 *Inimicitia capitalis, ſuboritur ex iniurijs atrociſſimis.*

11 *Inimicitia capitalis, ex quibus probetur, & num. 12. & 13.*

14 *Scientia indicijs probatur.*

15 *Proditio ceſſat data inimicitia capitali, etiã ſi facie ad faciẽ, quis nõ ſit occiſus, & ſeqq.*

16 *Proditor eſt, qui vnum actu oſtendit, aliud verò mente gerit.*

17 *Intellectus l. 11. tit. 13. ordin. lib. 8. & l. 4. tit. 7. eod. lib. 8 ordin. quæ habetur lib. 8. recop. tit. 26. l. 10. & ibi tractatur, quãdo dicatur mors ſequuta.*

18 *Securus dicitur, qui nihil timet.*

19 *Nuncio credendum eſt.*

20 *Clericus non perdit priuilegium clericale, & ſi quibuſcunque enormitatibus ſe immiſcuerit.*

## ARGVMENTVM.

Clericus coniugatus, qui vnicã, & virginem duxerit in vxorem, ſi homicidium commiſerit, an erit remittendus ad Iudicem Eccleſiaſticum, dato, quod non incederat in habitu, & tonſura per annos 4. ante delictum, iuxta bullã Alexandri PP. ſed tantùm per annum vnum, nec aliter proditorium dici poterat homicidium, dùm grauiſſimis iniurijs affectus ipſe clericus in occiſum prorumperit, omnia ad amuſſim exarata diſputantur.

CON-

## CONSILIVM XXII.

Diuino inuocato auxilio. Petrus Diaz de Vernui litem controuerſatur cum vxore, & filijs Franciſci de Gante, num ad abbatem huius Pinciani oppidi; eiuſque carcerē à qua dictus fuit, ſit remittendus. Quod quidem nobis videtur ex ſequentibus.

Et primo, quia ipſe eſt clericus primæ
1 tonſuræ † vnicæ, & virginis matrimonio copulatus: quamobrem, quo ad forum clericali priuilegio eſt fruiturus, ex *tex. in c. 1. de cler. coniug. lib. 6. qui tex. communiter in in clerico prima tonſura explicatur, & eius tex. verba hoc clare inſinuant, & probatur in clem. 1. de vit. & honeſt. cleri. & ibidem Card. cum alijs de quibus D. Didac. Gouarr in c. 31. practic. q. col. 22. verſ. tertio*, igitur ad dictum carcerem eſt remittendus.

2 Et eo maxime, cum ipſius clericatu † & an eo vti queat, cognitio ad dictum Abbatem expectat, ex *tex. notab. in cap. ſi Iudex laicus de ſenten. excomu. lib. 6. in tantum, quod inibi tex. ſancit*, quòd & ſi clericus tulerit habitum laicalem, ſi de clericatus titulo Eccleſiaſtico fides iudici ſit data, ad eum remittendus eſt.

3 Et in proprijs terminis † quòd cognitio habitus & tonſuræ ad ſæcularem iudicem non pertineat, ſed ad iudicem Eccleſiaſticum, tenent domini de Rota in nouis *in dec. 202. ſi clericus coniugatus, & tenet Dominic. in d. cap. ſi iudex laicus, col. fi. in fine & illic* Philip. Fran. *& in §. & ſi notorium eiuſdem cap* poſt medium, & ita conſuluit *Fulgoſ. in conſ. 124. præſuppoſitis ſtatutis, col 2. & Alex. in conſ. 8. videtur ſuper col. fin. lib. 1. poſt Card. qui palam hoc tenet in cap. perpendimus, col. 6. de ſent. excom. & Capol. in conſ. 11. caſus talis eſt col. 2. & 3. verſic. de prima quæſt. & Ang. de Claua. ſua ſumma, verb. clericus 14. nu. 3. & Chaſſan. in conſuet. Burgũ. rub. 1. §. 5. num. 58. & eſt in meo libro char. 50 col. 3. aduerſus Guid. Pap.* ab eo inibi citatũ. ꝑter hoc ꝙ ipſe Guid. Pap. loqtur in eo qui habitu clericali & non decenti reperitur, quando à iudice ſeculari captus eſt, & ſat prædicta conſtant ex *tex. in l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud.* & hæc eſt communis docentium ſententia, & demum hæc eſt communis interpretatio DD. & practica vt teſtatur *D. Conarr. in d. cap. 31. pract. qq. col. 20. verſ. prima igitur, & Rolan. à Valle in conſ. 4. in cauſa num. 17. & num. 20. & 21. & 33. lib. 1. & Card. Pariſ. in conſ. 154. ad reſolutionem, col. 1. in princip. n. 4.* vbi loquitur in caſu fortiori, quibus adde *Soccin. in conſ. 11. quoniam num. 19. & 20. lib. 1.*

Quod communne aſſertum in caſu fortiori loquitur, nempè cum iudex ſæcularis in captura præuenerit: vt in præſentiarũ non præuenit, ſed dictus abbas: quarè & ſi
4 ad vtrunque iudicem cauſa pertineret † præuentioni eſſet locus *ff. de iudi. l. ſi quis poſtea quàm, & in l. vbi ceptum, ff. eod. tit.* & traditur *in cap paſtoralis, & in cap. irrefragabili, de offic. ord.* & alibi ſæpe traditur.

Prædicta & ſuadetur, quia vt eſt probatum, dictus Petrus Diaz habitum & tonſuram decentem, & per annum ante dicti
5 Franciſci mortem portauit † qui clericorum habitus dicens tunc temporis nondum erat conſtitutus, præſertim coniugatorum, ſecundum *gloſ in clemen. 1. de elect. & inibi ſcribentes, & gloſ. in cap. pe. de vit. & honeſt. cleric. qua gloſ. habitum certi coloris clericis prohibent. & abunde Alex. in conſ. 8. videtur ſuper primo col. fin. verſ. & quamuis lib. 1.* quo cenſet loco, quòd quilibet honeſtus habitus clericis cõiugatis conueniẽs eſt idem, & conſuluit idem *Alexa. in conſil. 149. in cauſa inquiſitionis col. pen. lib. 6. & Chaſſan. in d. conſuetud. Burg. rub. 1. §. 5. nu. 59. & eſt gloſ notabilis in cap. ſi quis virorũ 30. diſt.* quę ſingulariter dicit, conſuetudini eſſet ſtandum circa clericorum habitum, quàm ad hoc refert & ſequitur *Cæpol. in d. conſ. 11 col. 5.* ſunt & aliæ concordantiæ, de quibus meminit *D. Didac. Couarr. in d. cap. 31. pract. qq col. 22. ver. quarto illud eſt: & Roland. à Valle in d. conſ. 4. num. 27. lib. 1.* Et ſi iam hodiè quodam motu proprio noſtri Summi Pontificis declaratum ſit, quàm habitum & tonſuram portare debeat clerici primæ tonſuræ. Et quid tunc ſit faciendum videas rogo *l. 8. titul. 4. lib. 1. nouæ recopilat. & alias plures leges eiuſdem titul. & lib.*

Quin & probatum eſt, Bugenſi dioceſi, (de qua dictus Petrus eſt) clericum coniugatum etiam habitum clericalem nõ portantem, nec tonſuram apertam clericali
6 priuilegio fori frui † quæ conſuetudo ſeruanda eſt, ex *tex. & inibi traditis in l. de quibus, ff. de legibus* cum ſuis vulgatis. Et in proprijs terminis, quòd hæc conſuetudo ſit firma, nempè quòd clericus coniugatus habitum clericalem non portans priuilegio clericali gaudeat, conſuluit *Fulgoſ. in d. conſ. 24.* qui ad hoc inibi citat *Io. Monach. in d. c. 1. de cleri. coniug. lib. 6.* quem refert & ſequitur *Chaſſ. in d. conſuetud. Burgund. rub. 1. §. 5. num. 59. verſ. ſed pone, & eſt tex. & illic DD. in c. Ioannes de cler. coniuga.*

ibi

Digitized by Google

ibi; *Cum de conſuetudine terræ clerici coniugati non coguntur inuiti portare tonſuram*. Quem expendunt illic *Io. And. & DD.* cum alijs, de quibus *Couarr. in d. c. 31. pract. qq. col. 22. verſ. quarto illud eſt, & Rolan. à Valle in d. conſ. 4. nu. 26. cum ſeqq. lib. 1.*

7 Nec oberit bulla † Alexand. Papæ, quæ de veſte, & tonſura per quatuor annos ante delictum portanda tractat.

Tùm quia dictus Petrus dictis quatuor annis ea portauit; imò ſufficit tempore commiſſi delicti, vel ſaltem per quatuor menſes ante commiſſum delictum, tonſuram, & veſtes decentes habuiſſe, vt per plura fundat *Couarr. in d. c. 31. pract. qq. col. 25. verſ. quintò potiſsimum eſt*, cum alijs, de quibus *Chaſſan. in d. conſuet. Burgun. rub. 1. §. 5. n. 57. ver. 10.*

Tùm & quia dicta bulla conditionalis eſt, nempè ſi diœceſi fiat, quæ Burgenſi diœceſi facta non conſtat, nec præſumitur, cùm in facto conſiſtat, *ff. d. public. l. quæcunque, & ff. de capti. & poſtlim. reuer. l. in bello, §. facta, cum alijs vulgatis*. Præter hoc, quod iure ipſa publicatio erat neceſſaria, vt *in authent. vt factæ nouæ conſtit. collat. 5.*

8 Tùm etiam † quia dicta bulla in dicta diœceſi recepta non fuit, prout iure exigitur, *vt in d. l. de quibus, & in c. in iſtis 4. diſtinct.* ibi; *Leges inſtituuntur, cum promulgantur, firmantur cum moribus vtentium approbantur*, & traditur *in c. 1. de treg. & pac. & ibidē latè Felin. poſt Bald. inſignè in authen. omnes peregrini, col. 2. C. commu. de ſucceſsion. text. etiam in l. 1. Taurin. conſt. (quæ habetur lib. 2. recop. tit. 1. l. 3.)* in verbis. *Ni fueron auidas, ni recibidas por leyes.*

Tùm quia in dicta diœceſi (vt explicuimus) conſuetudo contraria verſatur, ſicque inibi iudicatur, & lex (vt notiſſima concinnunt iura) contrario vſu diruitur.

Rurſum & in dicti Petri fauorem peritiſſimi Iudices cauſam iudicaturi, aduertere debent iniurias frequentiſsimas per dictum Franciſum de Gante dicto Petro factas, factis, verbiſq; quæ conſpicienda ſunt ad hoc negotium, vt conſtat ex *tex. in l. ſi adulteriū, cum inceſtu, §. Imperatores, ff. de adult.* ibi: *Impetu tactus doloris interfecit*. Quem ibidem *Angel.* ad hoc expendit, quod difficillimum eſt, iuſtum temperare dolorem, quamobrem pleriq; tenuerunt † quod ſi quis ex verbis iniurioſis prouocatus aliquem occidat, quod non eſt plectendus pœna *l. Corn. de ſicar. vt Ang. cenſet in d. §. Imperatores, & Alex. Paul. Caſtr. Curt. antiq. alijq; à Boerio citati in deciſ. 169. & primò videtur num. 2. & palàm Abb. in c. 1. col. 2. de iniur. & abundè Hipol. in conſ. 25. vltra ea, nu. 25. cum ſeqq. & idem Hipol. in conſ. 137. inſpecto tenore, n. 14.* dicit hæc verba. *Homo vtiq; ferreus nō eſt, ſed carneus, & iniurias ſibi illatas ſentit, & quod vnuſquiſque hac in ſpetie de ſe faciat coniecturam, hactenus Hipol.*

Et quantò magis quod dictæ iniuriæ atro-
10 ciſsimæ fuere † ex quibus inimicitia capitalis ſuboriebatur, *vt in c. veniens, & illic DD. de iniur. & Iaſ. in l. procuratoribus, col. fin. C. de procurat. poſt Alber. in auth. ſi teſtis, col. 2. C. de teſtib.* quibus accedat *text. in l. 4.*
11 *tit. 12. p. 7.* Quæ inimicitia probatur † quia dictus Franciſcus de Gante aduerſus dictū Petrum de Vernui literas regias habuit, vt idem Petrus in tributis cum plebeis contribueret: cum ſtatus quæſtio mouetur clarum eſt, quod inter eos magnæ inimicitiæ ortæ dicuntur, vt traditur *in c. frequens, de reſtit. ſpol.* & ſcribit *Bald. in l. atleta, §. dat remiſſionem*, vbi probatur, *ff. de excuſ. tut. col. 1. & eſt gloſ. notab. in c. cum oporteat, de accuſ. in verb. inimicos, verſ. illæ dicuntur graues*, & facit optimus *tex. in l. 1. 2. & 3. ff. de lib. cau.* Nec ex dictarum litterarum obtentione iniuria ſublata fuit, *ff. de iniur. l. iniuriarum, §. ſi quis, & text. in l. item apud Labeonem, §. ſi quis libello, ff. eod. tit. & tex. in l. ſi verò. §. & ſat. ff. qui ſatiſda. cogan.* & probatur *in l. 7. tit.*
12 *9. parti. 7.* Quæ & iniuria † ex eo cōpertiſſima fuit, quia ſe ad inuicem minimè loquebantur. vt legitur & notatur *in cap. cùm ſuper. de offic. deleg.* & alijs in locis inibi à recentioribus citatis. & traditur in *cap. ſi ini-*
13 *micus. 93. diſtin.* Quid multa † & ſola cauſa inimicitiæ ipſam probat inimicitiam. *Innoc. authore. in c. cùm. 1. & DD. de re iudi. cum ſimilibus à Feli. citatis. in d. c. cùm ſuper. col. 1. verſic.* & nota quòd nedum, conſtat quæ ex proceſſu, prædictum Petrum de Vernui prædicta ſciuiſſe, & verba iniurioſa in ſe prolata
14 † Et eius ſcientia etiam indicijs probatur. *ex tex. in l. penu. C. de euictio. cum alijs quorum Curt. Iuni. memor. eſt in conſi. 64. præſupponitur in facto. nu. 8.* Denique & de eius ſcientia ex animo patet, ex hiſque extra iuditium ipſe Petrus edixit. *ex traditis in l. cùm proponas. C. de bon. auto. iudi. poſsiden. & eſt glo. in l. Fulcinius. §. quid ſit, ff. ex quib. cau. in poſſeſ. ea. cum alijs.*

Ex quibus quidem conſluit, non poſſe dici, dictum Petrū de Vernui proditoriè dictū
15 Frāciſcum de Gante occidiſſe † Nam data dicta inimicitia capitali proditio ceſſat, etiā ſi facie ad faciē nō fuiſſet occiſus. vt traditur *in l. reſpiciendum. §. delinquit. ff. de pœnis, &*
16 *illic notat Bar.* nempè quia proditor eſt † qui vnum actu oſtendit, aliud verò mente gerit. *ex tex. in l. 1. ff. de præuarica. & notat Bald. in*



Digitized by Google

*cap.1.col.7.verſ.proditor.in titul. quib.mod. feud.amitt.citās ad hoc etiam Ioan. Ana.in loco de quo ibidem, & tenet Ancha, in cap.1. de homicid. & Anan.in conſil.44. in quæſtione col.1.& Alex.in conſil.92. perſpectis, col.3. in fine & 4.col.lib.6.& ſat conſtat in. l.omne delictum.§.exploratores ff.de re milit.& in l.proditores ff.eod.tit.& in l.3. tit.27. part.7. & in.l.1.titu.2.ead.parti.& in. l.77. in legibus tauri.& in.l.4.tit.13.ordina.lib.* 8. quæ habetur *lib.8.nouæ recopila.tit.23.l.4.*

17 *Nec his obſtat* † *tex.in.l.11.tit.13.ordina, lib.8.& in.l.4.titu 7.eod. lib.ordina.* quæ habentur *lib.8.nouę recopila.tit 26.l.10.* quibus ſancitum eſt, omnem mortem ſecuram dici, niſi tantum illa,quæ bello,ſeu in rixa fit, Siquidem ſat in rixa fit, cum tam tẽpore homicidii,quàm ante rixam erat inter eos inimicitia, vt in hoc caſu accidit, & probatur ex traditis *in l.3.§.ſed etſi deiectus,ff.de vi, & vi arma.* & illic *glo. & Doct.* cum ſimilibus, & prædictis accedat *tex. in l. quod ait lex,in fine,ff. de adulter,* cuius meminit *Alberi.in ſuo dictionario,in verb. in continenti,* ad hoc, quod in continenti factum dicitur, quam diu negotij proſecutio durat, & idem probatur *in.§.illud,inſtitu.de rer.diuiſio.*

Proinde quòd non poſſit mors ſecura dici, ſi ab initio ſit facta,preter ſupra dicta,ſat

18 conſtat † quia ſecurus cenſetur, qui nihil timet,vt notatur *in l.1.ff.de act.emp.& Alberi.in d.eius dictionario,in verb.ſecurus.* Et ob id,dicitur ſecurus,vbi periculum non imminet,*ex tex.in l.1.§.quotiens,ff. de vet. in poſſeſſ. mitten.ibi.* Poſſunt ſecuri creditores eſſe, cum periculum ad curatorem pertineat. Et ita conſtat, quòd dictus Franciſcus de Garte tutus non erat,nec dici poterat, ſiquidem tot verbis iniuriæ grauiſſimæ dictum Petrum de Vernui conuicerit,& ita non potuit eius mors tuta mors nuncupari,& licet dictæ *leges ordinamen.* verbis taxatiuis loquantur, nihilominus noſter abijcitur caſus,*ex tex.iuncta glo.in.l.ob æs al enum tantum,C.de prad. mino.& in authent.imò, C. de act. & obliga.* & alibi ſæpè. Et dictæ *ordina. ſanctiones* ad ius commune ſupra explicitum trahendæ ſunt, *ff.de legib.l.non eſt nouum,cum alijs*.

Quid multa, & probatū eſt, quòd dictus Petrus prædicto Franciſco nuncio monuit,

19 ſe illum occiſurum † cui in hoc credendum videtur,*ex tex.in l.quæro,cum ſimilibus, ff.de edil edict. & quæ doctores tradunt in.l.quicūque C.de ſeru fugiti.& alibi ſæpè*.

Itaque non poteſt dici, dictum Petrum proditorie occidiſſe prædictum Franciſcū, & ob id,clericatus priuilegium amiſiſſe, &

20 quantò magis † quòd priuilegium clericale non perditur; etſi quibuſcunque enormitatibus ſe immiſcuerit,*ex notatis in ca.perpendimus,*vbi eſt optimus *tex.de ſenten. excommu.*& traditur *in c.1.de homicid. & in ca. 1. de apoſta.*& hæc eſt communis ſententia, vt teſtatur *Alex.in d.conſi 8.col.2. lib.1.* quem refert,& ſequitur *Roland. à Valle in d. conſilio 4.num.28.cum ſequentibus. li.1.* quibus add. *Socin. in conſil.12.quoniam, nu.19. & 20. lib. 1.*

Ex quibus non ab re confidimus,dictum Petrum de Vernui ad dictum Abbatem remittendum: prout denique factum, prout denique factum,pronunciatūmque eſt.

Doctor Burgen. Marcus Salon de Pace. Legum Doctor.

# ADDITIO.

NVm.1.*Carol.de Graſſ.de effect.cleric. in 1 effectu nu.89.* ideo remittendus non erit,niſi da prædictis doceret, *Campag.in extrauag. de vita, & honeſt. cleric. ver. priuilegio nu.* 287. *Maſtrill. deciſ.290.nu.142.*

Num.2 *Carol.de Graſſ.eo. tract. & effectu num.1257.*

Num.3. de cognitione tonſuræ loquitur *Graſſ eo.tract.d. effect.1.nu.1264.& in præcedenti nu.1263.* de habitus aſportatione agit de vtrilque,*Maſtrill.deciſ. Sicil.113.nu.16.& 17.*

Num.4.*id. Graſſ.eod.tract.& effect.n.598*

Num.5.*vide Campag.in extranag. de vit. & honeſt.cler.ver.habitum nu.6.& 10. præſertim nu. 17.*

Num.6. *Roccb.de Curt. in c.fin.de conſuet. fol.51. verſ. item valeret conſuetudo.*

Num.7.de intellectu huius Bullæ, vide *Guttier.lib.1.pract.qq.c.5 nu 8.*

Num.9.*Muta dec.Sicil.30.nu.4.Bertazol. conſ.434.vol.2.*

Num.10. *Maſcar.de probat.concl.857.nu. 24.& 25.& in concluſ.144 num.10.& concluſ.1131.nu.5. Vincent. Ferrarot.in tract.de inimicit.§.17.*

Num.11 hic nota, iuxta Authoris dictū, quod inimicus præſumitur, qui mouet cauſam ſtatus alicui, *Maſcar.eod.tract. concluſ.899.nu.33. & 34.*

Num.12.*Maſcar.concluſ.899.n.33.& 34.*

Nu.13.

Num. 13. Inimicitia probata dicitur, ſi odij cauſa probetur, licet odium quis non oſtendat, *Giurba conſ. 37. nu. 22. & conſ. 13. num. 7.*

Num. 15. proditorium homicidium non eſt inter fratres etiam carnales, ſi inimicitiæ cauſa interceſſit, *Giurba conſ. 20. num. 24.*

Num. 16. vide *Franch. deciſ. 713. num. 14. Chatal. de indultu cap. 31. num. 6.*

Num. 19. latè *Maſcard. de probat. concluſ. 1120.*

Num. 20. latè *Iul. Clar. in §. fin. q. 36. n. 19.* latiſſimè *Caball. reſolut. crim. caſu 60.* vltra eos *Godofred. à Bacco in tract. reatuum q. 26.*

## SVMMARIVM.

1 *Priuilegium nobilitatis, ſeu immunitatis alicui conceſſum, & ſuis filijs, & filiabus, qualiter intelligatur, & extendatur, & per totum conſilium.*

3 *Verbum,* Dellos, *Ad omnes præcedentes refertur.*

4 *Verbum,* Deſcendentes, *etiam fœminas comprehendit.*

5 *Priuilegij verba interpretatur conſuetudo, ſeu vſus, etiam ſi verba priuilegij aduerſentur.*

6 *Intellectus l. 1. ff. de iur. immuni. & pleriſq; ſequent.*

8 *Fœminæ maritatę an gaudeant priuilegio immunitatis eorum patri conceſſo.*

10 *Fæmina conditrix maioritatus non cenſetur voluiſſe fœminas excludere.*

11 *Fœminis cum aliquid conceditur, etiam maſculus ex fęmina comprehenditur.*

12 *Deſcendentes ex fœmina non gaudent nobilitate ſanguinis maternæ, & inibi quid erit in nobilitate ex priuilegio.*

13 *Fęminę & ſi expreſsè ſint excluſæ à ſua ceſſione maioritatus, an Princeps poſsit eas, & ſuos deſcendentes habilitare ad ſuccedendũ in tali maioratu.*

14 *Priuilegium immunitatis an ſit perpetuum, & num. 16.*

15 *Verbum,* Deſcendentes, *omnes in infinitum comprehendit.*

17 *Intellectus regiarum pragmaticarum, quæ diſponunt, quod exempti à muneribus de monetis tantùm intelligantur.*

## ARGVMENTVM.

Priuilegium nobilitatis, atque immunitatis alicui conceſſa ſuis filiis, filiabus, & neptis, an ab eis deſcendentibus extendantur, eiuſq; conſortibus, & ſi non ex maſculis, ſed etiam ex fœminis perueniant.

## CONSILIVM XXIII.

INuocato diuino auxilio. In cauſa Franciſci Nigri, & conſortium ex vna parte, & oppidum de Laziana ex alia: Breui videtur, quod nobilitatis priuilegium,
1 † & immunitatis, Toribio Fernandez, & ſuis filiis, & filiabus, nepotibus, & neptis, & ab eis deſcendentibus conceſſ[illegible], extendi valent ad dictum Franciſcum, & [illegible] conſortes: & ſi à dicto Toribio non deſcendant de maſculo ex maſculo, ſed ex fœminis.

Quod conſtare videtur, ſiquidem immunitas ipſa dicti Toribii filiabus, & nepotibus, & deſcendentibus concedatur, ſitque
2 dictum priuilegium omnibus generale †, & ita generaliter interpretandum eſt. *c. ſolite, de maio. & obedien. & ff. de public. l. de pretio, cum ſuis vulgatis.*

Deindè hæc verba dicti priuilegii ſunt expendenda, *Que de vos, o dellos deſcendieren,* poſt quæ verba confeſtim alia ſubiiciuntur, *Vueſtros hijos, o hijas, nietos, o nietas,* quo fit, dicta verba, *Dellos,* etiam ad deſcenden-
3 tes ex filiabus, neptibusq; trahenda † ſiquidem ipſum verbum, *Dellos,* ad præcedentes omnes referatur, ex *tex. in l. à filio, §. teſtator, ff. de alim. & cib. leg. & in l. ſi quis id quod, ff. de iuriſd. omn. iud. notat Bart. in l. ſi quis ſeruum, §. fin. col. fin. ff. de leg. 2. cum alijs;* ſi enim Princeps in dicto priuilegio voluiſſet facere diſcrimen inter deſcendentes ex maſculis, & deſcendẽtes ex fœminis, expreſſiſſe quidẽ, *l. 1. §. ſin autem ad deficientis, C. de cadu. toll. & inibi Bald. text. etiam in c. ad audientiam, de decim. cum alijs,* & fat in terminis hoc cõſuluit *Corn. in conſ. 177. circa quod, col. 3. ver. item facit quia, lib. 4.* & faciunt plura, quæ adduximus *in repet. proem. Taurin. conſtitut. nu. 126. cum multis ſeqq.*

4 Præterea dictum † verbum *Deſcendientes,* etiam fœminas comprehendit, *l. cognoſcere, in fin. ff. de verb. ſignif. notatur in c. ſtatutum, de hæret. lib 6. & illic Domini, col. 2.* & eſt bonus *text. in auth. de hæred. ab inteſta. venient. poſt princ. verſ. quia igitur, colla. 9. cum alijs, de quibus Alex. in conſ. 160. viſo themate, col. 1. verſ. ſed his, & ſeqq. lib. 2.*

Z 2 B

Digitized by Google

Et præcipuum hæc obtinent, cùm longæuus, & conſuetudo huic faueat interpræ-
5 tationi † cùm iure conſuetudo, vſuſque priuilegij verba interprætetur, *de conſangu. & affinit. cap. quod dilectio. & de conſuetud. cap. quod dilectio, & de conſuetud. cap. cùm dilectus, & 7.p.tit.33.l.4.& 5.cum a q.* quod adeo obtinet, quod etiam ſi priuilegij verba tali aduerſentur interprætationi, ex conſuetudine nihilominus admittitur ipſa interprætatio, ex *text. in d. cap. cùm dilectus, & ibi Anton. & ex tex. in c. fi. eod. tit.* & tradit inſignè *Soc. conſ. 84. accuratiſſimè nu. 15. verſ. poſtremo, lib. 3.* cum alijs de quibus ſupra memores fuimus, *in conſ. 15. in hac lite Venauent. n. 22.* minimè enim mutanda ſunt, quæ certam habuerunt interprætationem, *l. minimè ff. de legib.* & alibi ſæpe traditur, & in terminis proprijs, quòd priuilegium immunitatis interprætetur ſecundum vſum poſt ſuperuenientem, tradit latè *Siluan. conſ. 88. amicus n. 27. & ſeq. lib. 2. & tradit Otal. de notab. c. 5. 4. 5. p col. 2.*

6 Nec prædictis † obierit *text. in l. 1. ff. de iur. immun.* qua ſtabilitur, immunitatis priuilegium ad deſcendentes ex fœminis non extendi.

Primò, quia id verum eſt, niſi cõtrarium priuilegij verba comperiãt: quia Princeps benè poteſt concedere ipſam immunitatẽ deſcendentibus ex fœminis, vt conſtat *in ead. l. 1. ff. de iur. immun. & in l. 10. Qui tamiento, tit. 18. p. 3. & in l. 6. & ibi latè Greg. Lup. in verb. De hijos dalgo tit. 27. p. 2. & in l. 1. C. de his, quia princip. vac. accep. lib. 10.*

Secũdò, quia dicta, *l. 1. ff. de iur. comm.* tũc obtinet, cùm verbo poſteris ipſa conceſſio fiat: at ſecus ſi verbo deſcendentibus, priuilegium immunitatis concedatur, ſiquidem verbum *poſteris familiæ*, verbum compræhendat, *ff. de munerib. & honor. l. vacatio.* & familia deſcendentes per maſculinum ſexũ tantùm appræhendit, *ff. de verb. ſignific. l. fa-*
7 *miliæ*, & in terminis † quòd immunitate deſcendentibus conceſſa, quòd deſcendentes ex fœminis comprahendat, palàm *Alberic.* cenſet *in ead. l. 1.* & ſingulariter *Alexan. in d. conſ. 160. co. 1. lib. 2.* & lucidè etiam idem *Alex. in addit. ad Bart. in d. l. 1. ff. de iur. immun.* Et idem conſuluerit *Dec. in cõſ. 223. in caſu propoſito, n. 4. col. 2. verſ. 2. & ſequ.* Et ſi idem *Dec.* teneat contrarium in *conſ. 468 ſuperiori anno. n. 31. & 32. & in l. fœm. n. n. 69. ff. de regul. & Alexand. in l. quia tale, ff. ſolu. matr.* Et ſi etiam alibi *Bart. in l. quoties, C. de*
8 *priu. ſchol. lib. 11.* dicat, quod, & ſi † priuilegium concedatur mihi, & omnibus deſcendentibus meis, tàm maſculis, quàm fœminis, quòd filiæ ita demùm gaudent tali priuilegio, ſi ſint, aut virgines, aut viduæ; & quod ſecus erit, ſi ſint maritatæ, quia mutant ſtatum, & ſortiuntur forum viri, *ex l. mulieres, ff. ad municip. & Bart.* referunt, & ſequuntur plures DD. quos citat. *Iaſo. in l. quod Principi, n. 18. ff. de conſtit. princip. & in l. cùm quædam puella. n. 3 de iuriſd. omn. iud.* in quibus locis ipſe *Iaſ.* refert ſolum *Alex.* tenuiſſe contra prædictam reſtrictionem *Bart. in d. l. cùm quædam puella in princ. col. fin.* imò quod etiam fœminæ maritatę debẽt gaudere tali priuilegio, & *Bart.* etiam refert & ſequitur *Laur. Silu. vbi alios* refert *in conſ. 1. quoniam, n. 50. lib. 1.*

Quin, & vt dicta immunitas ad deſcendentes ex fœmina trahatur, ſat videtur aduertendum, quòd Regina dictum conceſſit
9 priuilegium, & ſic fœmina † quare videtur eam noluiſſe excludere à dicta immunitate, ex *tex. in l. ex facto, §. ſi quis rogat. in fi. ff. ad Treb. in verb. Ex conditione eius, qui fidẽ commiſſit.* Et faciunt, quæ ſingulariter con-
10 ſuluit *Anch.* in ſimili caſu † de ſucceſſione maioricatu loquens, *in conſ. 339. pro maiori col. 5. verſ. 3. quòd proles,* vbi tenet, quòd ſi fœmina fuerit conditrix maioricatus, non videtur fœminas excludere voluiſſe, *& Soc. in l. Gall. §. nunc de l. verſ. 2. poteſt, ff. de libe. & poſtu. & Iaſ. in l. ſed ſi hac §. liber. col. 1. ff. de in ius vocan.* & idem tenet *Grat. in reſpon. 159. illuſtriſſ. nu. 14. lib. 2.* quod etiam tenet alij plures, quos citauimus in *relec. proœmij l. Taur. n. 121. f. 21.* & in terminis immunitatis ita tenet *Dec. in d. l. fœm. n. 98. ff. de regul. iur. & Ferd. Loaz. in repe. l. ſi filiusfam. §. diui. n. 176. ff. de l. 1. poſt Iaſ. in conſ. 117. in cauſa, col. 2. verſ. 2. lib. 4.*

Præterea *d. l. 1. ff. de iur. immun.* non quidem locum habet, quia fœminæ eſt facta dicta conceſſio; ſcilicet, vxori dicti Toribii
11 † quia cùm aliquid fœminæ tribuitur, etiã maſculus ex fœmina compræhenditur, ex *tex. in c. 1. in tit. de eo; qui ſib. & hær. & Aret. in d. l. Gallus §. nunc de l. col. p. n. ff. de libe. & poſthu. tradunt Moder. in l. fœm. ff. de regu. iur.* Et expreſsè *Loaz. in d. §. diui. n. 178.*

Nec, dici poteſt, quòd abſurdum eſt, quòd plus habeat nobilis ex priuilegio, quàm
12 nobilis ſanguine † Nam deſcendentes ex fœmina nobilitate ſanguinis nõ potiuntur, ex *tex. in l. 1. tit. 11. p. 7.* & citatis *à Boer. dec. 246. n. 5.* igitur nec nobilis ex priuilegio, ſiquidem in promptu videatur reſponſio: nẽpè quia Rex potuit, noluitque contrarium vt prædicta lucidè edocent. Sicut in ſimili
13 dicimus † quòd licet fœminæ expreſsè ſint excluſæ à ſucceſſione maioricatus, nihilominus

minus Rex poteſt ea, & ſuos deſcendẽtes habilitare ad talem ſucceſſionem ma ora tus, vt abunde diximus *in repet. proœmij le, Taur, n.323.f.46.col.4.& ſequent.* Et ſi hoc *Card, Paul. Pariſ. in conſ 23. p. nu. 156 lib. 1.* dicat communis opinio eſt in cõtrarium.

14 Et prædictum priuilegium † perpetuò eſt duraturum, *ex tex. in l. 1. ff de iur. immun.* & quia Principis priuilegium perpetuò decet eſſe manſuram, vt in *auth. conſtit. quæ de dignitatib, §, illud coll 1.6,* cum alijs de quibus *Moder. in beneſit. ff. de conſt. Princip.* & quantò magis cùm deſcendentibus ſit cõ-

15 ceſſum: quandoquidem † verbum *Deſcendentes*, Omnes in infinitum compræhẽdit, *C, de ſuis, & legit. hæred. l. fi.* & notat *Iacob. de Bell. in auth. de reſtit. fid. comm. in fi. coll. 9.* & etiam deſcendentes vltra quartum gradum, vt probatur *in auth de hæred. ab intest. venien. §. 1, colla 9.* & inſignè tradit *Barba, in repet l. cùm acutiſſ, col. 12. C. de fideicom,* & alibi ſæpè reperies.

16 Et eo maximè † quod in dicto priuilegio ſuis quoque deſcendentibus perpetuò cuſtodiendum pręcipitur, & ob id ſemper durat, vt ſancit *text. in l. 10.* & ibi latè *Greg. Lup. tit. 18. p. 3.*

Nec aduerſarijs ſuffragantur leges Re-
17 giæ † quæ ſanciunt quòd à muneribus exempti, de manetis tantùm intelligantur.

Tùm, quia in alijs diſſimilibus terminis dictæ leges loquuntur, vt ex eis conſtat. Tum, & quia expreſſim in dicto priuilegio ipſæ leges abrogantur, Tum etiam quia Cæſar noſter dictum priuilegium confirmauit, & illud obſeruari præcepit, prout ante conſuetũ eſt. Tũ, & deniq. quia dictæ leges (vt conſtat *in l. 1. tit. 4. ord. li. 4* quæ habetur *li. 6. nou. recop. ti. 15. l. 22* ex eo editæ fuerunt, quod alijs ex ſoluẽtibus tributa præ uditiu n fit (idem probãtur *in l. 8. tit. 7, lib. 1, nouæ recopil.*) quod in præſenti ceſſat; ſiquidem expreſſim in dicto priuilegio ſit expreſſum, quòd contribuentibus certus numerus dipondiorum tollatur, & ceſſante legis ratione, ipſa quoque lex locum habere non debet, vt conſtat, *in §. quamuis, l. adigere, ff. de iur. patron. cap. cùm ceſſante, de appella. cum ſimilibus à Tiraq. cit. in tract. de ceſſante cauſa, 1. par. nu. 125. & ſequentibus.*

## ADDITIO.

NVm. 1. Immunitas conceſſa patrifamil. trahitur ad totam ipſius familiã *Conſil. Rouit. conſ 60. num. 6. par. 2. cum alijs apud Thorum in addit. ad deciſ. Salernitani 4. num. 13.*

Num. 2. *Præſ. de Franch. dec. 207. num. 10. & dec. 458. nu. 2.*

Num. 3. nota quod priuilegium Regis, & aſſenſus licet per verba præteriti temporis comprehendit etiam tempus futurum *Conſil. Rouit. conſ. 83. num. 7. part. 2.*

Num. 4 latè *Macerat. var. reſol. lib. 1. reſolut. 60. num. 2. & lib. 2. reſol. 59. caſu 9. & 19.*

Num. 5. Priuilegium vſu declaratur etiam ſi uerba contradicant *Anna allegat. 53. num. 30 vbi antecedenti num. 19.* dixit, quod priuilegium declaratur ex ſubſequenti poſſeſſione, ſimiliter ex vſu, *Camill. de Medic. conſ. 63. nu. 8. Fran. deciſ. 22. nu. 5. & dec. 56. num. 6. & 10.*

Num. 7. hic conueniunt addenda infra num. 11.

Num 8. an Priuilegium conceſſum familiæ comprehendit etiam fæminas nuptas *Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumptio. 88. num. 4.* quid in priuilegio conceſſo alicui, & eius deſcendentibus an filiæ nuptę conmprehendanrur, *Ceuall. pract. q. c. 828. nu 96.*

Num. 10. *Dec. d. l. fęminę nu. 100.* & *Aluarad. de coniect. mente defuncti lib. 2. cap. 3. §. 4 num. 55.*

Num. 11. multa ad hoc propoſitum cumulat ſimilia, *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22 tit. 16.*

Sicuti per contrarium fęmina excluſa, et maſculus ex ea excluditur, *Pereira dec. Luſit. 59. num. 1.*

Num. 12. an priuilegium immunitatis cõceſſum per ſe, & poſteris comprehendat deſcendentis ex fœminis vide *Iacob. Gallum conſ. 98. num. 1. & 3. vbi nu. 30. & 31.* declarat præſertim *num. 6. & 36.* agit de priuilegio conceſſo omnibus deſcendentibus maſculis, & fœminis ſi ueniant deſcendentes ex fęminis

& conſ

& conſ.65.num.14.latè Mollign.in tractat.de appellat. vtriuſque iur.extenſ.nu. 253.& ad hoc extat notabilis *dec. Reg. de Pont.*5.& in ſpecie de priuilegio immunitatis conceſſo deſcendentibus, ſi veniant deſcendentes ex fœminis vide *Franc.d.dec.*207.*nu.*6.

Num.13.*Molin.de Hiſp.primogen. lib.*1. *cap.*8.*num.*29.

Num.14.vide *Seſſam dec.Arag.*6.*num.*17. & 15.*per totam.*

Num.15.verbum deſcendentes comprehendit,tàm maſculos, quàm fœminas, *Ceuall.vbi ſupra num.*42. ac omnes in infinitum maximè in materia maioratus,latiſſimè *Guttier.pract. q. lib.*3. *q.* 66.*num.*15.24.& 26. & quid in materia inueſtituræ emphiteuſis Eccleſiæ, *Molignat.in tract.de appellat. vtriuſque iur.extenſ.lit.D.nu.* 257.*vbi in ſeq. nu.* quid in materia fideicommiſſi dicendum examinat vltra *Peregrin. de fideicõmiſſ.art.*25.*num.*8.& *art.*19.*nu.*11.

## SVMMARIVM.

1 *Commiſſi pœna vtens non poteſt petere penſiones præteritas, & per totum conſilium.*
6 *Intellectus gloſ.in capitulo potuit de loca.in verb. item quid ſi dicat.*
7 *Gloſæ authoritas alias excedit.*
8 *Iudex præ occulis æquitatem habere debet.*
9 *Opinionibus in dubijs mitiori ſtandum eſt.*
10 *Intellectus authenti.de alien.emphy.§.ſi verò quis,colla.9. & authentic.qui rem,C.de ſacroſanct. eccleſ.& multis ſeqq.*
11 *Lex debet intelligi ſecundum titulum, ſub quo eſt ſituata.*
12 *Extenſio in pœnalibus locum habere non debet.*
14 *Intellectus l.colonus,ff.loca.*

## ARGVMENTVM.

Pœna commiſſi an contineat penſiones præteritas à domino petitas,vlla prius proteſtatione exiſtente,longè diſcutitur.

## CONSILIVM XXIV.

DEi optimi maximi auxilio poſtulato, eiuſque ſanctiſſimæ Matris Virginis Mariæ. In lite,quæ in hoc Regio Prætorio verſatur, inter oppidũ de Auñon, & Marchionem de Bondexar;breui ius dicti oppidi probauimus & ipſum oppidum à præteritis pẽſionibus à dicto Marchione petitis, abſoluendum.

Namque cùm dictus Marchio commiſſi
1 pœna ſit vſus † terminum, pro quo dictæ penſiones ſoluebantur,ſibi ſummens,præteritas,& decurſas penſiones prætendere non poteſt,ex ſequentibus.

2 Primo,ex † *tex.in l. vectigalia,§.1.ff.de publica.* vbi ſi veſtigalium conductor penſiones præteritas debito non perſoluerit tempore,expelli valet, vel vſuræ ab eo ex mora recipi, at verò vtrunque peti non permittit.

3 His & ſecundò alludit † *tex.in l.3.§. Labeo,ff. de dol.mal.& met.excep.* ibi, *Petitorẽ, qui & hominem vendicat,& pœnam petit,exceptione eſſe repellendum:iniquum enim eſſe, & hominem poſſidere,& pœnam exigere.* Quibus & conducit *tex. in l.reſcriptum, §.ſi pacto,ff. de pact.*& eſt optimus *tex.in l. fin. in fine ff.de eo quod cer.loc.* ibi. *Tantò magis, quod creditori accipiendo pecuniam,etiam remiſiſſe pœnam videatur.* Quibus, & addendus eſt *tex.in l. ſi duo,§. fin. ff.ſi quis cautio.* ibi, *Petendo pecuniam, exceptione ſubmouetur.*

Cæterùm,& hæc ſententia ſubſtinetur ex *text.in l.2.C.de iur.emphy.* cùm in pœnã non ſolutæ penſionis, commiſſi pœnam
4 concedit † at non inquit, præteritas penſiones ſoluẽdas,quod ex facili ſi voluiſſet, expreſſiſſet,vt conſtat *ex text.in cap. ad audientiam,de decim.& in l.1. §. ſin autem ad deficientis,C.de caduc.tollen.* & inibi, *Bald. & text.in l.ſi ſeruum, §. prætor ait. verſ. non dixit prætor,ff.de acquir. hæred.& in l.illam, C.de collat.cum alijs.*

*Præterea* hæc ſuadetur opinio, *ex tex.in l.28.tit.8.p.5.& in l.3.tit.14.p.1.*

5 Denique & in proprijs terminis † quòd petito commiſſo præteritæ penſiones peti nequeant,ſic palàm tenet *gloſ. in d. l. 2. C.de iur.emphi.in verb. repetere.* cum dicat dominum commiſſum,aut præteritas penſiones petere poſſe,& non ambo iunctim, *ex tex. in authen. de aliena. emphi. §. ſi quis*

*locator*

Digitized by Google

locator,colla.9. & huic ſententię expreſſim, vtpotè equiori *Angel. adſtipulatur in d. l. 2. poſt Odofred.* inibi,& palam etiã ibi *Bald.* & eſt etiam *gloſ. in capitulo potuit, loca. in verb. item quid ſi dicat,* ob id cenſens,proteſtationē eſſe neceſſariam, vt ex petitione vnius, alterum renũciatum non videatur, 6 & expreſsè ita † illam *gloſ.* intelligit *Imol.* inibi *col.24.* dictæ aſſentiens ſententiæ,poſt *Ioan. Andr.* ibi & *Anchar.*(etſi *Bald. d. l. 2. C.de iur.emphyt.* cenſeat, in hoc caſu proteſtationem non admittendam ) & prædictæ opinioni etiam adhæret *Iacob. de Belloui.in authen.de non alie. aut permutan. §. quod autem colla.2.& Specul. in titul. de inſtru.edi.§.nunc aliqua,verſ.26.quarto, & Bal. in addi.ad Specul.tit.de loca,col.3. verſ. emphyteota Eccleſiæ,* & latè *Iaſo. in d.l. 2. num. 124.& ſequentib.verſ.in ea gloſ. 161. & ſequentibus,C.de iur.emphy.* (vbi complures videndos,citat) eandem etiam opinionē tenet *Guiller.de Cug.in authen. qui rem. C. de ſac ſanct.eccleſ.*quia dicit,quod expulſio emphyteotæ ſuccedit loco non præſtitæ penſionis, *ex tex,in l.ſi duo.§. 1.ff. ſi quis cautio.* & idem tenet *Paul. Caſtren. in ead. authen,qui rem,*vbi & dicit, quod idem tenet *Cin.in d.l.2,C.de iur emphyt.* & ibidem etim *Iacob.de Sancto Geor.num. 45.* Itaque conſtat *Acurt.Specul.Ioan.Andr.Iacob de Bellou.Guiller. de Cug.Cin.Paul. Caſtrenſ. Imol.Iacob. de Sancto Georg.* hanc ſentententiam tenere.Quorum authoritas non minor eſt,quàm contrariam tenentium ſententiam † & *gloſ.* authoritas alias qui-
7 dem excedit,*Iacob.Butr.authore in l.1. Cod. qui pro ſua iuriſd.* cum alijs, de quibus *Anton.Corſet.in ſua quæſtio. incipien.gloſ. authoritas* quam inuenies *in fin. Abb. repertory,* & latè *Ioan.de Neuiz. in ſua ſilua nuptiali, in titul.eſt tenenda communis opinio, colun. 3.verſ.etiamſi eſſet.*Et ob id, dicta ſententia præponenda eſt contrariæ ſententiæ,
8 Et quia æquitatem habet † quam præoculis iudex debet habere, *ff. de eo quod cert. loc.l.quod ſi ephesi cum alijs.*Et in dubijs opi-
9 nionibus mitiori ſtandum eſt, *ff.de pœn.l. penult.& fi.& ff.de legib.l.benignior.* Et promptior iudex eſſe debet ad ſoluendum, quã ad condemnandum, *l.abſentem in princip. ff.de pœnis,* & alibi ſæpe,reus etiam magis fauendus eſt,quàm actor *ff. de regul. iur. l. fauorabiliores,* cum ſuis vulgatis,
10 Nec huic ſententiæ aduerſatur † *tex. in authen. de alienatio. emphyteoſis, §. ſi verò quis.colla.9.*in quo *tex.*contraria ſententia videtur probari, *& in d.authen.qui rem, C. de ſacro.ſancti.eccle.*

Tum,quia in emphytheoſi Eccleſiæ loquuntur,& illis ita reſpondet *Guiller. de Cug.& Paul.Caſt. in d. authen. qui rem,* & alijs quorum *Cin.*meminit *in d.l.2. Cod. de iur. emphi. in eius additione.& inſign. Imol. in d.c.potuit, & Iaſ.in d.l.2.num.126.in princip.*& ſat hoc conſtat, *1.d.§.ſi verò in verb. Damus licentiam venerabili domui.* Item & conſtat ex ipſa *rub. qua. d.auth. qui rem*
11 ineſt,quæ de rebus Eccleſiæ agit † quia lex debet intellig ſecundũ titulũ, ſub quo eſt ſituata,*l.Imperatores.in fine, vbi Bartol. notat,ff.de in diem adiect.l.fi. in princ.cum gl. ff.de cond. indebi.* & hoc docet Imperator *in l. 1.§.ſed cum nouellæ.C. de emenda.codi.* & notat *Laur. Silua.in conſ.88. amicus Plato.num.18.lib.2.poſt Anton.Butr. in c.1.nu. 2 de offic. deleg.* & cum eccleſia ſit ſpeciale ius commune eſt contrarium *l.quòd verò.ff. de legib.* cum alijs,& maximè, quia
12 cùm de pœnalibus hic agamus † extenſio locum habere non debet, *vt in authen. de non eligend.ſecund. nuben. §. cum igitur, colla.1.* cuius meminit, *Bald. in authen. ex teſtamento,C.de ſecund.nupt.* & idem conſtat *in l.ſi de interpretatione, ff. de pœn.*cum alijs.Et quia diſcrimen iura in alijs quoq; faciunt inter emphyteoſim eccleſiaſticã, & emphyteoſim ab extraneo conceſſam, vt traditur *in d. cap.potuit,& in d.authenti. de aliena. emphytheo.§.ſi verò quis, colla. 9. & in l. 28. tit. 8.part. 5. & alibi ſæpè.* Vel
13 dicendum eſt † quòd *tex. in d.§.ſi verò* minimè cõcedat eccleſiæ vtriuſque petitionem,ſed commiſſum, vel præteritas penſiones,vt intelligit,*gloſ.in verb. repellere in l.2.C.de iur.emphi* & conſtat,quia dicto Et quæ ineſt *in d.§.ſi verò,*pro alternatiua ſũmitur,*ff. de verbor. ſignif.l. ſæpe,& in l. coniunctionem,eod.tit.*& hoc ex equitate, quæ hic adeſt argumen.*d.l.pen.,ff. de pœn. & in l. ſi me,& Titium,ff.ſi cert.peta.& alibi ſæpè.*

Tertiò dici poteſt,quòd *tex,in d.§ ſi verò quis,*loquitur, cùm vtrũque ſimul petitur,ſeu vnum,cum dicta proteſtatione, at ſecus ſi vnum tantum ſit petitum,vt contingit in caſu noſtro,
14 Cui rei nec etiam obſtat *l.colonus, ff. loca.*ſiquidem in ſimplici loquitur colono: non verò in emphyteota,vt tenent prædicti Doctores noſtram tenentes ſentẽtiam, & diſſimilitudinis rationem, *Ioan.de Imol. aſſignat in d.c.potuit col.24.*

Et ita luce clarius conſtat, hanc noſtrã ſententiam optimam, & equabiliorem, etſi iudices hac in cauſa contrarium iudicauerint, & maximè in noſtro caſu hæc præualet ſententia, quia dictus Marchio citra

Digitized by Google

citra dictam poteſtationem in iudicio à dicto oppido dictam commiſſi pœnam petijt, & d indè anno iam decurſo ſuper dictis penſionibus præteritis agit.

Demum & principuum hoc in caſu hęc obtinent, quia in contractu emphytheotico in caſu non ſolutæ penſionis, commiſſi pœna tantùm imponitur, cum meliora-
15 tionibus in dicto termino factis † & non cauetur in dicto caſu, & penſiones præteritas peti poſſe:, igitur hoc videtur in dicti oppidi fauorem conſiderandum, *ff. de pact. l. ſi vnus, §. ante omnia, & ff. de fideiuſſo. l. fideiuſſores m giſtra' um.* cum alijs, quibus & conducit *text. in cap. per tuas, de arbit. & & te in l. fin C. de pact. conuen.*

Et hæc ſufficiant in fauorem dicti oppidi dixiſſe.

*Marcus Salon de Pace Burg. Legum Doctor.*

# ADDITIO.

NVm. 1. ad hoc vide *Iul. Clar. in §. emphyteoſis q. 10. num. 2. Borgnin. deciſ. Fiuiz an. 25. num. 15. par. 5. Alexand. Trentacinq. var. reſolut. lib. 3. tit. de iur. emph. reſolut. 7. nu.* 1. & per totam, quod ſecus eſſet ſi dominis cum proteſtatione præteritas penſiones recepiſſet, quando non prohibetur pro caducitate agere, copioſè *Caroc. in tract. de locat. par. 2. q. 6. num. 91.* vbi plures allegat, aliàs ſecus eſſet ſubdit *nu.* 98.

Num. 4. ad materiam huius legis vide *Collecta per Alph. Collect.* 188.

Num. 5. conferunt *DD. ſupracitati num.* 1. & an Commiſſum, & penſio poſſint ſimul peti per Dominum directum, *Cened. in Collect. ſuper decretal.* 144. *n.* 80.

Num. 7. *Euerard. in topica iuris loco à contrario ſenſu nu.* 42.

Num. 8. dixi ſupra *conſ.* 19. *nu.* 37.

Num. 9. *Phicar. inter commun. opin. lib.* 1. *titul. de legibus num.* 474. *Silua nuptial. in eius Silua lib. 6. nu.* 23.

Num. 10. ad intellectum huius auth. quod rem conferunt collecta per *Alph. collect.* 1011.

Num. 11. *Euerard. in d. Topica loco à Rubro num.* 6.

Num. 12. *Euerard. in d. Topica loco à ratione leg. larg. à num.* 55. *cum ſeq.*

Num. 13. *videas doct. ſupra relatos nu.* 1.

Num. 14. conferunt congeſta per *Alph. Collect.* 683.

# SVMMARIVM.

1 *Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus.*
2 *Ius transfertur ex Regia donatione, ſeu priuilegio.*
3 *Spoliatus à iudice ſine cauſa cognitione debet ante omnia reſtitui.*
4 *Poſſeſſio non eſt auferenda etiam prædoni citra cauſæ cognitionem: alias ei competit remedium recuperandæ.*
5 *Spoliatio quando non ſit facienda virtute Regiæ facultatis, & pluribus ſequentibus.*
6 *Poſſeſſio alicui ablata per principem ſine ordine iudiciario, principi non acquiritur vlla poſſeſſio.*
7 *Donatio Regia amplianda eſt; non vero reſtringenda, & num.* 11. *&* 13. *& ſequent.*
8 *Principis liberalitas non debet freno ſubiacere.*
9 *Principem liberalem eſſet decet.*
10 *Donatio remuneratoria ſui natura fauorabilis eſt.*
12 *Merita præcedentia donationem præſumi efficiunt.*
14 *Princeps recenter quæſita facil us alienare poterit.*
15 *Donatio Regia qualiter facta intelligatur, & quid comprehendat, & per totum conſilium.*
16 *Merita debent eſſe æquiualentia donationi remuneratoriæ.*
17 *Donatione Regia ſi expreſſus ſit numerus vaſallorum, quos Rex donat, eam non reſtringit ad merita, nec ad numerum vaſallorum in ea expreſſam, & plenius, num.* 22. *cum plurib. ſequentib.*
18 *Principi aſſerenti merita in ſpecie præceſſiſſe: plene*

*plene credendum eſt. Et inibi quod idem eſt, in aſſertione vniuerſitatis donatis propter merita.*

19 *Donatio regia regulatur ex ratione in eius proœmio expreſſa.*

20 *Ratio vbi eſt amplior dicto, ad rationis limites trahitur.*

21 *Donationis Regiæ verba non debent eſſe ſuperflua.*

22 *Princeps in ſua Regia donatione non exordiatur à numero ſed à corpore, videtur concedere omnia comprehenſa in corpore, & ferè per totum conſilium.*

24 *Diſpoſitionis verba potius in dubio ſunt iudicanda demonſtratiua, quam reſtrictiua.*

25 *Dictio vſque non eſt reſtrictiua, ſed ampliatiua: & non ponitur incluſiuè, ſed excluſiuè.*

29 *Princeps per quæ verba videatur omnia oppida cum ſuis vaſallis, & terminis concedere, & nu.27. & ſeq. & nu.37.*

27 *Verba cui non conueniunt, nec etiam conueniunt diſpoſitio.*

30 *Dictio quodcunque appoſita in Regia donatione quid ſignificet.*

31 *Reſeruatio certarum rerum appoſita in Regia donatione quid operetur, & nu.32.*

33 *Princeps non cenſetur, ſe incontinenti velle corrigere per aliqua verba appoſita in ſua Regia donatione.*

34 *Verba ſcripturæ ita explicanda ſunt, ne ſibi aduerſentur.*

35 *Verba appoſita in clauſulis executiuis Regiæ donationis non extendunt, nec reſtringunt donationem regalem.*

36 *Dictio ſecunda appoſita in Regia donatione quid ſignificet.*

38 *Diſponentis gloſa cum reperitur, nulla alia admittitur explicatio.*

39 *Schedula Regia conceſſa in præiudicium alicuius non tenet, ſi citatio non præcedat.*

40 *Citatio eſt de iure diuino.*

41 *Principe procedente ſine citatione, non præſumitur pro eo.*

42 *Principis declaratio facta ſine citatione non valet: nec per eam alicui ius tollitur, & num.43.*

44 *Principis aſſertioni factæ in ſuis ſchedulis non eſt ſtandum, cum de eius agitur commodo.*

45 *Clauſula de plenitudine poteſtatis, & ex certa ſcientia non operantur in tertij præiudicium.*

46 *Rex non poteſt ex interuallo ſuam donationem perfectam modificare.*

47 *Princeps tenetur dare bonum cābium, quando alicui tollit ſuum ius.*

48 *Princeps non poteſt reuocare ſuam donationem remuneratoriam.*

*Donatio Principis remuneratoria etiam ex cauſa ingratitudinis reuocari non poteſt.*

50 *Donatio remuneratoria non eſt donatio, ſed quidam contractus.*

51 *Contractus* Principem *ligant.*

52 *Cauſa non præſumitur in principe veniente contra eius contractum.*

53 *Princeps ex quibus rationibus obligetur ſuis contractibus & pactionibus, & ſeq.*

54 *Rationes naturales principem aſtringunt.*

55 *Princeps in contractibus priuatus reputatur.*

56 *Æqualitas omnis debet eſſe in contractibus: nec contractus debet claudicare.*

57 *Princeps conſtans eſſe tenetur, & plura alia inibi de principe.*

58 *Lex perfecta donatio, C. de donat. quæ ſub mod. habet etiam locum in principe, & numer.46.*

59 *Intellectus, l. qui fundos, Cod. de omni agro deſer. lib.11. & ibi latè, an princeps poſſit apponere conditionem ſuæ donationi, & præcedentibus.*

60 *Declaratio vt dicatur, requiritur, quod res ſit dubia.*

61 *Declarare qui poteſt, non poteſt corrigere.*

62 *Error conſtare dicitur in conficiente duo inſtrumenta, quorum vnum ſe refert ad aliud in quo minus continetur.*

63 *Confeſſio non nocet, quando confitens ſe refert ad aliquod inſtrumentum, in quo contrariū conſtat.*

64 *Error conſtat, ſi rem aliter ſe habere appareat.*

65 *Error in facto proprio, quando tolleretur.*

66 *Conſenſui nihil ita contrarium eſt, ſicut error.*

67 *Errans non videtur ratificare actum.*

68 *Proteſtatio ſeu reſeruatio proteſtanti ius conſeruat.*

69 Spoliatus *conſentire non videtur.*

70 *Laudi emologatio expreſſa quando non noceat.*

71 *Metus iudicis ex quibus præſumatur.*

72 *Metum iuſtum operantur blanditiæ potentum.*

73 *Metus iuſta ſupitio habetur pro iuſto metu.*

## ARGVMENTVM.

Donatio, ſeù conceſſio oppidorum à Rege facta alicui obſeruātia, cum certo taxato numero vaſallorum an poſtea poſſit à Rege reuocari in præiudicium donatarij reſpectu di-



Digitized by Google

ctorum vaſallorum vltra numerum taxatũ nil refragare ſcriptura lite pendente facta per donatarium ſe referentem donationi, vnde ſi contingerit ſpoliari, ẽt accedẽte Regis mandato erit ante oĩa reſtituendus diffusè iura donatarij diglutiũtur.

CONSILIVM XXV.

Diuino poſtulato auxilio. In punctis ad me tranſmiſſis à quodam D. Franciſco de B. ſequentia iure eſſe cenſerem.

Primum, quòd cum dictus D. Fráciſcus poſſederit oppida, ſuper quibus lis hæc ventilatur, à quibus ſpoliatus eſt † ante omnia
1 eſt reſtituendus, *C. ad l. Iul. de vi l. ſi quis ad ſe fundum, & C. inde vi l. ſi quis in tantã, & l. 5. titul. 10. part. 7. cùm alijs notiſſimis* †
2 Quorum oppidorum ius etiam ex regia conceſſione ad dictũ dominũ eſt translatum *ex tex. in clem. adiutor, de reſcript.* & id adnotat *Ioan. Andr. in cap. cum olim. de verbor. ſignif. & Bald. in præludijs feudorũ, col.* 7. & traditur *in c. inter dilectos de fid. inſtr.* & per recẽtiores *in l. quotiens, C. de rei vẽdic.* & abundè *Alexan. in conſ. 3. ex his, quæ col. penult. verſ. 7. lib. 5. & Dec. in conſ. 689. viſo puncto ſupraſcripto, col. fin.* quod etiam tenent plures alij quos ſequitur *Andr. Tiraquell. in tract. de nobilitat. c. 37. nu. 51.*

Et adeo dicta, *l. ſi quis ad ſe fundum*, & ſimilia iura obtinent, quod locum habent, quantumcunque ipſe Fráciſcus à Iudice ſit ſpoliatus: cum citra cauſæ cognitionẽ
3 ſit ſpoliatus † eſtq; ei reſtitutio facienda poſſeſſionis, vt traditur in *l. meminerint, & in l. ſi quandò, C. vnde vi. & in c. conquerente*, & illic *DD. de reſtit. ſpoliat.* probatur ẽt *in cap. ex inſinuatione de procura. & in cap. notum 2. q. 1.* & inibi *Archid.* ſunt & aliæ concordantiæ, de quibus meminit *Felin. in cap. Eccleſia ſancta Mariæ col. 12. nu. 30. verſ. ſextò nota de cõſtit.* & notat *Alberi. in l. fin. C. ſi per vi. vel alio mod. & Dec. in reg. non videtur data §. qui iuſſi, ff. de regul. iur.* cum alijs, de quibus meminit *Nicol. Boer. in dec. 238. & videtur, num. 4.* Non enim †
3 poſſeſſio etiam prædoni citrà cauſæ cognitionem auferenda eſt: aliàs enim recuperandæ remedio illi ſuccurritur, *ex text. in capit. in literis de reſtitutio. ſpoliat.* & ibi *DD. & in l. 1. §. qui à me, ff. de vi armat. & ſcribentes in d. l. meminerint*, & tradit *Bald. in l. nam ita diuus, col. 2. ff. de adopt. & DD. in l. 2. Cod. vbi in rem act.* & eſt ad prædicta *tex. in cap. licet Epiſcopus, de prabend. lib. 6.* & inibi *DD.* & latè *Ioa. Franciſc. de Rip. in l. naturaliter, §. nihil commune, nu. 46. & ſeq. ff. de acqui. poſſ.* cum alijs, de quibus ſingulariter *Io. Plot. in ſuo tract.* quem fecit de in litem iurando, *ſub repeti. l. ſi quando, C. vnde vi. §. 46. per totum.*

5 Nec oberit † quod ex facultate regia ſpoliatio facta fuerit, *ex tex. in d. l. meminerint, & in l. authoritate, C. vnd. vi. & in l. 3. tit. 14. ordin. lib. 3.* (quæ habetur *lib. 4. noua recopil. tit. 13. l. 2. cum ſimilibus*, de quibus meminit *Matth. de Afflict. in dec. 116. princeps col. fi. nu. 5. verſ. nã illi*, qui poſt *Innoc. in c. inter quatuor*, inibiq; alij *DD. de immun. Eccleſ.* Et ſi in hoc contrariũ teneat, *Dec. in cõſ. 125. in cauſa, col. 2. verſ. ſed tamẽ* & latè *Albert. Brun. in conſ. 19. omnipotentis, per totum, & idem Matthæ. de Afflict. in in dec. 302. alium dubium, nu. 2. & ſeqq.*

Quid plura, & cùm dicto D. Franciſco poſſeſſio fuerit ablata, vt Regi redderetur, nõ tamen ipſi Regi poſſeſſio quæſita fuit,
6 ſiquidem † cùm princeps citrà iudiciariũ ordinem alicui tollit poſſeſſionẽ Principi ipſa non acquiritur poſſeſſio, vt probatur *in l. fin. tit. 13. ordin. lib. 3.* (quæ habetur *lib. 4. noua recopil. tit. 15. lib. 1.*) ibi *Pero ſi alguno delos Reyes nueſtros predeceſſores de hecho, y ſin conocimiento de juyzio tomare la poſſeſſion dela iuriſdicion, y deſpues fueſſe cobrada la tenẽcia, y poſſeſſiõ por aquel, o aquellos, que la ante tenian por nueſtro mãdado, o en otra manera ſin fuerza, y ſin engaño: que por interrupcion no ſe entienda ſer deſtajado el tiempo, en que la podia ganar: porque al Rey y ala ſu voz no ſe puedẽ defender los ſuyos.* Et in terminis ita *Bal. tenet in l. 2. col. 5. C. de ſerui. & aqua* ad quod ibi citat *Inno. in c. bonæ in 2. de poſtul. prælato.* quo in loco idem *Bald.* ſuper *Innoc.* hoc idẽ cenſet, & *Laud. in ſuo trac. de primog. cõcl. 279.* qui inuenitur *in 13. volum. tract. diuerſor. DD.*

Verũ, & in ſecũdo puncto dicimus Regiã Maieſt. eius in conceſſione d. Fráciſci fauore edita, non tantum eidem quatuor millia vaſallorum tribuiſſe, ſed & omnia opida in ipſa conceſſione contenta, & ob id ſequitur, vaſallorum numerationem eſſe ſuperuacaneam, & hoc ex ſequentib.

7 Primo, hoc conſtat † quia Regia donatio amplianda eſt: non verò reſtringenda, iuxta notata *in l. fin. ff. de conſtit. princip. & in c. olim de verb. ſignific.* quare *tex. in l. fi. C. de prapo. agen. in reb. lib. 12.* ait per abſurdũ, per quam temerariũ eſſe, principis libe-

liberalitatem non ad augumentum, ſed ad
8 diminutionem conuertere; † non enim Principis liberalitas freno ſubiacere debet, *l.donationes, quas diuus, C.de donat.inter. vir. & vxor.& l.ſancimus, §.exceptis, C.de donatio.* quorum iurium *Oldrad.* meminit *in conſ.252 ad quæſt. col.2.* quo cenſet loco, ſemper regiã conceſſionem quantum poſſibile ſi ampliãdam eſſe: & hoc Regis perſona appenſa, ad quod, & facit *text.* optimus *in cap. quæſtiones* & illic *Abb. de ſimo.* & quia † Principem li-
9 beralem eſſe decet, & ſeruitia ſibi impenſa perſoluere, ex *text. in cap.1. de donat,* & inibi *Abb.* & traditur *in cap. grandi de ſuplen. negli. Prælato. lib.6.* optimus *text. in l.2. tit.9. ordinam lib.5.* cum peculiare Regis ſit, nihil quæ ei magis expediat, quam liberalitatem exercere, authore *Cicero.* eiuſque largitas illum clariorem reddit, vt ait idem *Cicero. lib.1. de offic.* eumque, & beatiorem *conſtituit. de celebrat. Miſſar cap. cum mar*t*e.* & ob id, quæ Princeps concedit, & ſi magna, parua exiſtimari conſueuerunt, vt ait, *gloſſ. in l. ſed & ſi ſuſceperit, §. ſed, & verſ. modica, de iudic.* & ita ſæpe Principem feciſſe legitur, nempè de Alexandro, qui pauperi potenti elemoſinam Ciuitatem dedit, & cùm pauper ediceret, immodicam, ingẽtemque ſibi illam gratiam fuiſſe, Alexander ipſe reſpondit, non quidem curo, quid te accipere deceat, ſed quid me dare oporteat, prout Tulirs recenſet, cuius meminit *Ioan. Lup. in repet. rub. de donat. int. vir. & vxor. §.9. num.3. verſ. ſimilem liberalitatem, fol.5. col 2.* inibique alia ſimilia citãs & facit, quod tradit, *Tiraquell. de nobilitat. cap.37. num.47.*

QVAE quidem præcipuum, ex pleriſque rationibus ſubſiſtunt.

10 Primo, quia dicta conceſſio † remuneratoria eſt, vnde ſui natura fauorabilis eſt, *l. Aquil. Regul. ff. de donat. l. ſed ſi lege, §. conſuluit, ff. de petit. hæred.* cum alijs, quorum *Iaſon.* meminit, *in l. ex hoc iure, col 10. num. 53. & ſequentib. ff. de iuſtit. & iur.* & recentiores præſertim *And. Tiraquel. in repetit. l. ſi vnquam in verb. donatio. largitus, num.11. cum pleriſque ſequentib. C. de reuoc. donat. & Ioann. Lup. in repetit. d. rubr. de donat. int. vir. & vxor. §. 50. num.1. & ſequentibus, fol.29. colum.2.* & paſſim etiam traditur,
11 & ob id † huberius interpretanda eſt, quam aliæ donationes, authore *Guiller. de Cug.* cui conſentit *Alex. in l.3. in princip. ff. quod quiſque iur. & Dec. in cap. fin de conſtitut. col.2. in princip.* & idem *Dec. in conſ. 468. ſuperiori, num.14.* & ſat conſtat *in l. ſi verò non remunerandi, §. idem Papinian. ff.*
12 *mandat.* vbi † merita præcedentia donationem præſumi efficiunt, quod etiam latè tradit *Iaſ. in d. l. ex hoc iure, num.57. verſ. quintus effectus, ff. de iuſtit. & iur.* & idem *Iaſon in l. ſi non ſortem, §. libertus, num.8. verſ.4. notab. ff. de cond. indeb. & alibi ſæpè.*

Secunda ratio eſt, quia dicta ſeruitia dicti D. Franciſci aduerſus infideles fuerunt, & quæ in recuperatione certorum locorum accuratiſſimè fecit, ſe ſubmittens varijs periculis in fauorem Fidei Catholicæ, Regiæque Coronæ fecit, vt notorium omnibus eſt
13 † quamobrem dicta conceſſio fuſiùs, ampliùſque eſt intelligenda, quàm reliquæ donationes, vt conſtat *in l.1. C. de propoſ. labo. lib.12. & in l.1. C. de Caſtrenſ. omn. pala. eod. lib.* quæ iura *Oldrad.* ad hoc citat *in conſ.300. factum tale, col.2. verſ. dicit enim Imperator,* quibus, & accedat *text. in l. Princeps. C. de princip. agen. in rebus, & in l. donationes, quas diuus, C. de donat. int. vir. & vxo.* Et quæ adducit *And. Tiraque. in d. l. ſi vnquam in verb. donat. largitus, num.73. & 74.*

Tertia ratio, quia dicta conceſſio eſt oppidorum nouè quæſitorum per dictum D.
14 Franciſcum † ſiquidem recenter quæſita Princeps faciliùs alienare poterit, non quæ ſubiacent regulis aliorum ſuorum bonorum regalium, *ex text. in cap. Abbate ſanè, de re iud. lib.6.* & adnotat *Bald. in l.1. col. penul. C. ſi plur. vna ſentent. fuer. condemnat.* & eſt ad idem optimus *text. in l.1. tit.17. part.2. verſ. Eſtas heredades.* In verbis. *Que ouieſſe heredado, o comprado, o ganado apartadamente para ſi.* Et ſatis prædicta probantur *in l.8. tit.1. part.2.* Et dicit notanter *Gulielm. à Perno Syrac. in conſ.4. quondam, num.9.* (qui reperitur *in nouo volum. conſil. feudalium diuerſorum Doct. fol.234. col.2.*) quod in feudis nouis largior eſt diſponendi licentia, quam in antiquis, & vltra eum idem plenè tradit *Aluar. Valaſc. de iur. emph. 1. part. quæſt.49. num.6.*

Secundò, principaliter ex alio conſtat, dictam conceſſionem de quatuor mille vaſſallis tantùm non eſſe factam, ſed de oppidis in ipſa regia donatione collocatis, cum eius omnibus oppidanis, *ex text. in l.9. tit.4. p.5.*
15 quæ ſancit † in regia donatione omnia in oppidis extantia venire, præter quàm ius monetas conficiendi, ſupremamque iuriſdictionem, idem & cõſtat. *2. p. tit.15. l.5.* Quin & ſtabilitur *in l.2. tit.9. lib.5. ordina.* in regia conceſſione non tantùm expreſſa venire, ſed illa, quæ Princeps voluiſſe creditur: & ſi expecificè in ea non ſint contenta, quibus conducit, *text. in l. licet Imperator, ff. de leg.1.* cum ſua materia, & ob id *Prapoſi. in cap.1. §. in generali: in tit. ſi de feud. fuer. controuer.*



Digitized by Google

*trouer.int.domi.& agnat.col.*1.dicit,quòd in Principis conceſſione de aliquo caſtro facta,quòd in tali conceſſione veniunt omnia in caſtro exiſtentia, cum omnibus ſuis vaſſallis;& ſi in ea non fuerint nominata,conſiderata Principis perſona,eiuſque, & cui fit conceſſio,*ex text.in l.plenum, §. aequitij,ff.de vſu,& habita.*

Tertio hæc ex alio eluſcent, quia dicti D.Franciſci ſeruitia omnibus ipſis oppidis, & vaſſallis correſpondent,igitur exiſtimandum eſt † ea omnia in dicta regia conceſſione veniſſe,*ex text.in l.ſemper* inſtipulationibus,& inibi *Bart.ff.de regul.iur.* & idem habetur,*in l.*1.*ff.de ſuperficieb.*& idem *gloſſ. in* §.1.*in verb. agendo.& Bart.& Scribentes in l.patronus,§.Sempronius,col.*3.*verſ.fallit ff.de leg.*3.citantes *Dinum* ibidem, & idem tenent *Bart.& Doctor.in l.meminiſſe,col.fin. ff.de offic.proconſul.& Alber.in authent quod ius,col.*3.*C.de procurat.& Bald.in authentic. hoc amplius, col. fin. C.de fideicommiſſ.idem Bald.in l.*1.*col.*1.*C.qui teſtam.face.pot. & in l.ex conuentione,col.*2.*C.de pact.*quibus, & fauet *text. in cap. relatum in* 2.*de teſtam.*ibi, *Iuſta ſeruitij merita.* Quo fit,vt *Corn.*conſuluit *in conſ.*59.licet videatur *col.*2.*in fi.verſ.* & licet *Oldrad.lib.*4.vbi ait, † quòd numerus in donatione impoſitus eam minimè ad ipſum reſtringit prætium ſi vltra numerum in donatione expræſſum meritoria eſt, ex notatis *in d.l.*1.§.1.*ff. de ſuperfacieb.* & palã idem conſuluit, *Alex.in conſ.*39. *vertitur lis, col.*3.*verſ.item non deponit.lib.*5. Quorum ſeruitiorum in ſpetie ipſe Rex in dicta conceſſione ſpeciatim meminit † & ob id ei plenè credendum eſt,*ex text.in clemen.*1.*de probat.*& ibidem *gloſſ.*& communiter *Doct.* tradunt, & per eoſdem *in cap. cum nobis, de præſcript.* & tenet *Bart. in l.ſi forte,ff.de caſtrenſ. pecul.& Paul. Caſtrenſ.* & alij *in l. per diuerſas col.fin.C.manda.& per Doctor.in d.l.Aquilius Regulus,ff.de donnation.& in l. ſed,& ſi lege,§.conſuluit ff.de pet.hæred.* cum alijs,de quibus *Dec.* & recentiores memores ſunt,*in l.ſi donationc,num.*19.*&* 23.*C.de collat.& copioſè Iaſon.in conſ.*154.*ad habendam,num.*3.*&* 4.*lib.*2.*& Dec.in conſ.*20.*in cauſa iſtorum,per totum conſilium,* & faciunt tradita per *Carol.Ruin.in conſ.*217.*videndũ num.*2.*&* 3.*lib.*1.vbi allegando *Bart.in l.ambitioſa,ff.de decret. ab ordin. facien.* vbi ait, quod ſtatur aſſertioni Vniuerſitatis, quòd ex cauſa remunerationis immunitatem concedit,& ſi contrarium teneat,*Laurent. Silu. in conſ.*4.*viſo priuilegij,num.*4.*lib.*1.& vide quæ in contrarium adducit,*Aym.conſ.*235.*verba,num.*42.

Quæ,& ſuadentur,quia cùm Rex in dicta donatione reddiderit cauſam ſuæ donationis nempè propter dicta ſeruitia,ſit quæ ipſa ratio in prooemio poſita finalis reputa-
19 tur † & ſecundum eam regulanda eſt prædicta regia conceſſio,*ff.de hæred.inſt.l.fin.& illic Bal. tex.in l.regula,*§.*ſi,ff.de iur.& fact. igno.tex,*& illic *Doct.in l.*1.*ff.ad Macedonia.*
20 *Scribentes in cap.*2.*de appell.* † & vbi ratio amplior dicto eſt, ad rationis limites trahitur,*ff.de leg.*2.*l.cùm pater,§. dulciſſimis,*traditur *in l.pater filium,§.fundum,*& illic *Bar. in l.regula,*§.*ſi quis ius ff.de iur. & fact.igno, & Bald.in l.conuenticulam,C.de Epiſcop.& cler.col.pen.*

Prædicta veritas etiam conſtat, quia ſi dictæ conceſſionis ſeriem appendamus, oppida quidem à Rege ſunt donata,ibi. *Por la preſente hazemos os merced,gracia, y donacion pura,perfecta,non reuocable,que es dicha entre viuos,para ſienpre jamas delos pueblos, y villas.* Et cũm in verbis nulla adſit dubitatio,de alio intellectu dictæ regiæ conceſſionis minimè pertractandum eſt,*l.illa,aut ille,* §.*cùm in verbis nulla dubitatio, ff. de leg.* 3. cum alijs notiſſimis, quæ quidem verba ſuperfluerent,ſi noſter non reciperetur intel-
21 lectus,& ob id † noſter intellectus recipiendus eſt,ne ipſa verba ſuperuacanea ſint,*cap. ſi Papa de priuileg. lib.*6. *& ff.de leg.*1. *l.ſi quando.*cum alijs, namque etiam verbum vnum non debet exiſtimari ludribio poſitum,*ff de contrahen.empt. l. hanc legem, & text.in l.ſi ſtipulatus, ff. de vſuris,* & notat *Bald.in rub.C.de contrahen.empt.col.*3.*verſ. nono quæro,*cum alijs,de quibus *And.Tiraquel.in ſuo tract.* (intitulato) *nihil fruſtra.* Imò,& ſuperfluitas euitatur ex repetitione cùm res ſit clarior,ex ſententia *gloſſ.in cap.* 1.*in verb. & filio.* & ibi *Domin. & Docto.de ſumm. Trin. lib.*6.cum alijs, de quibus latè idem *Tiraquel.de vtroque retract.tit.de retr. ligna.*§.21.*num.*4.*&* 5.Et quidem imputandum eſt Regi,ſi non expræſſit id,quod mente tenebat,*ff.de pact.l.veteribus,& C.de condit ob cauſ.l.ſi repetendi,cum alijs.*

Cæterum hæc,& conſtant, quia Rex in dicta conceſſione à numero non exorditur, nec dictum vaſſallorum numerum donare ait,ſed à corporibus incipiens,ait, dicto D. Franciſco prædicta oppida donare (quæ ſunt Hiſpaniæ) vſquæ ad numerum quatuor
22 mille vaſſallorum, † quarè conceſſio ipſa non eſt reſtringenda tantum ad decem mille vaſſallos: ſed omnes compræhendit vaſſallos in dictis oppidis commemorantes, quæ ſententia optimè probatur *in l.qui fundum, §.qui agrum,ff.de contrahen. emptio. & in l.*

cùm

*cùm pater*, §. *pater qui filio*, *ff. de leg.* 2. *& in l. ſi ſub conditione*, §. *ſi libertus*, *in* 2. *reſpon. ff. de leg.* 1. *& in l. falſa demonſtratio*, *ff. de condit. & demonſtrat.* & in terminis ita *Oldrad.* conſuluit *in conſ.* 197. *in conceſſione*, *col.* 1. *verſ. ſed ego contrarium*, vbi tenet, quòd ſi côceditur, inſula, quæ eſt iuxta loca Epiſcopalia, & quę quinquaginta brachia in lôgum habet, quòd cùm hæc conceſſio à corpore ſummat initiû quòd verba ſequentia, quæ de numero loquuntur, conceſſionem ad ipſum numerum minimè reſtringunt: ſed quod donatarius totam inſulam habebit, & ſi plus habeat, quam côtinetur in dicto numero expræſſo, ad quod *Oldr. allegat text. in l. cùm his verbis*, §. *paterfamil. ff. de leg.* 3. & huic *Old.* ſententiæ conſentiunt *Anchar. Imol. Abb. & Barba.* cæterique *Doctor. in cap. per veſtras*, *de donation. poſt Ioann. And. in additionib. ad Specul. tit. de empt. & vendit. verſ.* 22. *& Alberic. in l. conſenſum*, *ff. de contrahen. empt. & Paul. Caſtre. in l. ſi ſeruum*, §. *ſi modus ff. de act. empt. & in ſi venditor*, *col. fin. eod. tit. & in l. ſi duorum*, *ff. eod. Salin. in l.* 2. *C. de contrahen. empt. & Alexan. conſ.* 44. *viſis argumentis*, *col.* 2. *lib.* 6. *& in conſ.* 106. *viſo proceſſu*, *eod. lib.* 6. *& in conſ.* 107. *quàmuis num.* 1. *& num.* 2. *eod. lib.* 6. inibi dicens, hoc eſſe Doctorum commune placitum, & idem *Alexa. in conſ.* 120. *viſis*, *col. fin. lib.* 2. *& in conſ.* 82. *in cauſa*, *& lite*, *num.* 1. *lib.* 7. *& in conſ.* 133. *viſo proceſſu*, *col.* 4. *lib.* 1. *& Corn. in d. conſ.* 59. *col.* 2. *&* 3. *lib.* 4. *& Iaſon. in conſ.* 73. *aggredior*, *num.* 1. *per totum. lib.* 1. ex pleriſque rationibus illic congeſtis, & ibi dicit Doct. indifferenter ita concludere. Et faciunt, quæ in ſimili conſuluit *Paul. Pariſ. in conſ.* 64. *luculenter num.* 6. 10. *& ſeq. & num.* 76. *& ſequ. lib.* 2. *& Anton. Gomez. lib.* 2. *var. reſol. tit. de empt. & vendit. num.* 16. Quibus & conducit *Bart. ſententia in l. Iulianus*, §. *ſi Titius*. *ff. de act. emp.* Et quæ abundè tradimus in noſtra ſolemni *repet. l.* 3. *Tauri*, *num.* 268. *&* 269 *poſt Couarr. in cap.* 3. *practic. qq. nu.* 1. *& ſequentib.*

23 Quæ Doctorum ſententia † maximè in caſu noſtro obtinet.

Tum quia donatio Regia eſt, vt conſuluit *Alex. in d. conſ.* 107. *lib.* 6. *num.* 3.

Tum, etiam quia præter id, quòd à corpore Princeps exorditur in dicta eius conceſſione, alia confluunt verba, quæ hanc rem palàm comperiunt, quorum ſupra memores fuimus, erimúſque.

Tum, & quia pro quolibet ex dictis decẽ mille vaſallis nullum eſt aſſignatum prætiû, vt aduertunt dicti Doct. in prædictis locis.

Tum, item quia dicta donatio remuneratoria (vt explicuimus) fuit, & ſeruitia ipſi donationi omnium oppidorum correſpondentia.

Tum, quia in hoc caſu ante dicta verba vſque ad numerum quatuor mille vaſſallorum dicta verba, quæ ſunt in tali prouintia præceſſere: quæ ſicut demonſtratiua ſunt, ſic & ſubſequentia, vt palam dicti Doctores in dictis locis conſiderant, maximè, *Alex. in d. conſ.* 82. *num.* 1. *poſt principium*, *lib.* 7. *& in d. conſ.* 107. *num.* 2. *lib.* 6. Quæ, & confirmantur quia dicta verba, quæ ſunt in tali prouintia non quidem ſunt expreſſa ad ipſam conceſſionem extenuandam: ſed vt qua parte ipſa oppida ſint inſinuetur, eadem igitur, & ratione, & dicta verba vſque ad numerum decem mille vaſſallorum ad demonſtrationem collocata ſunt in ſcriptura dictæ donationis.

24 Quod, & denique ſuadetur † quia potius in dubio verba diſpoſitionis demonſtratiua, quàm reſtrictiua iudicanda ſunt, *Bart. notat in l. centurio*, *col.* 2. *ff. de vulg. & pop. ſubſt. & Dec. in conſ.* 324. *conſuluit accuratè*, *num.* 3. & alibi ſæpè. *& Alex.* idem notat in prædictis conſilijs.

25 Nec dicere oberit † quòd dicta dictio. *Vſque* reſtrictiua videatur. Quia non quidem eſſe reſtrictiuam in donatione Principis præcipuùm reperimus. Quum, & extante dicta dictione. *Vſque* eadem ineſt ratio; & ſi caſus, in quibus Doctores prædicti conſuluerunt, alia verba ſimilia in diſpoſitionibus appoſita fuere, quæ tantùm reſtringere videntur, ſicut prædicta dictio. *Vſque*.

Proinde dicta dictio. *Vſque* in materia fauorabili (vt eſt præſens) non excluſiuè impoſita cenſetur, ſed ampliatiuè, vt legitur, & notatur *in l. meminiſſe*, *ff. de offici proconſul. et in l. patronus*, §. *Sempronio*, *ff. de leg.* 3. & inibi docentes, & latè *Iacob. in ſuo tract. feudor. in verſ. præſentes*, *col.* 2. *num.* 7 *char.* 18 *col.* 4.

Præterea dictio. *Vſque* cû de concedentis apparet mente, non excluſiuè, ſed incluſiuè explicatur, *ex text. in l. fin.* §. *Senatores*, *ff. de Senato.* & ibi *Alber. & in authent. quod ius C. de procura.* idem *Alberic. in eius dictionario*, *in verb. vſque*, *poſt Bart. in l. patronus* §. *Sempronio col.* 3. *ff. de leg.* 3 quo, & cenſet loco, ſat eſſe, ſi ex coniecturis apparet de mẽte concedentis, idem *tenet Bald. in l. acaligato*, *C. de nupt.* Quid plura, & quando rei totæ & non tantum parti prætium correſpondet (vt hic ſeruitia dicti D. Ferdinandi) tunc enim dictio. *Vſque* incluſiuè, non quæ reſtrictiue intelligitur, ita *Bart. authent. hoc amplius*, *in fine*, *C. de fideicomm.* & notat idem *Bart. in d. l. patronus*, §. *ſemper ff. de leg.* 3. *col.* 3. *& Bald. in d. authent. hoc amplius*, *col. fin. & Alber. in d. eius dictionario*, *in verb. vſque*

vſque idem Alber.in l. qui fundum ff. de reb.
dub.

Denique quòd dictio. Vſque ampliatiue
in hoc caſu ſumenda ſit, probatur in l.ſi man-
dato.in 2 §.Paulus,in 1.ff.mandat.& Alberi.
ſcribit in l.eum, qui ita, §.qui ita, ff. de
verb.oblig. Et quòd dictio. Vſque demonſtra-
tiua ſit, Alex. edocet in l.quæ dotis,col.4.in 7.
fallen.ff.ſol.matri.

Comperiunt omnia prædicta. hæc verba
dictæ donationis. Con ſus tierras,y aldeas,ter
minos,vaſallo,iuriſdicion. Quandoquidem hic
26 manifeſtè concedantur oppida omnia † cũ
om ibus ſuis vaſſallis, & non tantùm dicti
decem mille vaſſalli compræhenpuntur in
dicta regia donatione, nec dicta verba dictis
decem mille vaſſallis applicari poſſunt, cum
ipſi terras, nec vico, terminòſque minimè
habeant:& dicta verba populorum reſpectu
dici conſueſcunt, vt conſtat ex text.in l.7.tit.
29.par.3.& ex text.in l.5.tit.3.lib.7.ordinat.
(quæ habetur lib.7.recop.tit.7.l.3.)& in alijs
eiuſdem tituli,& ex tex.in l.pupillus,§.terri-
torium,ff.de verb.ſignifi. & ex tex. in §. vni-
uerſitatis,& inibi eſt optima glo. in verb. &
ſi qua,inſtit.de rer.diuiſio.quibus,& conducit
tex.in cap.1.& illic Bald. in tit.de capita. qui
cur.vendit.idem Bald.in l.à procurat:C.man-
27 da.& cùm verba † non conueniunt,nec etiã
dispositi ,ff.de damn.infect.l.4.§. totiens, &
inibi Doctor.& in l.ita autem, in princip.ff.de
adminiſtrat.tuto,& in l.bos accuſare, §. omni-
bus,ff.de accuſa. cum alijs ſuis vulgatis paſ-
ſim repertis,& ſunt alia verba ſubſequentia,
quæ & prædicta edocent, quæ conſideranda,
& aduertenda ſunt, ff.dē leg.1. l. qui filiabus,
& l.ſi ſeruus plurium,§.fin.ff.eod tit. & in l.
vtrũ ff.de pet.hæræd.cũ alijs de quib.abundè
Io.Franc.de Rip.reſp.lib.2.in 1.reſpon.col.pe.

Quin,& conſideranda ſunt d. donationis
regalis,hæc verba. Para que todo ſea vueſtro.
28 Quibus verbis ſat conſtat † Regem omnia
d.oppida donaſſe, nonque eſſe reſtringēdam
prædictam donationem ad partem prædict.
oppidorum, ex tex.in l.Iuli.ff.de lega.3. & in
l.ſiquis cùm totum,& illic Soc.ff.de excep. rei
iud.& in l.de pupil.§.qui nunciat,verſ.totiens
autem ff.de no.ope.nuncia.cum alijs. Et ſatis
etiam prædicta inſinuant, alia d. donationis
verba,nēpè,ibi. En qual quiera manera. Quæ
verba edocent, Reg m prorſus ipſa oppida,
& in eis contenta ad d.D.Ferdinandum trãſ-
ferre voluiſſe,ex text. in c.ſolitè de maiori.&
obedien.quaſi ad fin. ibi, nihil excipiens,qui
dixit quodcũnq; cum aliis,quorum meminit
Alex.in conſ.117.viſo proceſſu, col.2.verſ.&
tanto magis lib.2.vbi expræſsè ait,diſcrimen
commune quo (vt explicuimus) differentia
29 ſit † an diſponens incipiat à corpore, à nu-
meroue minimè obtinere, cùm in conceſſio-
ne hæc verba. Quæcunq; Vel. Quantuncunq;
Vel ſimilia collocantur. Quibus, & accedat,
tex.in l.cùm pat.§.fil ff.de leg.2.per quē text.
Cuma.conſuluit in conſ.162.viſa copia.col.2.
30 hoc verbùm † Quodcunq; à Principe in ſua
donatione expræſſum, prçciſam ipſius enun-
ciare voluntatem, vt nihil prætarmittere vo-
luerit, ſed omnia citra exceptionem donare
cenſuiſſe:ibidēq;& in propoſito dicit, gemi-
nationē verborũ in Principis conceſſionē re
pertã, ipsã cōceſſionē abũdè interprætandã
edocere,ex tex.in l.Bali.cũ ſua mat.ff.ad Tre.
31 Verũ,& † reſeruatio quorundã rerum in
dictis oppidis in d.regia conceſſione ab ipſo
Rege facta, lucidè oſtendit, omnia oppida,
cæteraq; non reſeruantur, fuiſſe donata, ex
tex.in l.nam quod liquide,§.fi.ff.de pęn.leg.&
in l.quæſitum §.idem reſpondet, & inibi gl.ff.
de fid.inſtr.cum alijs, & ſat etiam conſtat ex
tex.in l.ſiquis argent.§.ſed quidem C.de dona.
& inibi ad hoc appendit .ſ. quod reſeruatio
in quibuſdam facta, cætera confirmat,& au-
get. Et ob id And.de Iſer.in cap.1.§.ſiquis de
de manſo.in tit.de contr. inueſt. dicit,quòd ſi
concedens aliquid ſibi reſeruauerit, & hoc
conſtat,omnia alia præter reſeruata conce-
dere voluiſſe, & idem conſtat in auth. de non
alien.aut per mutan.§.vt autem lex coll.2.&
tex.in in l.ſi plurib.ff.de l.2.& interminis do-
nationis,ita ſingul.tenet Aym.Crau.in conſ.
214.puto,n.12.& ſeq.lib.2.
32 Prçterea,cùm Princeps vlnas aureas † ar-
gentinaſq;ac ſalinas ſibi retinuerit, quæ ſo-
lo cohærent (vt eſt notum) & tradit Iacobi
in tra.feud.in verb.cùm argent.ſodi.n.1.char.
mihi.36.col.4.Item,& Princeps ſibi excepit
iuriſditionem ſupremam: quæ quidem terri-
torio ineſt,ex d.l.pupill.§.territo. ff.de verb.
ſignifi.& traditus in l.1.& in l.imperium, ff.
de iuriſd.omn.iud. Et officia etiam inibi ex-
cepta, territorio exercentur,& non extra,ex
l.fin.ff.de iuriſd.omn.iud.cum ſua materia,
igitur conſequens eſt, Principem ipſum nō
tantùm d.vaſſallorũ decē millia donare vo-
luiſſe, ſed ipſa oppida,& terminos, & om-
nia alia, quæ eis accedũt, ex ſupra dict.n.31.

Ex his,& ſuboritur, verba expræſſa in d.
donatione, quæ in hũc ſunt modũ. En quãto
à los dichios quatro mil vaſallos. Superiori-
bus non refragari: ſi quidem anteriora verba
ſpeciatim edocuerint, omnia oppida dona-
33 ta, & ob id, cenſendum minimè eſt † Regē
ipsũ ex dictis à ſuperioribus recedere noluiſ
ſe, nec ſe coufeſtim corrigere, ff.de condit.&
demon.l.nam ad ea.tex.etiam,& illic Bal.in l.
ſi domin.C.per quas perſo.nob.acquir.nec ea-
dem

Digitized by Google

dem diſpoſitio diſſimilis cenſenda eſt, ff. de
vſucap. l. cum qui edes, & ita in donatione
Regi Ang. aduertit in cõſ. 262. aliàs eſt, 280.
Mart. co. pe. cuius meminit Curt. Iun. in cõſ.
7. videretur 1. col. 2. nu. 3. verſ. 5. confirmatur
34 & verba ſcripturæ † ita explicãda sũt, ne
ſibi aduerſetur de fid. inſtr. c. inter dilect. cũ
alijs, de quib. meminit Dec. l. in pacta. nouiſſ
col. 1. C. de pact. poſt Alex. in l. 1. ff ne quis eũ
qui in ius voca. cum alijs de quibus ſupra
memores fuimus, in cõſ. 2. in cauſa, de qua n.
35 60. & 66 Proindè, & cũ dicta verba † repe-
riantur poſita in clauſulis executiuis dictę
Regiæ donationis, minimè extendũt, nec
reſtringunt diſpoſitionẽ, ex tex. in cle. 1. &
illic Doct. de præbend. in c. quoniam Abbas
de offic. deleg. cum alijs, de quibus abundè,
Alex. in l. quæ dotis, col. 4. verſ. 7. fallit, ff. ſolu.
matr. recẽtiores in c. licèt de off. ord. & Dec.
in conſ. 413. conſuluit, n. 8. & Cur. Iun. in cõſ.
131. circa ingenioſũ, col. 3. n. 6. verſ. præmiſſa
iuditio meo & alibi ſæpè traditur, Demùm
36 cũ ſubſequantur hæc verba † Segun y dela
manera que dicha es. Sat cõſtat dictis verbis
Reges à præcedẽtibus recedere noluiſſe, ex
l. aſſe toto ff. de hæred inſti. & in l. ſi ita ſcrip-
ſeo, & inibi Bart. ff de cond & demonſtr. &
in hac ſpetie inſignè ita cõſuluit, Alex. in
conſ. 52. circà hãc col. 6. verſ. cùm ergo lib. 4.

Expendenda etiã ſunt dictæ cõceſſionis
hæc verba, ibi Y mancamos à los Concejos, y
juſticias, y Regidores, Caualleros, hõbres bue-
nos delos dichos pueblos, y ſus tierras, que lue
go que con el as fueredes requeridos, vos re-
ciban, y tengan por Señor, y poſſeedor delos
dichos pueblos, y villas, y coſas ſuſodichas, y
vos apoderen en todo ello. Hic enim lucidiſ-
37 ſimè Rex ait † omnia donare voluiſſe, op
pidaq; integra, & ſat præter iam dicta pro-
batur, ex hiſq; Doct. tradunt in l. 3. §. ex cõ-
trario ff. de acquir. poſſ. & in l. ſicut §. duobus
vehiculum. ff. comm. cum alijs, nec prædicta
verba dictæ donationi regali immiſceren
tur ſi dictus vaſallorum numerus eſſet ex-
pendendus, ex text. in l. quod ſæpè §. in his, ff.
de contr. empt. l. 2. C. de peri. cul. & comm. rei
vend. cum alijs, quorum recentiores me-
minerunt in l. traditionibus; C. de pact. &
his accedat text. in l. Iulian. §. ſi Titius, &
ibidem Alber. ff. de act. empt.

Et cũ ita clara, expeditiſſimaq; habea-
mus Principis verba, nihil eſt, quod dicto
D. Franciſco efficere poſſit, ex tex. in d. l. il-
le aut ille §. cùm in verbis, & in l. iam hoc iu-
re, §. fi. & illic Doct. ff. de vulg. & pup. ſubſt.
& in l. cõtinus §. cũ ita, ff. de verb. oblig. cum
38 alijs, & cũ diſponentis glo. reperitur † nul-
la alia admittitur explicatio, ſecundum
Bald. in auth. niſi rogati col. 2. C. ad Trebel. &
alibi ſæpè traditur.

Nec Regiæ ſchedulæ, quibus de dicto-
rum vaſallorum numeratione poſt dictam
donationem editæ, præiuditium aliquod
dicto D. Franciſco, & prædictis afferunt.

Tùm, quia in eis non quidẽ Rex firmat
tantùm vaſallorum numerum conceſſiſſe.
39 Tùm, itẽ † quia dictæ ſchedulæ latę fue-
runt d. D. Ferdinando non citato, & ob id,
illi nequaquam nocent ff. de re iud. l. de vno
quoq. negotio, & text. in clem. paſtoralis, de re
iud. tex. & illic Abb. in c. 1. de cau. poſſeſſ. &
propriè, & in l. fin. C. de leg. & illic Bald. cum
alijs. Quæ iura in Principis geſtis loquun-
tur vt ex eiſdẽ iuribus conſtat, & traditur
40 per Ang. in l. Princeps, ff. de legib. † citatio
n. eſt de iure diuino, vt in d. cle. paſtor. & in
c. omnipot. 2. q. 1. notat Bart. in extrauaga. ad
reprimendum, in verb. figura iudicij, & Abb.
in c. inter quatuor col. 2. de melior. & obedien.
cũ alijs, de quibus Hieron. Gig. in ſuo tract.
de crim. læſæ maieſt. pag. 412. in 1. q. num. 3. &
melius Sebaſt. Vant. in tract. de nullit. in tit.
an qualibet ſenten. 14. pag. 81. Et ait Abb. in
d. c. 1. de cau. poſſ. & propriè, quod ſi Princeps
41 † citra citationem procedit, quòd pro eo
minimè eſt præſumẽdũ, nec geſta ſua eſſe
iuſta, quòd abundè Moder. tradunt in cap.
quæ in Eccleſiarum de Conſtitution. & inibi
Felin. col. 21. num. & Socin. in conſ. 164. viſa
bulla, col. 6. lib. 1. & Curt. antiqu. in conſ. 20.
col 4. & alibi ſæpè traditur. Et ideò in pro-
42 prijs terminis † quòd Principis declaratio
facta abſque partis citatione diruatur, no-
tatur in cap. irreprahenſibilis de appel. & ex-
preſsè ita tenet Bellam. in deciſ. 724. extra
rotam colum. 2. & ſat probatur in l. 1. ff. quæ
ſentent. ſine appellat. reſcind. & in cap. nos in
quenquam 2. quæſt. 1. & inibi Bellame. tenet
43 † Principem ius alterius ſua declaratione
auferre non poſſe. cui & Felin. conſentit
in cap. cum olim. col. 11. de re iud. & Decius
in conſ. 416. in teſtamento illuſtris colum. fin.
poſt Bald. palàm in dict. l. fin. C. de legib. &
faciunt à nobis citata in proœmio ll. Taur.
nu. 354. & ſequentibus.
44 Proindè nec † aſſertioni Regis in dictis
ſchedulis factæ ſtandũ eſt, cùm de ius aga-
tur commodo ex tex. in c. 1. de feud. ſine cul.
non ammi. & notat And. de Iſer. in c. 1. §. ſan-
cimus, col. 2. in tit. quo tẽp. mil. traditur in cle.
1. de prob. & idem tenent Moder. in c. quæ in
Eccleſiarum, & in cap. cum veniſſent de iud.
& idem conſuluit Dec. in conſ. 445. in caſu
ad me columna. 11. & in conſil. 606. aliàs 508.
Sereniſſimus numer. 7. idem Dec. in conſil.
602. viſo puncto poſt Mart. Laud. in ſuo tra-



Digitized by Google

*ſta.de principib.in concluſio.470. plus valet,* cum alijs de quibus *DD. in l. ex his verbis, C.de teſta.milit.* & alibi ſæpe.

Nec aduertendæ ſunt clauſulæ, ex certa
45 ſcientia † & de plenitudine poteſtatis dictis ſchedulis collocatæ; ſiquidem agatur de tertij præiuditio, *l.3.ti.12.lib.3.ordina.l. 12.& 28.& l.29. tit.4. lib.2. ordina. & habentur lib.4.recopil.tit.14.l.2.& 67.* & conſtat *in l.nec auus, C.de emancipa.libe.* bonus etiam *tex.in l.7.titul.1.lib.4.ordin.* & tenet *Curt. antiquus in conſ.35. columna penulti. & Carol. Ruin.in conſ.71. num.37. lib.3. & Hierony.Grat.in conſ.158 num.30.volum.2. & Anton.de Pretis de Concil. in tract. de iuriſd.Epiſcop.cap.1 num.10.11.* & alibi ſæpe traditur.

Verum,& non obſtant dictæ ſchedulæ
46 † ſiquidem poſt dictam donationem perfectam non poterat rex eam minuere, nec dicti D.Franciſci ius auferre: cùm ei iam fuerit plenum ius quæſitum, vt traditur *in l.venditor §.ſi conſtat, ff.commun.prædio.& in l.quæcunque, C.de fund.patrimo.lib.11.& inibi Bar.& in l.quæcunque, C.de fid.inſtrumentor. & iur.haſt.fiſcal. lib.10.* traditur etiam *in l.1.ff.de conſt.princip.& ibidē Bartol.colum.fi.& in l.fin.C.ſi cont. ius vel vtil. publi.cum alijs de quibus Felin.in d.capitulo quæ in Eccleſiarum, de conſt. num.49. & ſequentibus,* & in terminis noſtris eſt ſingularis deciſio, *Dec. in conſ.474.ſuperiori anno num.28.* vbi conſuluit, quod *l. perfecta donatio.C.de donat. quæ ſub mod.* habet etiam locum in Rege: taliter quòd ipſe Rex non poteſt modificare, nec alterare donationē perfectam per eum in fauorem alicuius factam, cui antè modificationem fuit plenū ius quæſitū; & idem tenet *idem Dec.in conſ.498.viſo caſu nu.19.* idem etiam tenet *Luc.de Pen.in l.qui fundos, colum.1.Cod.de omni agro deſer.lib.11.* & melius idem *Luc. de Pen.in l.prædia col.14.verſ.8.ſic. & colu. 15.verſ.15.C.de loca.prædio.lib.11.& Ioan. Lup.in repet.rub.de donat.inter vir.& vxo. §.69. num.13.* & faciunt latè tradita *per Arium Pinel.in repetit.rub.C.de reſcin.vendit.1.part.num.18.cum ſequentibus,& præcedentibus poſt Iaſ.in d. conſ.73. num.2. lib.1.* (etſi contrarium teneat in effectu, *Bald.in l.fin.in princip.1.lectu.ff. de ſenato. & idem Bald.in l.qui ſe patris col.8.C.vnde libe.& in l.fin.ff.de conſtit.princip. col.2. verſiculo, & nota quòd diſpenſatio* quorum ſentētia probatur *in cap. quanto de cenſibus, & in clement.fin.§.nos autem de ſepultu. & in l.1.C. de inditionibus lib. 10.* & prædicta noſtra ſententia conſtat *in l.ſi priuatus, ff.qui & à quib.* & ad prædicta eſt optima *lex regia in l.31.titul.18.part.3.* quæ lex, & diſponit
47 † ante omnia bonum cambium à Rege præſtari, etſi cùm cauſa ipſe Rex rem alterius tollat idem, & dicit, *tex.in l.1.tit.1.par. 2.* & probatur *in l.2. C, quib.ex cauſ.ſer.pro pram.liber.merue.* & inibi *Bald.idem Bal.in cap.1.§.ad hæc col.6.de pac.iur.men. firman. text.& illic Bald.in cap.cum inferior.de maior.& obidien.& tex.in l. Lutius, ff.de euict.* & *in l.item ſi verberatum, ff. de rei venidic.* & alibi ſæpè reperies. Et eo maximè prædicta procedunt, quia dicta donatio edita fuit ob ſeruitia immenſa dicti D.Ferdinan
48 di † ſiquidem Princeps donationem remuneratoriam mutare non poſſit, *l.ſi quaioca C.de fund.& ſalti.re.do.lib.11.& l.1.& ibidem Bald.C.de legib. idem Baldus in l.qui ſe patris col.8.C.vnd.lib.* legitur & notatur *in l.ſi cum mihi,& ibi, Bal.ff.dol.facit text. in l.Aquilius regulus,ff.de donatio.* tradit *Roman.in l.ſi vero in 24.fallen.ff.ſolut.matrim. & Alex.in conſ. 3. ex his quæ colum.penult. verſ.7. quia.lib.5.* notant *recentiores in cap. notuit de iudic.& Ioan.Lup. in repet.rub.de dona.inter.vir.& vxor.§.50 num.5.verſiculo ex iſtis infertur, & Curt.Iun. in conſ.174. in cauſa vertente colum.5. nu.24. & Luc.de pen.in l.prædia,colum.13.verſ.15. Princeps:* & ſequentibus, *C.de loca.præd.lib.11.* & idē tenent alij DD. quos nunc proximè citauimus *num.46.*

Et ideo *l.11.tit.9.lib.5 ordina.* (*quæ habetur lib.5.nouæ recopil.tit.10.l.15.*) diſponit, ꝙ regiæ donationes remuneratoriæ ſunt
49 cuſtodiendæ, & ob id † ex cauſa ingratitudinis reuocari non poſſunt, *ex text.in l.ſi pater §.fin.ff. de donationibus,* & tradit *Roman.in ſing.514.donatio. & Abb.in cap.fin. de donationibus, & Iaſ.in l.ſi non ſortem,§. libertus col.3.& 4.ff.de cond.indeb.& Ioan. Lup.in repet.rub.de donat.int.vir.& vxor.§. 80.num.7.in princip. cum alijs de quibus Iaſon.in l.ex hoc iure num.54.verſ.ſecundo effectus ff. de iuſt. & iur. & Andr. Tiraq. in repet.l.ſi vnquam,C.de reuocand.donat.in verbo donatione largitus num.12. & 13.* dona-
50 tio enim † remuneratoria non eſt donatio ſed quidam contractus,& quaſi permutationis *ex tex.in d.l.ſed ſi lege, §.conſuluit, ff.de pet. hæred. & in d.l. Aquilius regulus, ff.de donationibus,& in l.per diuerſas,C.mãda.* tradit *Bartol.in ff.proœmio colum.penult.* cum ſimilibus, de quibus meminit *Tiraquell.in d.l.ſi vnquam in d.verb.donatione largitus nu.11.* cum ſequentibus *C.de reuo.*
51 *dona* † Sed contractus Principem ligant, vt traditur *in cap.1. de probat.* vbi *Scriben.*

*Cyn.*

Digitized by Google

*Cynus*,& *alij in l.digna vox. C. de legib. tex.* vbi etiam *doctores in cap.de natu. feu. notat Deci. in cap. 1. in ſecunda lectu. colu. 3. de conſtitu.idem Deci.in conſilio.48.& maturè. colum.pen.& in conſ.286.in cauſa communitatis,num.5. & in conſil. 410. in cauſa mota. colum.4.verſiculo ſecundo,num.* 22.ad quod & *ibi* citat *Bald.in ca.1. de pac.iura. firman.* & adde videndum. *Abb. in c.quæ in eccleſiarum col.pen.& ibi latè Moder. de conſtit.& late Guille. Bened. in repe. c. Rayn. in verb. duas habens filias.nu. 34. & ſeq.de teſta. & Aym.Craue.de antiq. tem por.4.1.parti nu.* 19. & alibi ſæpe traditur. Et dicuntur, *plerique*
52 *ex dictis doctoribus* † in Principe veniente contra eius contractum, cauſam non eſſe præſumendam,ad quod, & citat plures doctores *Fel.in d.ca. quæ in eccleſiarum, num. 62.col.21. verſic.ſecundo limita. de conſtitu.* & traditur *per doctor.in d.l.digna vox. C.de legib.& in l.ex facto ff. de vulg. & pup. ſub-*
53 *ſti.*Et hæc ratione † minimè carent.

Tum quia, & ipſe Deus ex ſua obligatur promiſſione,vt docet, *magiſter ſententiarũ*, cuius meminit.*Bald. in l. 1. col. 1.ff. de pact.* & notant *doctores in c. 1. eod.tit.* & alibi ſæpè traditur.

Tum etiã,quia etſi princeps legibus ſit ſolutus, non tamen à dictamine rectæ rationis:vtpotè,qui ſit animal politicum,& mortale,*vt Baldus* ait *in l.2. columm. 7. verſiculo nulla.C.de ſerui. & aq.* citans ad hoc *tex. in l.2.ff.de vſufruct.ea.rer.& Innoc. in cap.bonæ.de poſtula.Prælato. cum alijs citatis à Roland. à Valle in conſilio 2. num. 150. & ſeq. lib.1.* aſtrictuſquè eſt rationi obedire, *vt in authent.de monach.in princip.colla.1.*

Tum itẽ,quia nihil eſt,quòd humanæ naturæ ita congruat, quàm placita pactioneſquè ſeruare,*vt in d.l.1.in princip.ff. de pact. & in l.legem quam dixiſti.C.eodem titulo,& in d.capitulo primo eodem,* & alibi ſæpe. Et ita non ab re cenſet *iuriſconſultus, in l. 1. in princip.ff.de conſtit. pecu.* nihil ita graue eſſe,quàm fidem fallere,aitquè, & *tex. in epiſtola inter claras.C.de ſum. trini.* quòd nihil eſt,quòd ità in principe refulgeat, quàm recta fides.

Tum,quia ſi princeps contractu nõ obligaretur,nullus quidem eſſet, qui cum eo eſſet contracturus:& ità omnium priuaretur conſortio,quod per graue eſſet.*C.de apoſta. l.hi qui.* quàm rationem in hac ſpetiæ conſiderat *Ludou.Roma.in conſ. 352. quæritur, primò,colu.fi. prope finem,* quod alij tenent quos ſequitur *Aym.Crau.conſ.241.princeps, num.18.verſicul.ad ſecundum lib. 2. Et Bald. in l. princeps.ff. de legib.* aliam ſuperaddit rationem, nempe quòd ſi princeps contractibus non eſſet aſtrictus,illi eſſet inhibitum comertium,eſſetquè tanquam exul,qui omnium præſul eſt: & ꝙ ſi princeps non obligaretur,ità, nec illi, alij, ex correlatiuorum regula.

Tũ etiam,quia contractus iure gentium ſunt conſtituti.*ff.de iuſti.& iur.l.ex hoc iure. & tex.in l.2.tit.1.par.1.l.6 tit.2. lib.8.ordin. cum ſimilibus.* Sed gentium iura immutabilia ſunt.*§.ſed naturalia quidem iura. inſtitu. de iu.natu.gen.vel ciui. glo. in l. manumiſſiones in verb.naſcerentur.ff. de iuſti. & iur. & tex.in l.13.tit.4. lib. 2. ordina. & alibi ſæpe,* etiam à Principe,*vt in clem. paſtoralis, de re iud.& in dictis locis habetur,tex. ad idem in l.30.ſi contra.& in l ſequent. tit. 18. part. 3.* cum alijs quorũ recentiores memores ſunt, *in l.fi.C.ſi cont. ius vel, vtil. publi. & Felin. in d. capitulo, quæ in eccleſiarum de conſtitu. columna.8.num.26. verſiculo tertia cõcluſio. de cõſtitu.& moderni in l.reſcripta.C.de precib.imperato.offerend.*Ex quibus,& ait.*Bald.*
54 *in cap.1.§.fi.col.1.qui feud.da. po.* † naturales conſuetudines Principẽ aſtringere, quia potẽtiùs eſt ius naturale,quàm principatus.

Tùm, & quia de facili omnem contractũ diluere valeret aduerſus,*l.Cæſar.ff.de publ.*

55 Tùm itẽ † quia princeps in contractibus, vt priuatus reputatur,& cõſideratur,vt traditur *in l.1.§.2.ff.ne quid in loc.publ. cũ alijs congeſtis per Felin.in cap.1.colum.2. de probat. & Didacus Couarr. in repetitione regul. poſſeſſor.§.2.2.partis columna penultima verſiculo vltima ſpeties,de regul.iur. lib.6.*

56 Tùm,quia † in cõtractibus omnis æqualitas ineſſe debet,ea non concedendum eſt, contractum claudicare *l.Iulianus.§.ſi quis à pupillo.ff. de act. emp. traditur per ſcribentes in l.ex imperfecto.C.de teſta. & Alberi. in l. quæ acta.col.fi.ff.de offi.procura.cæſar.& Areti.in l.quod te.ff.ſi cert peta.poſt Specul. titu. de emp.& vendi.§.1.verſ.quæ omnia.*

Tùm etiam,quia principis contractus ab eius dependeret voluntate contra *l. in vendentis.C.de contrahen.empt.cum alijs.*

Tũ, & quia principiũ geſta ab omni malitia,& diminutione aliena eſſe debent, *vt in authentica conſtitutio, quæ de dignit.* §. *illud. colla. 6.*

57 Tùm, quia † princeps conſtans eſſe tenetur: & in eo potius error, quàm variatio ob id præſumitur.*c.cum olim,& inibi Abb. de re iud.& tradit Franc.de Rip. in l.ſi ità legatũ,col.pe.n.21.ff. de leg.1.* quare carpitur Cæleſtinus ob id,quia manè gratiã conferebat,& ſerò illam reuocabat, animal, & non homo fuit reputatus,vt traditur *in ca.1. de*



Digitized by Google

renunc.ia.li.6. Nanq; principi maximè illud verbũ conuenit, *ſemel loquutus eſt Deus, &* illud, *q ſcr. pſi ſcripſi*, prīceps, n. vnũ calamũ, vnãq; linguã eſt habiturus, debetq; eſſe immobilis, ſicut lapis angularis, & veluti polus in cælo, vt hæc omnia, *Bal. edocet in conſ. 279. pridiè .n. conſului, lib. 3.* quem refert *Dec. in conſ. 689. viſo puncto, col. fin. nu. 17. 18. & 19.* inibi illi conſentiens, & *Curt. Iun. in conſ. 170 habita diligenti, col. fin. num. 41. 42. & 43.* & tradit *idem Bald. in c. 1. §. fin. in tit. qui feud. da. po.* quo in loco cenſet in ore Principis veritatem firmiorem debere eſſe, quam in ore aliorum, & latè *Roland. à Valle in d. conſ. 2. n. 150. & ſeqq. lib. 1. & Catelian. Cotta in ſuis memorabilib. in ver. Princeps verus, & bonus.*

Tùm & denique, quia regiæ Maieſtatis peculiare eſt, conceſſa non auferre, *vt in auth. de referendar. ſac. Palat. colla. 2. & text. in l. 1. tit. 2. lib. 1. ordinam. quæ habetur lib. 1. recopilat. tit. 2. l. 5.*

Præterea vt ſupra *in hoc conſ. nu. 46.* diximus, pleriſque tenuere *d. l. perfecta donatio, C. de donat. quæ ſub mod.* (quæ ſancit, perfectam donationem eſſe irreuocabilem, adeo quod conditio, modusuè ei adijci non poteſt) in
58 principe † etiam obtinere, vel vltra DD. ſupracitatos tenet *Andr. de Iſer. in cap. 1. §. fin. in tit. de cap. qui cur. vend. col. antepenult. & Bald. in d. conſ. 277. col. 1. & Paul. Caſtrenſ. in conſ. 164. in præſenti cauſa, quæ vocatur maioria Hiſpalenſis, col. 8. lib. 2. & Dec. in d. conſ. 498. viſo caſu propoſito, num. 16. & in d. conſ. 468. ſuperiori, num. 28. & text. in capit. Abbate ſane, de re iud. lib. 6.* cuius ad hoc meminit *Ludou. Rom. in conſ. 298. circa præmiſſam*, facit etiam *text. in l. fin. & inibi Bartol. C. de loca. præd. fiſca. lib. 11.* & ob id *text. in l. 2. tit. 9. lib. 5. ordinam.* dicit regias donationes ab eo eſſe perpetuò cuſtodiendas, quę habetur *lib. 5. recop. tit. 10. l. 1.* quibus etiam fauet *tex. in l. 8. tit. 12. lib. 3. for. leg. quę habetur eod. lib. 5. recopil. tit. 10. l. 6.*

59 Nec oberit † *tex. in l. qui fundos, C. de omni agro deſer. lib. 11.* quo probatur, Principem ſuæ donationi conditionem apponere poſſe, ſiquidem id, quod *text.* ſtabilitur, ex eo eſt, quia in locatione Principis ſubintelligitur, quod prædium ſterile, fertile dimittat, vt plerique tenent, quibus inibi adhæret *Luc. de Pen. col. 1. & Andr. de Iſern. in d. c. 1. §. fin. col. penul. de capi. qui cur. vend.*

Verùm *& Odofred. in l. qui agros, C. eodem titulo de omni agro deſer. lib. 11.* hanc materiam, & *d. l. qui fundos*, interpretari videtur, cùm à Principe fundum, quod fecit fertile, minimè eſt conceſſum, ſed propria ſuſcepit authoritate, atq; ſibi ipſum prædium fertile factum, ab Imperatore eſt condonatum, nunquam ab eo conferri valet, *arg. in d. l. quicunque, C. eod. tit. de omn. deſer. lib. 11.*

Cæterum nec lex ipſa, interueniente donatione remuneratoria intelligi valet, vt expreſsè tenet *Bald. in d. l. qui ſe patris, & Feli. in d. cap. quæ in eccleſiarum, col. 17. de conſtit.* & alij, quorum meminit *Ioan. Lup. à Pal. Rub. in repetit. d. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 50. nu. 6. verſ. ex iſtis char. 29. col. 2.*

Quid multa, *& Odofre. in d. l. qui fundos*, palam ipſam legem intelligit, cùm quis iunctim fundum ſterilem, & fertilem ſumpſit.

Proinde, *& d. l. qui fundos*, minimè permittit rem donatario auferre in totum, nec in parte, & ſi in ea, intereſſe apud donatariũ remanente, onus imponere princeps queat, & ita *Bald. & Ioan. de Plat.* lucidè tenet *in d. l. qui fundos.*

Nec prædictis dicere refragatur, quod ex dictis ſchedulis, quædã regia declaratio enaſcitur aduerſus dictum D. Franciſcum, quã ipſe princeps facere poteſt. Nam quidem
60 potius eſſet mutatio, quã declaratio † quia vt declaratio dicatur, exigitur, quod res anceps, dubiaque ſit, *ex tex. in l. pediculis, ff. de aur. & arg. leg.* notat *Bald. in l. voluntatis, in princ. C. de fideicom.* idem, & traditur *in l. ſi ſic ff. de de verb. oblig. & inibi vterque Imol.* & plenius *in l. ſi mihi & Titio ff. eod. titul. text. etiam in d. l. ille ait, §. cum in verbis*, & in proprijs terminis ſic *Paul. Caſtrenſ.* tenet, & inſignè *in l. hæredes palam, §. ſi quid poſt, col. 1 ff. de teſtam. & Dec. in cap. cum veniſſent, col.*
61 *2. de iudi.* & alibi ſæpè. † Non enim ille, qui poteſt declarare, corrigere valet, *capit. ſuper quæſtionum, de offic. deleg. & inibi DD.* & tradunt *Moder. in d. l. hæredes palam, §. ſi quid poſt*, cum alijs à nobis citatis *in proœm. leg. Tauri. num. 432. & ſeqq.*

Cæterum nec dicto D. Franciſco obſiſtit, ſcriptura ab eo cõfecta, hac in lite producta. Quia hæc ſcriptura in omnibus ſe refert ad contenta in dicta regia donatione, in qua (vt dictum eſt) omnia oppida donantur,
62 † quare & ſi quid in dicta poſteriori ſcriptura, contrarium eſſet cautum, de errore cõſtaret, & ita eidem D. Franciſco nocere non poſſet, *ex tex. in c. ſi. de confeſs. & in l. nõ fatetur, ff. eod. tit. & 3. p. tit. 13. l. 5. quare, Bald. in l.*
63 *2. col. fi. C. de erro. aduoc.* notârerat † quod ſi aliquis aliquid fatetur, ſeu ad aliquid præſtãdum ſe obligat, excogitans ſic in inſtrumento, ad quod ſe refert, contineri, quod ſi in illo inſtrumento illud non reperiatur, quod illa confeſsio ſibi minimè nocet, *ex text. in auth. ſi quis in aliquo documento, C. de edend.* & ibi notat *Dec. columna penultima, nu. 31. &*

Digitized by Google

*& ſeqq. & Alexand. in conſ. 9. ponderatis his, colu. 6. verſ. aut dictus Iulius, in fine lib. 5. & idem Dec. in conſ. 63. et pro tenui, col. 3. uer. & licet poſt Paul. Caſtrenſ. in conſ. 87. in cauſa,*
64 *quæ vertitur, col. fin. prope fin. lib. 1.* † error enim conſtat, ſi rem aliter ſe haberi appareat, vt in *l. ſi poſt diuiſionē, C. de iur. & fact. ignor. & inibi Bart. & DD. & in l. ſed & ſi me putarem in princip. ff. de cond. indeb. & in d. l. non fatetur, ff. de confe. & in d. l. cùm de indeb. ff. de probat.* Et error etiam in facto proprio
65 tolleretur † cum de damno euitando agitur, vt in *d. l. ſed & ſi putarem, cum ſimil.*

Quid plura, & ſi in dicta ſcriptura dictus D. Franciſcus conſentiret, dictorum vaſſallorum numerationem, errore fieri, ſibi nequaquam noceret, *vt in d. l. ſi poſt diuiſionem. & in l. ſi ſoror, C. de collat. cum alijs.* Et licet ipſe Franciſcus ſolemni ſtipulatione contra talem numerationem, & oppidorum diuiſionem promitteret, *ex tex. in l. fi. §. idem quæſiuit, ff. de cond. indeb. & illic Paul. Caſtr.* inibique etiam *Moder.* cũ alijs, de quibus *Dec. in conſ. 408. in preſenti con-*
66 *ſultatione col. 1.* † nihil enim conſenſui ita cõtrarium eſt, ſicut error; *ff. de iuriſd. omn. iud. l. ſi per errorem, & ff. de reg. iur. l. cuius per errorem, et ff. de cond. indeb. l. 1.* & ob id
67 † non videtur ratificare actum, *ff. de rei vend. l. mater cum alijs,* ita dicit *Bald. in l. 1. C. qui admi. col. 6. verſ. decimo nono oppono.*

Item & ex hoc alio elucent, quia in d. ſcriptura dictus D. Franciſcus eſt proteſtatus, quod ſibi ex contentis in ipſa ſcriptura nullum damnum, nec præiuditium euenire poſſit, nec Regi ipſa ſcriptura
68 prodeſſe valeat † ſiquidem proteſtatio, reſeruatioq; iuris, ius proteſtanti tuetur, *l. ſi debitor. §. 1. & inibi Doct. ff. quib. mod. pig. vel hipoth. ſolui. tex. iuncta gloſ. in l. ſi quis aliam, ff. de ſolut.* cuius meminit *gloſ. in l. eleganter, in verb. finita ff. de pign. act. et habetur in l. libera, iuncta gloſ. C. de ſent. et interloc. omn. iud. tradunt DD. in c. cum M. Ferrarienſis, de conſtit. et in l. ſolum, §. morte, ff. de no. ope. nun. et notat Paul. Caſtr. in conſ. 311. circa id quod num. 4. lib. 1. cum alijs, de quibus And. Tiraq. in tract. de vtroq. retract. tit. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 7. num. 71. et in §. 5. gloſ. 1. num. 2.* quibus, & accedat *tex. in l. fi. C. de compenſ.*

Denique contenta in dicta ſcriptura d. D. Franciſco non præiudicant, quia iudicis vi, metuq; ſpoliatus exiſtens, confecit ex *text. in c. ſolicite, de reſtit. ſpoliat.* & inibi DD. præſertim *Bal. Imol.* notãtes *illum tex.*
69 *ad hoc* † quod ſpoliatus conſentire non videtur; & idem tenet *Angel. in l. ſi quis. ad ſe fundum, col. pen. verſ. ſecus ſi opponeretur. C. ad l. Iul. de vi publ.* & ibidem tenet, iuri renunciationem poſt ſpoliationem factã, vi metuq; editam præſumi, & ob id dirui, quod & DD. tenent in *c. ſuper hoc de renũc. et Bart. in l. 2. C. quod met. cau. et Card. in cle. 1. col. 1. verſ. nono nota, de renunc.* & notabiliter *Alber. Brun. in conſ. 82. ſuper difficultate col. 2. verſ. ſecundo, quia, et ſeqq.* vbi cõſuluit
70 renunciationem, ſeu ſententiæ arbitrariæ emologationem poſt ſpoliationem factam renuncianti non nocere, *ex tex. in c. ſolicite, & Bart. tradit in l. prohibere, §. planè, ff. quod vi, aut clam.* & licet Abb. *eiusq; aſſeclæ in d. c. ſolicite,* exiſtiment *text.* illum in profanis non ſubſiſtere, interueniente ſpontanea renunciatione poſt ſpoliationem, nõ quidẽ prædicta euertit ex eo præcipuè, quod in præſentia ſpontanea non inerat renunciatio, compulſus enim fuit dictus D. Frãciſcus à dicto iudice, & citra cauſæ cognitionem, & maius dannum euitare cupiẽs,
71 ipſam confecit renunciationem † quod inducere iuſtum metum, non eſt dubitandum ex *tex. in l. ſi per impresſionem, cum ll. ſeqq. C. quod met. cau. et in l. non eſt veriſimile*
72 *§. 1. ff. eod. tit.* Quin & † potentum blanditiæ iuſtum operantur metum, iuxta *gloſ. in l. 1. C. ſi rector Prouin. in verb. pignora.* cuius meminit *Barba. in d. c. 1. col. 4. verſ. tu adde, de offic. deleg.* pro quo videtur *tex. in c. cum inter R. ſeniorem de elect.* & adde videndum *Guill. Bened. in repet. c. Raynut. in verb. condidit in 2. num. 2. de teſtam.* (& ſi contrarium teneat *Dec. in conſ. 42. & pro facultate co. 4. verſ. ſed prædictis, & ſeqq. & Capic. in deciſ. 159. in cauſa, nu. 33. & ſeqq.*) Imò iuſta ſuſ-
73 pitio metus † habetur pro iuſto metu, vt notat *Cin. Bald. & Salic. in l. interpoſitas, C. de tranſact. ex tex. in l. fin.* C. *de reuoc. donat. DD. in c. cum dilectus quod met. cau. Bald. in l. non eſt veriſimile. §. ſi fenerato,* vbi probatur, *ff. eod. tit. cum ſimil.* quorum meminit *Alber. Brun. in d. conſ. 82. col. 2.* & probatur *in l. 8. tit. 33. par. 7. & for. leg. tit. 12. lib. 2. l. 2.* par enim eſt fieri coactè, coactioniſuè timore aliquid facere, *text. in l. nouiſſimè, & ibi Bald. ff. quod fal. tuto. auth. cum alijs, de quibus Iaſ. in l. cum te proponas, col. 2. C. de tranſact. & Alexandr. in conſ. 48. per excellentiſſimum, col. 1. lib. 4. & ait Bald. in rubr. quod met. cau. colum. 2.* quod cauſa timendi metus probatur, ſi granamen aliquod poſtea ſubſequatur.

Quibus huic allegationi ſit finis. Et prædictis abundè conſtat de notoria iuſtitia dicti D. Franciſci.

*Marcus Salon de Pace Burg.*
*Legum Doctor.*



Digitized by Google

# ADDITIO.

NVm. 1. *Anton. Gabriel lib.* 5. *tit. de reſtit. ſpoliat. concluſ.* 1. *Donat. a ſina, inter com. opin. lib.* 7. *tit. de acq; poſſeſ. num.* 315. Kircou. *ibi num.* 329.

Num. 3 adde *eundem Ant. Gab. vbi ſupra nu.* 108. *& ſeq.* vbi ponit regulam cum limitationibus ad propoſitũ *Authoris*.

Num. 4. *Anton. Gab. vbi ſup. num.* 4.

Num. 5. vide *Vrſil. ad Afflict. dec.* 202. *nu.* 1. *latè Menoch. de recup. poſſeſs. remed.* 8.

Num. 6. Rex ſpoliando quem bonis non poteſt acquirere, vel acquiſitum concedere, niſi eò modo quo pęnes poſſeſsionem erat. *Reg. de Ponte conſ.* 47. *n.* 17. *vol.* 2. *Reg. Valenzuel. conſ.* 58. *n.* 17.

Num. 7. donationes Regũ, & Principum multis gaudent Priuilegijs. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 7. *part.* 3. *num.* 35. *Reg. Valenz. conſ.* 81. *num.* 7.

Num. 9. *Caſſan. in Catal. glor. Mundi part.* 5. *conſid.* 8.

Num. 10. *Franc. de Petris Feſtiu. lect. lib.* 1. *cap.* 6 *num.* 6.

Num. 12. *Maſcard. de Probationibus concl.* 555. *num.* 47. etenim finalis cauſa donationis sũt benemerita. *Macerat. lib.* 3. *var. reſol. in* 40. *reſolut. num.* 47.

Num. 14. *vide Reg. de Curt. in diuerſ. feud.* §. *licet autem veriſſima in* 1.

Num. 15. videatur. *Anton. Capic. in ſua inueſtit. feud. rub. feudorum*, clauſula, vbi hæc omnia habentur diſtinctim. *Camil. de Medic. conſ.* 21. *&* 57.

Num. 16. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 7. *p.* 2. *num.* 26. & Reges ſubditorũ debent ſeruitia põderare, *Affl. in conſt. ſicut accepimus num.* 1.

Num. 17. nam donationes factæ à principibus nõ debent ad vnguem comenſurari meritis, ſicut donationes priuatorum, quia liberalitas Principis ſupplet omnia, & debet eſſe maior, quam liberalitas priuatorum. *Ioſeph. Ludou. in ſuis concluſ. tit. de gabellis concluſ. vnica verſ. declara, tertio.*

Num. 18. merita probantur ex ſola aſſertione eius, qui liberè donare poteſt, *Reg. de Ponte conſ.* 131. *num.* 42. *vol.* 2. *Maſcard. de probat. concluſ.* 1053.

Num. 19. etenim ratio oſtendit voluntatem agentis, *Maſcard. Concluſ.* 1242. *num.* 83.

Num. 20. ratio oſtendit, præſumptio quęlibet diſpoſitionem ampliat, *Maſcard. d. Concl.* 124. *num.* 84.

Num. 21. verba non debent eſſe fruſtra appoſita, & ſine effectu operandi. *Maſcard.. concluſ.* 1165. *num.* 48.

Num. 22. idem ſi dixiſſet concedo, cum integro eius ſtatu, ità *Pariſ. de reintegr. feud. cap. Rex conceſſit, fol.* 117. *à ter. Capicc. d. inueſtit. ea. Rub feud. clauſula, verſ. cum iuribus, & pertinentibus,* nam iſta Clauſula omnia includit. *Camill. de Medic. conſ.* 168. *num.* 7. *&* 22. *plenè conſ. Georg. in repet feud. cap* 45. *n.* 23.

Num. 25. vide *Gratum in tract. de diction. in dictione* 296. *Barboſ. de dictionibus dictione* 379.

Num. 26. an vaſſalli veniant in conceſſione feudi, & è contra, vide *Capic. in ſua inueſtit. Rub. fundorum acceſſoria verſic. vaxalli, & Rub. feud. Clauſ. verſ. cum vaxallis.*

Num. 27. *Barboſ. in opuſc. princip. Iuris lit. V. num.* 39.

Num. 28. nam qui omne dicit nihil excludit *l. Iulianus. ff. de leg.* 3. *cum alijs adductis per Barboſ. dicto Opuſc. lit. O. num.* 4.

Num. 30. vide *Molin. de Hiſpan. Primog. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 39.

Num. 31. vide quæ in ſimili concludit *Cancer. var. reſol. tom.* 3. *cap.* 7. *num.* 389. *& ſeq.*

Num. 32. hæc ſunt de reſeruatis Principis de Iure *Inc.* 1. *quæ ſint regalia*, & reſeruata Regi nunquã intelliguntur conceſſa, *Franc. dec.* 275. *num.* 5. nec Ius ſupremum concedit, *Anna in conſt. conſtitutionem num.* 13.

Num. 33. Corrigere ſe ipſum in coniunctis, quis non creditur. *Bellon. latè in tract. de poteſt. eorum quæ incontin. fiunt*

lib.

*lib.* 1. *cap.* 37. *num.* 2.

Num. 35. quando verba executiua mutant, & diſponunt. *Borgn. dec.* 43. *ſub num.* 35. *verſ. non obſtat p.* 1.

Num. 36. vide *Gratum de diction. in dictione* 234. *Reg. Valenz. Conſ.* 69. *n.* 15.

Num. 38. gloſa eſt maximę auctoritatis, vbi deeſt, *Euerard. in topica loco à contrario ſenſu, num.* 42.

Num. 39. *Alph. Collect.* 688.

Num. 40. Duena *Regul.* 43. *in* 5. *Fallent. Reg. Tapia dec. Italiæ* 5. *num.* 2.

Num. 41. diceretur ob hoc malo modo procedere quando abſq; ordine Iudiciario aliquē ſpoliauerit, vide *Annam alleg.* 103. *num.* 2. vbi quod, ſi ſine cauſæ cognitione Princeps priuauerit vaſſalum feudo, quod alteri deinde donauit, præſumitur facta dicta priuatio cauſa, & reſpectu dictæ donationis, *Menocb. de præsūpt. lib.* 6. *præſumpt.* 12. *nu.* 16. Immo Princeps ſinè cauſæ cognitione, ſiuè ſententiæ pronuntiatiuè procedens, vbi illa eſt neceſſaria illud dicitur de facto fieri, *Med. cōſ.* 17. *n.* 3.

Num. 42. etenim Princeps nequit tollere citationem, *Menocb. de recup. poſſ. remed.* 8. *num.* 58. & ſi fuerit ommiſſa talis defectus, nec à Principe, neq; à ſtatuto ſuppleri poteſt, *Vant. de nullit. Rub. de nullit. ex defect. citat. num.* 9.

Num. 43. Princeps nequit Ius alteri queſitum tollere, quomodo, & qualiter, & quando procedat, videatur *Topius de poteſt. Princip.* §. 6. *per totum.*

Num. 44. latè *Camill. de Medic. conſ.* 104. *per totum.*

Num. 45. iſtę duę clauſulę equiparantur, *Camill. de Med. conſ.* 118. *num.* 42. & 43. & quid operantur, *idem conſ.* 150. *num.* 32. & quod ipſa clauſula, *ex certa ſcientia*, in pręiudicium tertij non operatur, latè *Barboſ. in tractat. de clauſul. in clauſ.* 25. *num.* 21. allegat, *hic Auctorem*, & de altera clauſula, *de plenitudine poteſtatis*, *Rudolfin. in tract. de abſoluta Princip. poteſt. cap.* 6. *num.* 11. & in terminis cauſa ſubſiſtente ex iſtis clauſulis poterit contrauenire, *Morot. conſ.* 45. *num.* 5.

Num. 46. vide *Bellon. in tract. de poteſt. eorum quæ in contin. ſunt lib.* 2. *cap.* 134. *num.* 2.

Num. 47. Princeps an poſſit auferre officium datum alicui abſq; alia recumpenſatione, & intereſſe, *Borgon. dec.* 25. *num.* 3. *par.* 2. imò auferēdo dominium alicui tenetur ſoluere pretium. *Rodulf. ibidem num.* 162. & ob publicam vtilitatem derogando Iuri tertij tenetur ad ex cambium, *de Ponte conſ.* 121. *nu.* 11. *vol.* 2. *Peregr. de Iure fiſci lib...* c....

Num. 48. nam donatio facta propter benemerita, & ſeruitia, eſt inreuocabilis, *Gram. deciſ.* 65. *num.* 24. & obid. reuocari non poteſt. *Reg. de Ponte, conſ.* 136. *num.* 62. & 63. *p.* 2.

Num. 49. quod non poſsit reuocari, multos congerit, *Ioſeph Ludoui. in ſuis concluſ. tit. de Gabell. concluſ. vnica, nu.* 122. *verſ. dictaque donatio.*

Num. 50. donatio remuneratoria non eſt propriè donatio; ſed quedam accepti beneficij contentatio, *Fontanell. de pact. nupt. Clauſ.* 4. *gloſ.* 7. *num.* 3. nam tantum compenſatio, *Ioſeph. Ludou. ibidem*. Imò ſpeties permutationis, *Camill. de Medic. conſ.* 38. *num.* 16. vide *Iul. Clar. in* §. *donatio q.* 3.

Num. 51. Late *Rodulf. d. tract. num.* 195. *cum ſeq.*

Num. 52. *idem Rodulf. eo. tract. cap.* 6. *num.* 15. & pręſertim *num.* 221. ad rem noſtram.

Num. 53. eaſdem met. rationes ponderat alios citando, *Rodulf. d. tract. à nu.* 180. *cum ſeq.* nec poteſt cōtrauenire, *Gram. dec.* 65. *num.* 27.

Num. 54. Princeps. n. non habet in ſuperiorem niſi Deum, & rationem naturalem *Topius in d. tract.* §. 7. *num.* 59. & *ibi* plura potiſsimū de ratione Principi conueniente.

Num. 55. *Rolan. conſ.* 13. *nu.* 45. *vol.* 3.

Num. 56. contractus non debet claudicare latè. *Barboſ. in opuſc. Princip. Iur. lit. C. num.* 55. & de æqualitate ſeruāda in contractibus. *Marilian. In l. quoties num.* 132. *cap. de rei vendicat.*

Num. 57. & propterea contractum ſecum cele-

Digitized by Google

celebratum reuocare non poterit abſque legitima cauſa. *Aſſl. in cōſtit. ea quæ ad decus num. 6. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 1. tit. 12. num. 2.* quod ſanè ex coſtantia procedit Principi conuenire obſeruare contractum, late *Frecc. de præſent. inſt. 8. p. q. 3. num. 73.* vbi tradit illud, *Celeſtini Papæ* ab *auctore* relato, & *Radulf. vbi ſupra num.* 198. *cum ſeq.*

Num. 58. latè *Alph. collect.* 1787.

Num. 59. vide *Alph. collect.* 1753.

Num. 62. vide quæ in ſimili tradit *Maſcard. concluſ.* 252. *num.* 3. & melius *conſ.* 924. *num.* 11.

Num. 63. vide *Mancin. in tract. de confeſs. cap.* 15. & 16. & *cap.* 7. *num.* 33. & 34.

Num. 64. *Maſcard. de probat. concluſ.* 252. *num.* 4. *concl.* 642. *num.* 7.

Num. 65. *Rolan. conſ.* 69. *num.* 50. *vol.* 3. *Reg. Valenz. conſ.* 11. *num.* 61.

Num. 66. errantis nullus eſt conſenſus, *Menoch. de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 29. *num.* 9.

Num. 67. *Maſcard. de probat. cōcluſ.* 1261. *num.* 4.

Num. 68. *Fran. Marc. dec.* 614. *num.* 4. *tom.* 1.

Num. 70. de hoc latè, *per Anton. Gabriel. lib.* 4. *tit. de reſtit. ſpoliator. concluſ.* 4.

Num. 71. Iudicis iuſſus inducit iuſtum metum, latè *Mongall. in tract. de his, quæ vi metus cauſa fiunt, cap.* 2. *§.* 6. *n.* 18.

Num. 72. latè, *Maſcard. d. tract. q.* 193. *nu.* 1. & 2. *Mongall. d. §.* 6. *num.* 23. citat hic *Auctorem.*

# SVMMARIVM.

1 *Vſufructuarius proprietatē donare minime poteſt.*

2 *L. quotiens. C. de rei vendica. qualiter procedat.*

3 *Conditio, ſeu modus non poteſt apponi donationi perfectæ, et inibi extenſione. l. perfecta donatio. C. de donat. quæ ſub modo.*

4 *Reuocari non poterit actus reuocabilis, ſi quis promittat illum non reuocare.*

5 *Maioricatus reuocari non poteſt, cuius poſſeſſio tradita eſt, & nu. 6. & ſequen.*

7 *Succeſſoribus in maioricatu auferri non poteſt ius in ſpe quæſitum etiam per principem.*

8 *Intellectus plures doctrinæ Bar. in l. qui Romæ. §. Flauius Hermes. ff. de verb. oblig. nu. & ſeq. nu. et ſic per totam conſilium. Et inibi latè an conditio vel modus apponi poſſit in tertij præiudicium, cui ante erat ius in ſpe quæſitum.*

11 *Conſeruatio familiæ, & agnationis inducitur ex diuitiis, & ſucceſſione.*

14 *Donatio eſt contractus nominatus.*

15 *Stipulatio eſt contractus nominatus.*

16 *Contractus innominatus ſtipulatione munitus, non poteſt reuocari.*

17 *Verba de iure regio, an requirantur ad ſtipulationem.*

18 *Stipulari, an quis de iure regio alteri poſſit, & ſequentib.*

19 *Donatarius poteſt tertio ſtipulari, vt bona donata, poſt certum tempus habeat.*

24 *Relatum in referente ineſſe exiſtimandum eſt.*

25 *Expreſſum dicitur, cum quid ad aliud refertur.*

26 *Relatio intelligitur cum omnibus qualitatibus ſuis contentis in ſcriptura, ad quam fit relatio. & nu. 27.*

28 *Acceptans ſcripturam, eam cenſetur acceptare cum omnibus ſuis qualitatibus.*

29 *Maioricatus ſcripturam ſat eſt, quod poſt donatarius eam acceptet, taliter quod non eſt neceſſaria acceptatio ſucceſſorum, vt maioricatus irreuocabilis efficiatur. & numero 30.*

31 *Approbare, ſeu acceptare quis videtur ſcripturam, cum aliquid ex contentis in ea adimplet.*

32 *Acceptatio ſcripturæ inducitur ex receptione ipſius ſcripturæ.*

33 *Acceptatio tacita ſufficit, vt locum non habeat doctrina Bart. in dicta l. qui Romæ §. Flauius Hermes ff. de verb. obli.*

34 *Matrimonium ſufficit, quod paruo duret tempore, & ſi confeſtim morte diſſoluatur.*

35 *Ratio vna etſi ceſſet, ſat eſt, aliam locum habere.*

36 *Diſpoſitio non ſubuertitur, quando alteri eſt ius quæſitum, et ſi ceſſet cauſa diſpoſitionis.*

37 *Rationis identitas ſolet diſpoſitiones declarare, et etiam eas extendere.*

38 *Scriptura vna alia ſcriptura declaratur.*



Digitized by Google

39 *Actus, qui ſequitur, declarat intentionem in præcedentibus.*
40 *Linea dictio qualitèr ſummatur.*
41 *Linea recta an verificetur in tranſuerſalibus.*
42 *Fratres et ſi ſint tranſuerſales, in recta linea dicuntur eſſe.*
3 *Linea ſimplex nominatio in vniuerſales adæquatur.*
44 *Filius ſacerdotis non præſumitur genitus in ſacerdotio.*
45 *Nepos ex filio ſpurio ſubſtitui poteſt.*

## ARGVMENTVM.

Donatio facta contemplatione matrimonij pacto expreſſo, quod in bonis ſuccedere debeat ille, qui in maioratu ſuccederet retento vſufructu tm̃ bonorum translata proprietate in donatarium, an reuocari poſſit per aliam ſequentem donationem alteri factam ex hijs, quæ Doct. aſſerunt, qui peracta donatione, cum conditione, vt poſt certum tempus perueniat ad alium, quod reſpectu illius abrogari poterit, ſimiliter ſi donatarius alteri ſtipulari, an poſſit hoc eſt pro ſucceſſoribus, omnia dilucidè diſcutiuntur.

## CONSILIVM XXVI.

OPtimi Dei maximi auxilio inuocato: eiuſque genitricis ſanctiſſimæ, Quia in hac cauſa domini Comitis de Melito copioſe domini conſulentes eius, ſuaderunt ius, ob id breui idem ius fulciemus.

Et prius illud iuris optimi eſſe exiſtimamus, nempè quòd dōna Ioanna de Valencia præfecti D. Petri Gōnſal. de Mendoza ſcripturam dotis, & donationis fauore Comitiſſæ D. Beatricis de Valencia ab ea confectam mutare non potuit in eo quòd in eadem ſcriptura dictum eſt, quòd dicta Comitiſſa ſine filijs decedente, ſuccedat in bonis inibi contentis, ille, qui in dicti præfecti maioricatu ſucceſſerit: & ita quòd aduerſarius nullum ius ad ipſa bona habere poteſt, ex ſecunda ſcriptura à dicta D. Ioanna poſtea edita. quod quidem ipſi conſulentes ſatis pleriſque rationibus pro probarunt. Et ſuadetur etiam ex eo, quòd prior ſcriptura ex contractu oneroſo, matrimonij, effecta fuit: & ob id irreuocabilis eſt *ex l. 17. Tauri* (*quæ habetur lib. 5. noua recopila. tit. 6. l. 1.*) quæ *iuribus munitur inibi à nobis citatis*. Item, & quia dicta D. Ioan. in dicta priori ſcriptura ſe tãtum bonorum, vſufructuariam conſtituit, proprietate in dictam Comitiſſam transla-
1 ta † namque vſufructuarius, proprietatem donare minimè poteſt, *l. intereſt. C. de vſufruct. cum alij* quibus & accedat, *tex. in authent. ingreſſi, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* in verbis, *Vtpote nec domini rerum.*

Proinde ex quo in dicta priori ſcriptura donatio dictorum bonorum facta fuit dictæ Comitiſſæ, ſuiſque hæredibus, & eis deficientibus, ſucceſſoribus in maioricatu prædicti præfecti: traditaque ſit poſſeſſio ipſorum bonorum dictæ Comitiſſæ; dicta D. Ioanna minimè potuit mutare contenta in ipſa donatione, nec aduerſarius in caſu deficientium liberorum dictæ Comitiſſæ ſubſtitui, *ex tex. in l. quotiens, C. de rei*
2 *vend.* † Quæ lex etiam procedit & ſubſiſtit, tranſlata poſſeſſione ex conſtituto, *ex l. quod meo, ff. de acquiren. poſſeſſ. cum ſuis ſimilibus author. Ioannis Andr. in additionibus ad Specul. in titulo de empt. & vendit. §. ſciendum*, & idem tenet *Guido de Suza. in dicta l. quotiens inibiq. recentiores, & in cap. cum veniſſent, de reſtit. ſpoliat. cum ſimilibus citatis à Iaſon. in d. l. quotiens, in 5. limita. & Segur. in repet. l. filius dum in ciuitate, colum. 24. verſ. ex quo infertur, ff. de verbor.*
3 *obligat.* Quod & munitur † quia donationi perfectæ conditio modusquè nouè apponi non poteſt, *l. perfecta donatio, cum ſua materia. C. de donatio. quæ ſub mod.* quæ lex procedit etiam in donatione Regia, vt plenè dicimus *in conſilio præcedenti numero 58. & ſequentibus* procedit etiam ſi donatarius conſentiat, ſi traditione facta conſenſum præſtiterit, vt palam tenet *gloſa in d. l. perfecta donatio*, in verbis. *Non capit.* Et *Sali. ibidem* cuius meminit plura alia referendo *Andr. Tiraquell. in tractat. de vtroque retractu titulo de retractu conuentionali. in fine char mihi 467. col. 1. in finem.* 10

Rurſus & prædicta confirmatur, ex quo dicta D. Ioanna eadem prima ſcriptura ſe illam obſeruaturam, ſolemnitèr promiſit, quod ſeruare obnoxia fuit, *ff. de pact. l. 1. in princ. cum alijs notiſſimis.* Quod & ſuadetur
4 quia & ſi aliàs actus reuocabilis ſit † ſi tamen non reuocari promittitur, mutari, non quidem poterit, *ff. de donat. cau. mort. l. vbi ita donatur, & text. in l. Senatus, §. fin. ff. eod. tit. & in l. cum maritus, §. fin. ff. de pact. dotal.* cum alijs, quæ *Alex.* congerit *in conſ. 14. circa primum, col. 2. verſ. & dicit etiam, & ſeqq. lib. 1.* & plura in propoſito pro vtraq; parte

Digitized by Google

parte congerit *Rolan. à Valle in conſ. 8. in præſenti, num. 12. cum ſeqq. lib. 1.*

Præterea & hoc fulcitur; quia ſi vt diſponitur *in dict. legib. 17. Tauri, quæ habetur lib. 5. nou. recop. tit. 6. l. 1. & l. 44. Tauri, (quæ habetur eod. lib. 5. tit. 7. l. 4.*
5 † melioria, maioratusuè cuius poſſeſſio eſt tradita, dirui non poteſt; quātò ergò magis ſi iunctim, & promiſſio de non reuocando ineat. Itē contrariorum eadem eſt diſciplina, vt in *§. 1. inſtit. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. l. quemadmodum, ff. de acquir. poſſeſſ.* cum ſuis vulgatis, ſed prædictis Taurinarum conſtitutionibus ſancitur, quod ſi in facultate regia ad conficiendum maioricatum expreſsim Rex decreuerit, maioricatum ad conficientis libitum poſſe immutari, è contra dicendum eſt, promiſſionem de non reuocando ipſum maioricatum magis irreuocabilem efficere.

Verum, ex quo ſucceſſoribus dicti maioricatus prædicti Præfecti ius ex dicta ſcriptura approbata (& ſi ſpe) quæſitum
6 erat † non verò potuit reuocari à dicta D. Ioanna, ex *text. in l. quodcunque, §. ſi quis ita ff. de verb. obligat. & illic Doct. & text. in l. quod dicitur, ff. eod. tit.* cum alijs, quæ *Deci.* conſuluit *in conſ. 239. primo non videtur, col. 3.* & ſat etiam conſtat *in l. conſtante C. de donat. ante nupt. & ibidem Bald.* adnotat,
7 quod & ius quæſitum in ſpe, tertio, auferri non poteſt, & idem probatur *in l. 40. & 45. in leg. Tauri, & in l. fin. ff. de pact.* & in proprijs terminis ſat ita conſuluit *Paulus Caſtrenſ. in conſ. 164. in præſenti cauſa, quæ vocatur maioria Hiſpalenſis col. 8. lib. 2.* vbi conſuluit, quòd ſi Rex alicui pro ſe, ſuiſq; deſcendentibus aliqua donauit bona, vt ea maioricatus titulo haberēt, quod talis donatio etiam reſpectu ſubſtitutorum poſt primum donatarium abrogari non poteſt, quin & fortius ibidem tenet, quod nec Rex, nec ipſe donatarius illud immutare poterunt, & quod prior donatarius ius quærere valuit poſt ſe innominatis ad bona, *ex tex. in d. l. quotiens, C. de rei vendic. & dictæ Paul. Caſtr.* ſententiæ adſtipulatur *Dec. in conſ. 468. ſuperiori anno, num. 28. & in conſ. 498. viſo caſu, nu. 18. & Socin. iun. in conſ. 108. viſo puncto, num. 3. lib. 2. & Ioann. Lup. in repet. rub. de donat. int. vir. & vxor. §. 59. num 12. chart. 51. col. 3. poſt Bald. palam in d. conſ. 238. quæritur ſi Rex Romanorum,* quibus adde, quæ ſupra diximus *in conſ. 9. in lite, quæ vertitur, num. 29. & ſeqq.*

Nec his oberit *Bart. ſententia in l. qui Romæ, §. Flauius Hermes, ff. de verb. obligat.* vbi tenet, quod ſi quis Titio rem donauerit, vt poſt certum tempus ad eccleſiam deueniat, quod reſpectu Eccleſiæ, illud pactum abrogari poterit, ex *text. in l. 3. ff. de ſeru. export.* in quo huius allegationis cardo conſiſtit. Nam quidem optimè *Bart.* ſententiam noſtram non impetit, ex ſequentibus.

Primò, quia contra *Bart.* plerique tenuerunt adeò quod *Roder. Suar.* aſſerit, ferè omnium Scribentium votum *Bart.* aduerſari, vt ipſe ait *in l. quoniam in priorib. C. de inoffic. teſtam. q. 8. col. 1. verſ. primò, quia fere, in char. 95. col. 4. & contra Bart.* ait eſſe *text. in d. l. quotiens, C. de rei vend.* & idem ait ipſe *Roder. Suar. in alleg. 19. ex duobus, col. 3. verſ. per quam,* & optimè probatur *5. part. tit. 4. l. 7. & in l. ſi conſtante, C. de donat. ante nupt. & Bart.* etiam aduerſantur *Ioan. And. Bal. Franc. de Alberg. & Paul. Caſtren. Sali. & Roman. per Dominos Conſulentes citati,* & præter eos idem conſuluit *Paul. Caſtrenſ. in d. conſ. 154. in præſenti cauſa, quæ vocatur maioriæ hiſpalenſis, col. antepen. verſ. ſed contra hoc facit, lib. 2. & Guiller. Bened. in repetit. cap. Raynuntius in verb. ſi abſque liberis in 2. n. materia fideicomm. ſubſtit. n. 23. de teſtam.* vbi & ait contra *Bart* eſſe magis commune placitum DD. quin *& Dec. in d. conſ. 239. primò non videtur, col. 3. verſ. non obſtant allegata.* d cit, dictam *Bart.* ſententiam ita ambiguam eſſe, quod in ea nullū fieri valet fundamentum & idem ait ipſe *Dec. in conſ. 58. & pro tenui, col. 2. verſ. non obſtat, quod iur. & Corn. in conſ. 68. ardua, col. 3. lib. 3.* ob id cenſet *Bart.* dictum dubiū non modicè eſſe, vt conſtat ex rationibus excogitatis à Doctoribus contra eum tenentibus, & contra *Bart.* conſideratt nouiſſimè plura iura, & rationes, *Didac. Couart. lib. 1. var. reſolut. c. 14. nu. 7. col. 2. & 3. illius num. verſ. ſed & his, & Anton. Gom. in l. 40. Taur. num. 29. verſ. ſed his non obſtantibus.* & ſi cum *Bart.* ſit communis opinio, vt refert *Iaſ. in eo §. Flauius, nu. 14 & cum Bart.* tenet etiam *Greg. Lup. in d. l. 7. in verb. El oto, tit. 4. part. 5.* & vide quæ in propoſito adducit tàm in fauorem *Bart.* quàm contra eum *Io. Franc. de Rip. lib. 3. reſponſ. de donat. & grati. q. 65. nu. 120. cum ſeqq. & eo. lib. 3. reſponſ. in reſponſ. 16. vt noſcatur, nu. 3. & ſeqq.*

Secundò dicta *Bart.* ſententia noſtræ minimè obſiſtit, quia *Bartol.* non loquitur
9 † cùm duæ ſcripturæ in fauorem tertij inſunt, vt in præſenti: ſiquidem geminatus actus plus ſimplici operari conſueuerit, vt traditur *in l. ſi mulier, C. ad Velleian. & in l. cum ſcimus, C. de agric. & cenſ. lib. 11. & in l.*

Baſſta

Balliſta.ff. ad Trebel. cùm alijs, quorum moderni memores ſunt in rub.ff. de verb.oblig. & latè Card.Paul.Pariſ. in conſil. 89. circa primum num.21.lib.3.

9 Nec etiam loquitur Bart. † cùm in regno eſt lex, quæ ſancit, quem abſenti obligari, prout eſt in hoc regno Hiſpaniæ l.3. tit.8. lib.3. ordina (quæ habetur in noua recopil.lib.5.titul.16.l.2.) quam legem ordi. in terminis contra Bart. ponderat domi. Couarru.in d.c.14.lib.1.varia.reſolu. nu.13. verſi.4.ex ſupradictis.

Cæterum, & tertiò prædicta Bart.ſententia minimè in hoc præſẽti negotio locum 10 habet: ſiquidem dictæ comitiſſæ in dicta priori ſcriptura bona donata fuerunt ex cauſa dotis: & hoc vt comiti donno Ludouico nuberet: quamobrem, ſat, & ipſi comiti Ludouico in eiuſque vtilitatẽ ipſa donatio confecta quoque cẽſetur: illique, & quæritur actio, vt contenta in dicta ſcriptura adimpleantur, ex tex. in l.doce ancil. l. m. C. de iu. doti. & in l. ſi pro te.C.de dot. promi.& in d.l.17.& 44. Tauri.cum alijs, de quibus Anto.Gome.in d.l.40.Tauri.n.34 & eo præcipuum, quòd ipſe cũ dicta comitiſſa matrimonium cõtraxit: itaque, & ipſi comiti intereſt, prædictã donationẽ ſeruari, etiam reſpectũ ſucceſſorũ dicti maioricatus prædicti præfecti: ſiquidẽ ipſi ſucceſſore de genere, & familia, agnationeque dicti Ludouici ſint, & etiam dictus comes de Mel to. Ex quorũ ſucceſſione in di- 11 ctis bonis † optimè dicti donni Ludouici familia, & agnatio conſeruatur, & munitur, vt in l. § publicè.ff.de ventre inſpicien. & quod habetur in l. lex quæ tutores. C. de admi.tuto.& in l.ſi in emptionem.ff.de minoribus, & in l.cùm filius.§.pater.ff.de leg.2. & in l.44.tit.5.part.5.tradunt Cin. & alij in l.1.C.de adult.cũ alijs, de quibus Iaſo. in conſ. 41.in duab. s.co.pe.lib.3.& ob id inibi ait, quòd quis ſtipulari valet illis, qui de eius fuerint familia: cum ipſius ſtipulantis intereſt ſuam familiam augere, quæ diuitijs conſeruatur, vt cenſet diuus Auguſt. in lib. de ciuitate Dei, c.100.& Ioan. And. in additio.ad Specul.tit.de ſucceſſio. ab inteſta.col.2. in additio.incip.quatuor modos.col.2.verſi.& conſeruatur.& Barba.inter conſilia Alex. in conſi.52.circa hanc col.1.lib.4.& ſat probatur in l.2.in princip.ff.de teſti.cum alijs quę ſupra citauimus in d. conſ. 9. in hac prima parte, n.6. Et quibus ſuboritur, Bart. in d.§. Flauius Hermes in hoc caſu minimè loqui 12 † ſiquidem non agit, cùm donatarij fauore tertius eſt ſubſtitutus, ſeu poſt ipſũ donatarium vocatus, quo in caſu ipſam Bart. opinionẽ non obtinere videtur, ex text. in l.3.ff.de ſeru.exportan. & illic. glo. & Imol. inſignè ità determinat in d. §. Flauius, col. fi. & Ludou.Roma. in l.ſi pecuniam, col. 2.ff. de condi.cau.da.cau.nõ ſequuta.& alibi ſæpe.

13 Proinde, & quartò Bart. loquitur † quãdo reſpectu tertij ſuboritur cõtractus inominatus, illique contractu inominato aliquid conceditur, nam loquitur cùm donatio fit, vt eccleſiæ poſt certum tempus detur: cuius naturæ eſt, vt reuocabilis ſit ipſe contractus innominatus, vt cõſtat ex tex.in d.l.ſi pecuniã, & hac ratione munitur. Bart. ſententia vt Imol.ibi.col.fi.cæteriqua moder. perpendunt, at verò ſi illi tertio ex cõtractu nominato aliquid concedatur, tunc Bart. ſententia non quidem obtinet, nec tunc; reſpectu illius tertij mutari poterit ipſa diſpoſitio, vt ſat conſtat ex traditis in l. cùm à ſocero, per text. ibi C. de iur. doti. præcipuum ex Bart.ibi col.fi.& ſat etiã conſtat ex Alex.in d.§.Flauius, & ex alijs doctoribus inibi maximè Iaſo.n.19. & in terminis ita Bart.declarat.Corne.in d.conſ.68.col.2.li.3.ex hoc dicens, quod ſi tertio aliquid ex donatarij ſtipulatione datur, quòd in tali caſu, cùm ex cõtractu nominato (ſcilicet, ſtipulationis) tertiò ſit ius quæſitũ, reuocari etiã quò ad illum tertiũ ipſa non valet donatio, quod, & ſequitur Dec. in d.conſ. 239.col.3.ex his dicens, quòd ſi ex cauſa donationis (vtpoteq; cõtractus ſi nominatus) tertio bona aliqua concedantur, q non poterit reuocari donatio, etiam quo ad tertium, quod, & palam conſuluit idem Deci. in conſ.58.& pro tenui facultate, col.1. & inſigne Chaſſene.in conſi.53. ex facto.nu. 60.& ſequentibus, & Ioan. Franc.de Rip. in d.li.3.reſponſo.de dona. & graci. char. 20. in d.65.q.col.3.& Guiller.Bened.in d.c.Raynutius in verb.ſi abſque liberis.in 2. in materia fideicommiſſa.ſubſtitu.n.23. char.mihi.361. & Carol.Ruyn.in conſ.7.quæritur, & in dubium, n.29.lib.1. & in conſ.36. in cauſa feu- 14 dali,n.19.eod.lib. eſt enim † donatio contractus nominatus, vt traditur in l.iuris gentium in princip.ff.de pact.& illic Bar. & doct.maximè Iaſo.col.4.& in l.in eaibus. §. 1. ff.de donat.& alibi ſæpe traditur, qui cõtractus cùm in dicta inſit priori ſcriptura, & in ea ex ipſo donationis cõtractu ſint vocati ſucceſſores maioricatus dicti præfecti poſt dictæ comitiſſę mortem, ſine liberis decedentis, confeſtim, & ſic, nequaquam ipſam ſcripturam abrogari potuiſſe, etiam quo ad dictos ſucceſſores, quod, & ſat conſtat, quia etiam ſtipulatione præcedente à dicta donna Ioanna dicta bona dictis ſucceſ-



Digitized by Google

ceſſoribus in prędicto caſu ſunt conceſſa, vt hæc verba dictæ ſcripturæ inſinuant. *A vos a dicha D Beatriz de Valencia mi ſobrina que eſtays preſente, y la ſtipulacion recibiente.* Quæ verba ſæpius in dicta ſcriptura

15 collocantur † quæ ſtipulatio eſt contractus nominatus, vt conſtat *in l. 1. in fine. ff. de pact. cum aliis; & ob id Bart. in l. 2. C. de condi. ob cau.* ait, quòd cùm hodiè in omni contractu publico, tabellio cōſueſcat ſtipulationē imponere, quòd rarò cōtractus nominatus reperitur, idem tenet *Paul. Caſtren. in rub. ff. de verb. obliga. & Alex. in conſi. 40. ſi per primo. col. fi. lib. 4.* & eſt doctorum cōmune placitū, *in d. rub. ff. de verb. oblig. vt ibi Iaſo. teſtatur, n. 25.* & ſat probatur *in l. ex placito, C. de rer. permuta.* Et ob id *docto.* in prædictis locis temperant. *Bart.* ſententiam, *in d. §. Flauius.* interueniente ſtipulatione, maximè, *Ioan. Franc. de Rip. in d. loco. & Couar. in d. c. 14. lib. 1. varia. reſolu. nu. 13. verſ. ex deducitur.* Et faciuntque copiosè adducit *Tiraquell. de iure conſtituti limita. 30. n. 13. & ſequentib.*

16 Quæ & ſuadentur † quia contractus innominatus ſtipulatione munitus, non poteſt reuocari. *ff. de contrahen. empt. l. Labeo ſcribit ſi mihi, & ff. eod. l. fundi partem nobis Bald. in l. quamuis, col. fi. C. de tranſact. & Iaſo. in d. l. ſi pecuniam, col. 3. verſi. undecimo limita. ff. de condi. cau. da. cau. non ſe. & Alex. in conſi. 16. viſo dicto col. 2. lib. 2. & Alcia. in d. rub. ff. de verb. obliga. n. 25. & Rip. ibi nu. 98. poſt Iaſo. ibi col. penul. & Decius. 1. col.*

17 *13. de iud.* ad quā ſtipulationē † iure noſtro regio non exiguntur verba, nec aliæ ſolemnitates ciuiles, vt ſtabilitur *in d. l. 3. tit. 8. li. 3. ordin. quæ habetur lib. 5. noua recop. tit. 16. l. 2.*

18 Nec his dicere oberit † quòd dicta comitiſſa nō poterat dicti præfecti ſucceſſoribus ſtipulari.

Tum, quia hodiè dicta ordin. conſtitutione hoc mutatum videtur: cum inibi diſponatur, quòd quis poteſt ſe abſēti obligare, & ita per illum *tex.* tenet *Couar. lib. 1. varia. reſol. d. c. 14. nu. 13. in princip. & in rub. de teſta. 3. par. n. 13. poſt princip. & Ant. Gome. lib. 2. reſolu. d. c. 4. de donatio. n. 3. verſ. hodie tamen bene valeret.* Etſi contrariū firmare videatur *Greg. Lup. in l. 4. in verb. No lo puede fazer. col. 1. et 2. verſ. ſed an hodie, cū ſequentib. tit. 4. part. 5.* etſi inibi etiam dicit ipſe *Greg. eod. verſ. ſi tamen,* quòd ſi conſtat quod voluit ſe obligare, vt quia promiſit ſe non reuocare (vt fuit in noſtro caſu) quod tunc obligaretur abſenti [illegible]

19 Tùm etiam, † quia donatarius poteſt tertio ſtipulari, vt bona donata poſt eum habeat. *ex tex.* notabili *in d. l. quotiens, & illic glo. & Salic. C. de dona. quæ ſub mod.* & notat *Iaſo. in d. §. Flauius, n. 22. bonus tex. in d. l. 7. tit. 4. part. 5.* quam in propoſito multum ad hoc commendat *Roderic. Suar. in d. 19. allega. pag. 3. verſ. & in noſtro caſu.*

20 Tùm, & quia † poteſt quis alteri ſtipulari rem, quæ ſtipulantis eſſe debet *l. Publica. ff. depoſi. & tex. in d. l. 7. tit. 4. p. 5.* cum ſimilibus, quæ citat *Cuſt. Iun. in tracta. feudorū 2. p. q. 2. col. 3. char. 20. col. 3.* & plenius *Curt. antiq. in conſi. 49. memoria, col. 4.*

21 Quinto dicta *Bart.* ſententia † non poteſt in caſu noſtro obtinere, quia dicta donna Ioanna in dicta priori ſcriptura promiſit, ſe non obrogaturā in parte, nec in toto ipſam ſcripturam, ſub obligatione ſuorum bonorum. Quā conſiderationem ſuadet *tex. in l. vbi ita donatur. ff. de dona. cau. mort. & tex. in d. l. ex placito. C. de rer. permu.* & eſt optimus *text. in l. 3. tit. 6. par. 5.* ibi. *Tal fuerza ha el cambio que es fecho por palabras, y con prometimiento de lo cumplir, que ſi deſpues alguna de las partes ſe quiere arrepentir, la otra parte que lo quiere acabar, y hauer por firme puede pedir al juez que mādaſſe a la otra parte que lo cumpla el cambio.* Et ibi. *Mas ſi el cambio fueſſe hecho tan ſolamente por palabras, diziendo anſi la vna de las partes, quiero cambiar tal mi caſa con vos: y la otra parte dixeſſe ſimplemente, que le plazia ſin otro prometimiento, aſſi como ſobre dicho es: entonces bien ſe podra arrepentir.* Quæ regia conſtitutio probat, quod ſi in contractu innominato (vt eſt permutatio, *vt in l. 1. ff. de rer. permu. cum aliis.*) ipſum adimplere promiſſa cuſtodire, & quod in hoc caſu ſit limitanda opinio *Bart. in d. §. Flauius.* expræſſè firmat, *Greg. Lup. in d. l. 7. tit. 4. par. ti. 5. in verb. El otro, & in d. l. 4. eod. tit. 4. & par. 5. in verb. No lo puede fazer. col. 2. verſ. ſi tamen.*

22 Sexto nec dicta *Bart.* ſententia † noſtræ nequaquam obſiſtit, quia quando prædicta donna Ioanna prædictam confecit reuocationē, iam ſucceſſerat ſecundū tenorem dictæ prioris ſcripturæ in proprietate dictorum bonorū, tanquā ſucceſſor dicti maioricatus prædicti præfecti; ex morte dictæ comitiſſæ ſine filijs. Temperatur enim dicta *Bartol.* opinio, vbi iam venerat tempus, in quo ipſa eccleſia in donatione eſt ſubſtituta, ſiuè vocata, vt expræſſe tenet *Cuma, Pet. de Beſu. Alex. & plerique alij à dictis dominis conſulentibus in ſua allegatione citati, & copiosè Iaſo. in d. §. Flauius, num. 17.*

Digitized by Google

num.17.ex tex.in l.inſulam.ff.de verb. oblig. & illic docto. & eſt ad idem optimus tex. in d.l.7.tit.4.p.5.& in noſtris terminis idem tenet D.Couar.in d.c.14.lib.1.varia. reſolu. n.13.verſ.principaliter,& quinto, vbi refert alios plures hoc tenentes.

Septimo,& facilè ex alio Bar.ſententia
23 refellitur † népè, quia doctores eã ſectãtes illam temperant, niſi pro Eccleſia,ſeu tertio donatarius contenta in donatione acceptauerit,vt palàm tenet Bald.in d.l. cùm à ſocero C.de iur. doti.& Alex.Iaſon ca eriq. DD. in d. §. Flauius,& DD.in prædictis locis maximè Couarr. in d.c.14.lib.1.varia.reſolut.num.13.verſ.tertio apparet.Sed in præſenti dicta Comitiſſa expreſsè acceptauit dictam donationem nomine dictorum ſucceſſorum maioricatus dicti præfecti,igitur opinio Bartol.tunc non procedit, & idem notat Roderic. Suar.in d.allega.19.pag.3.& 9.verſ.vltimo.Et Greg. Lup.in d.l.7.in verb. El otro. Tit.4.par.5. Quim & ad ipſam acceptationem ſufficeret,quod ipſa Comitiſſa,acceptauit omnia contenta in ipſa donatione cum omnibus vinculis, & condi-
24 tionibus ſuis † ſiquidem relatum in referente ineſſe exiſtimandum ſit, ff. de hæred.inſti. l. aſſe totò,& ff.de condi. & demonſtrat.l.ſi ita ſcripſero, & ff.de cond.inſti.l.inſti
25 tutio talis. Et expreſſum dicitur † cùm quid ad aliud refertur, l. ait prætor, §.ſi iudex,ff.de re iud.ibi,ſi iudex aliquem condemnet,vt quod habet ex teſtamento, vel codicillis Meui reſtitueret Titio : ſic accipiendum eſt,quaſi quantitatem nominauerit.quæ teſtamento vel codicillis relicta eſt.idẽ & habetur
26 in l. in ſumma, ff. eod. tit. Ipſaquè † relatio intelligitur cum omnibus qualitatibus ſuis contentis in ſcriptura,ad quam fit relatio.l. à filio,§. teſtator, ff. de alim. & ciba. leg.l.1. §. fin.& illic Bart.ff.ſi famil. furt. feci.dica.& notat idem Bartol. in l. ſi quis ſeruum,§.fin.ff.de leg.2.col. fin. verſ. ſed quæro. Et in proprijs terminis ſic in acceptatione reſpondit Card.Paul. Pariſ.in conſ.43. in huiuſmodi controuerſia num.29. lib. 3. & de materia abundè tradit idem Card. Pariſ.in conſ.2. in alio conſilio,num. 50. lib.3. Quim & propriè in ſcriptura comprehen-
27 ſum dicitur † id quod in ſcriptura ad quã fit relatio ineſt,vt probatur in l.Teopompus ff. de dot.præleg.& tradit Bal.in conſ. 338.ea quæ veniunt lib.2.& Dec.in conſ.539. in in-
28 clita, col. pen. ſub num.9. Quid plura † & acceptans ſcripturam,eam cum omnibus qualitatibus acceptare cenſetur ex tex. in l.contra iuris,§.fin.ff.de pact.& in l. Cayus.ff. de manumi.tradunt DD.in l.Aurelius,§.idẽ quæſiit,ff.de libe.lega.cum alijs de quibus abũdè Ludou.Gozad.in conſ. 1. primò diſcutiam. num.15.& nos etiam ſupra in conſ. 14. num. 32.& 33. Et ob id ex ſola ſimplici acceptatione,quis ad omnia onera in legato expreſſa eſt obnoxius,l.Imperat.§.ſi centũ. verſ.& quod vero.ff. de leg.1.l. cùm ab vno, ff.de leg.2.c.officij de teſta. tenet Paul. Caſtr. in l.ſi cum dotem,§.pater col.2.ff.ſolu. matri. & Dec.in conſ.425,in caſu propoſito,col.pen. quibus & accedat tex. in d.l. Aurelius,§.teſtamento,ff. de libe. lega. quem ibidem Alberi. ad hoc expendit, quòd confirmatio ſeu approbatio ſcripturæ intelligitur cum omnibus conditionibus, & his caſibus, quibus ſcriptura confirmata, ſiue approbata loquitur.Et notant DD.in l.aduerſus, C.ſi aduer.rem indica.Imo & non inelegãter,Roder. Suar. in repet. d. l. quoniam in prioribus,C de inoffic.teſtamen.q.8.col.5.cen
29 ſet, quod ſat eſt † vt primus donatarius acceptet ſcripturam maioricatus,& quòd non eſt neceſſaria acceptatio ſucceſſorum maioricatus, vt donatio ipſa irreuocabilis efficiatur. Et idem tenet ipſe Roderic. Suarez in d.allegat.19.col.3. & col. 9. verſ. vltimò & conuincibiliter. Et ſatis ſuadetur ex traditis per Dec.in conſ. 498. viſo caſu nu. 19. cum ſequentibus,& in conſ.468. ſuperiori anno,num.28.& ſequentibus.

Quæ acceptatio à dicta Comitiſſa facta
30 videtur † quo ad dicti maioratus ſucceſſores,vt eorum negociorum geſtrix.vt conſtat ex his quæ notantur per gloſ. & DD. in d.l.huiuſmodi in princip.ff.de leg.1. cum alijs citatis per Corne.in d.conſ.60.co.2.lib.3.quo in loco iuxta dictam doctrinam Bartol. in d.§.Flauius ait, quòd ſi primus donatarius pro ſe ſuiſque deſcendentibus ſtipulatur, quòd & ſi hoc minimè expreſſerit, eorum nomine ſtipulationem feciſſe,cenſendum eſt,& vt negotiorum geſtor.

Et nõ tantum dictæ Comitiſſæ acceptatio pro dictis ſucceſſoribus interuenit, ſed & dicti Comitis Ludouici eius mariti : ex quo matrimonium(vt diximus)cum dicta Comitiſſa contraxit iuxta formam dictæ prioris ſcripturæ : ex quo ſat ipſam ſcripturam comprobaſſe cenſetur,ex tex.in l.litibus,C.de agricol.& cenſi. lib. 11. cum alijs de quibus meminit Dec. in l. ſemper qui non
31 prohibet,ff.de reg.iur. Et quia † approbare quis ſcripturam videtur, cum aliquid ex contentis in ea adimplet, l.ſi proponas, §.1.ff.de inoffic. teſtam.cum ſimilibus quorũ memor eſt Dec.in conſ.449. viſis duobus col. pen.& fi.

Cuius Comitis Ludouici acceptatio,&



Digitized by Google

conſtat,quia in d priori ſcriptura dicta D.
Ioanna cauit, quòd à tabellione eadem
ſcriptura ipſi Comiti traderetur: & tabel-
lio vt ipſe affirmat,id adimpleuit. cui in
hoc credendum eſt,*ex traditis in d.l. ſi quis
decurio.cum ſimilibus*, cuius receptione
32 † ipſam acceptationem dicimus factam
*ex tex. in l. filiusfam, ff.ad Macedonia,& no-
tat Bar.in l.quo.n.ff.rē rat.habe,& Abb.in c.
nō iniuſte col. 3, de proc, & Alex. in conſ.78,
in cauſa & lite col,1,l b.1.*&his accedat *tex,
in l.ſi auſa C,de iur,delib,& tex. in l ad ſolu-
tionē,C,de reſtud,& in l.Paul.ff rem rat,habe.*
melior *tex.* ad idē ſi bene cōſideretur *in d.l.
17.Taur,*in verbis.*O le ouier. entregado ante
eſcriuano la eſcriptura dello*. Et ibi *Didac,
Caſt.*in verb. *La eſcriptura col. 1.& 2.* plura
ſimilia adducit.

Quid plu a,& *Dec,in d.conſ.58.col,1,cir-
ca dictam Bart.* ſententiam *in d. §. Flauius*,
33 ait † tacitam acceptationem ſufficere,vt
ipſa *Bart.*ſententia locum minimè habeat
inibique & cenſet,quòd ſi tertius in caſu
*Bart.*aliquo modo acceptauit contenta
in ſcriptura,quòd tunc quò ad ipſum ter-
tium reuocatio fieri non poterit,*ex tex.in
l.ſi ego, ff. de nego,geſt.* & tradunt *Doct.in
in d.§.Flauius,& Gregor.Lup.in d.l,7. titul.
4.partita.5.* in verbis. *El otro.*

Conſtat igitur multis modis dictam ſen-
tentiam *Bartol. in d.§. Flauius* ad hoc ne-
gotium nequaquàm pertinere.

Nec ſuperioribus dicere refragatur, qḋ
dictū matrimoniū inter dictū Comitē Lu-
douicū,&dictā Comitiſsā contractū paruo
durauerit tēpore;vt ex hoc cōtēta in dicta
ſcriptura non ſint ſeruāda. Nanq;iure opti
34 mo ſat eſt † ipſum matrimonium contra-
ctum,& ſi confeſtim fuerit diſſolutum mor
te dicti Comitis,*ex tex.in l.ſi quis haredem,
C.de inceſt.nupt.& in l.cùm fuerit,ff. de con-
di.& demonſtrat.*quibus,& accedat *tex.in l.
non tantum,C.de leg.*vbi probatur quis do-
tem virtute ſtatuti lucrari ex matrimonio
parum durante,& tradit *Dec.in cap de cau-
ſis colu. 3,verſ.& prædicta.de offic. deleg* qui-
bus & accedant quæ ſingulariter adducit
*Phan.de Phannu,in ſuo tracta.de Lucro dotis.
in §.incip.in ſponſa. num. 56. & ſequentibus
pagi.135.& ſequen,& ibi nu. 50.* loquitur
in muliere,quæ fuit mortua eodē die quo
traducebatur ad domum viri. Quod proxi
mis diebus contingit in Ciuitate Sego
uienſi in nepte fratris vxoris meæ. Quod
gentes in admirationem adduxit, noſque
præmonet à ſomno huius ſeculi ſurgere.
Rurſus & dicta D. Ioanna ad efficiendam
dictam ſcripturam non tantum ex cauſa
dicti matrimonij eſt mota,ſed vt ſucceſſo
35 ribus dicti præfecti eius mariti prodeſſet †
igitur etſi vna ratio ceſſaret,ſat eſt, alterā
remanere.*ex tex,in §.affinitatis inſt.de nupt.
cum alijs de quibus Dec.in cap,cum ceſſante
col.verſ.quartò limita de appell. cum ſimili-
bus de quibus alij de Andr.Tiraq.de ceſſan-
te cauſa limita,22. num, 1. cum ſequentibus.*
Demum & quando eſt alteri ius quęſitum
36 factuſque eſt contractus † etſi ceſſet diſpo
ſitionis cauſa,non tamen ſubuertitur di-
ſpoſitio, *ex tex,in l.fin,in princip.ff.vnd.lib.*
tradit *Bartol.in l.2.§. Titio,col.fin. verſ.ſi ve
ro accipis.ff.de donationib.*& latè *Dec,in d.c.
cùm ceſſante de appell.col.1. verſ. ſecundo
limita* ſunt plures aliæ concordantiæ de
quibus meminit *Andr.Tiraquel. in tractat.
de ceſſante cauſa in 12, limita.num, 1. &
ſequentib.*

Itaque conſtat de iure dicti Comitis de
Melito, ſiquidem ſit de dicti præfecti ſuc-
ceſſoribus,ſuique maioricatus: in quo ver
ba dictæ primæ ſcripturæ verificantur,quę
in hunc ſunt modū. *E la perſona que huuie-
re y le pertneciere por linea derecha el meyo
radgo que anſi dexò el dicho ſeñor Adelanta-
do.* Et ſi non ſit dicti præfecti deſcendens;
etſi dicta verba. *Por linea derecha.* Sint
impoſita,vt domini conſulentes ſatis iure
probarunt. Et hoc præter eos ſatis manife
ſtum eſt, quia bona dicti maioricatus, &
bona ab ea donata vnita perpetuò tunc
eſſe voluit,vt expreſſe edixit in dicta ſcri-
ptura;& ob id cum dictus Comes de Meli-
to habuerit maioricatum dicti præfecti,
tanquam ad illum ſubſtitutus,conſequens
eſt illum vocatum à dicta D. Ioanna ad
eius bona, ex dicti maioricatus identitate
37 † quæ diſpoſitiones declarare ſolet,quim
& eas extendere conſueſcit, *ff de iur. &
fact.igno.l.regula,§.ſi quis & ff.de leg.2.l. cū
mater, §.dulciſſimis,& ff.de leg.3.l.pater filiū
§.fundum cum alijs ſuis notiſſimis,*de quibus
meminit *Tiraquell. in d. tract. de ceſſan.
cau.1.parte num.149.cum ſequentib.* Quòd
& conſtat;quia & dicta D.Ioanna in dicta
ſcriptura expreſſim conſtituit, vinculis &
ſubſtitutionibus maioricatus dicti præfe-
cti eius in bonis ſuccedendum. Præterea
& in ſcriptura reuocationis ſat ipſa D. Io
anna expoſuit,prima ſcriptura prædicta
voluiſſe, & ſucceſſores dicti maioricatus
etiam à dicto præfecto non deſcendentes
38 bona habituros † & vna ſcriptura alia
declaratur, *l,qui non militabat. §. Lutio Ti-
tio,ff.de hered.inſtit.& inibi Bald. & text.in
l.coheredi,§. qui diſcretas, & ibi Alex. ff. de
vulg.& pupi.ſubſti.* cum alij de quibus ſu-
pra

Digitized by Google

pra memores fuimus *in conſ.2. in cauſa de qua nunc inter donnam num. 59 et 60.* &
39 actus † qui ſequitur, declaratque fuerit intentio dictæ donnæ Ioannæ in præcedẽtibus, *§.p.mum inſti de rer.diuiſi ,l.ſed Iulianus,§ proinde, ff. ad Macedonia.* notant *Bart.et alij in l.catera,§.ſed ſi parauerit, ff. de leg.1.et alibi ſæpe.* Præterea in dictis verbis non quidem dicitur, quòd ſuccedat perſona à dicto præfecto deſcendens per lineam rectã: ſed tantũ quòd bona ſit habiturus perſona ad quam linea recta maioricatus dicti præfecti pertinuerit, quod quidem diſſimile eſt,& ex abſimilibus argumentum non procedit,*l.Papin.exuli, ff. de minorib.l.naturaliter,§ nihil commune, ff. de acquir. poſſe cum alijs* Verùm dicta verba tantum ſonant; quòd ſucceſſores dicti præfecti ad quos leg timè, & ſecũdum dicti maioricatus regulas ipſius maioricatus ſucceſſio competat, bona dictæ D Ioãnæ conſequã ur,quem intellectum ſubſtẽtat, *text.in l.à Titio ff.de furt.& in l.hac verba i ſtipulationem ff.de verbor ſignificat.* Ca-
40 terum & expendere oportet † quòd verbum *Linea* Effectiuè quandoque ſumitur; & ob id aſſerimus, lineam paternam ideſt effectam à patre, & hoc modo intelligendo non ſunt de linea niſi à patre deſcendentes,at vero ſumitur, & quandoquè cõtiuè. & tunc etiam ſub verbo linea tranſuerſalis admittitur, vt *Bald.* cuius *Soccin.* eſt aſſentiens meminit *in l Gallus, §. nunc de lege col.2 ff.de libe & poſthu. & Card. Paul. Pariſ.in conſ.40. iſte 4 nepos,col.penul. lib.2.*
41 Nec tunc oberit † quod dicto verbo *Linea* prædictum verbum. *Derecha.* adiungitur: quia & hæc verba, *Linea recta*. Etiam in tranſuerſali verificantur, vt probantur *in l.iuriſconſultus,§. & ſi ex inferioribus,ff.de gradib.* quod & ſuadetur ex his quæ *Hoſtien.* tenet *in ſumma de conſangu. & affinit.*
42 *col. 2, verſ. quot ſunt lineæ.* Qui firmat † quòd fratres & ſi tranſuerſales in recta linea ſunt,cui adſtipulatur *Præpoſ. lectione arboris conſanguinitatis col.7* Et hæc etiam inſtruuntur, ex his quæ habentur *in capit. quod dilectio, de conſang. & affin.* & quæ *Cuma,* conſuluit *in conſ.2. proponitur,col.1. & 2.* cenſens quòd vocatis aliquibus de linea,etiam de tranſuerſalibus intelligitur
43 † ſimplex enim nominatio lineæ vniuerſali adæquatur,*ff.de leg.2 l. ſi pluribus,* & quod verbũ ſimplex, *Linea* etiam de tranſuerſalibus explicetur probat *tex.in l.ſtegmata,& in d.l.iuriſconſultus,§.2.,ff.de gradib. notatur in §.1.& illic Plate.inſti. eodem tit.* Et ſi aliqui in hoc contrarium teneant.

Nec dicere aduerſario ſuffragatur quòd dicti Comitis de Melito auus Cardinalis
44 fuit,& quòd ob id fuit ſpurius † Nam quidem non præſumitur genitus in ſacerdotio,ſed ante, vt probatur *in cap.inter cateras,& illic Felin.& Rip.col.1. de reſcrip. et idem Felin.in cap. veniens col. 1. de accuſa. poſt Ioan.Andr. in Spec.tit. de fil. præſbiter.*
45 Denique † & nepos ex filio ſpurio ſubſtitui poteſt,vt conſtat *in l.fin. C. de natural. libe.et illic gloſ. et communiter DD.* ſunt plures concordan. de quibus moder. memores ſunt *in d.l.gallus,§ quid ſi is,ff.de libe. et poſthu.*& hanc dicit communem opinionem *Dec.in conſ.462.viſa legitimatione col.2.num.17.*complura videnda citans,& *alibi ſæpe traditur.*

Et hactenus pro dicto Comite dixiſſe ſufficiat,& vt diximus,ita quidem pronunciatum denique fuit.

*Marcus Salon de Pace Burg. Legum Doctor.*

# ADDITIO.

Num.1. conferunt notata,per *Seſſam dec.Aragon.58.*

Num.2.ſequitur *Marſilian. in repet. d. l. quoties num.65 & ſeq.*conferunt collecta per *Alphan.collect.189.*

Num.3.vide *Galganett.de condit.& demõſtrat.p.2.c.1.q.71.*

Num.4.vide *Molin. de Hiſpan. primogen. lib.4.cap.2.num.4. & ſeq.* vbi tractat ſi maioratus irreuocabilis fiat ex pacto de non reuocando.

Num.5. de hoc latè,per *Molin.de Hiſpa. primog.lib.4.cap.7.*

Num.7.vide *eundem Molin. vbi ſupra nu. 16.& ſeq.Reg.Valenz. conſ.69.nu.172.*

Num.8.latius *Molin. vbi ſupra nu. 74.*

Num.11.vide *Additã ſupra conſ.3.nu.44. & conſ.9.nu.6.*

Num.14.latè *Iul.Clar.in §.donatio q.1.*

Num.15. latè *Coſta in praxi conuent. par. 1.qu.*

1.*num.*240.*Mantic.de tac.& Ambig.li.* 14.*tit.*2.*num.*9.

Num.18.ſtipulari pro altero an, & quando poſſit,vel nō,*Ant.Gabr.lib.3.de verbor.oblig.concl.*1.

Num.19.*Alph.collect.*451.

Num.20.*Anton.Gabriel.vbi ſupra.*

Num.21.*Molin.vbi ſupra num.* 44. 52.*&* 53.faciunt coll.*per Alph.collect.*315.

Num.23.*Molin.vbi num.* 75. vbi etiam de omnibus agit.

Num.24.*Barboſ.in opuſc.princip.iur.lit.R. nu.*13.vbi plura adduxit.

Num.26.*Barboſ.vbi ſupra.*

Num.28. ſicuti acceptans priuilegium debet contiguum omnibus ſuis qualitatibus,*Reg.de Pont. in conſ.*65. *num.*7. *vol.*2.ita in ſcriptura,*Borgn.dec.*1. *num.* 35 *par.*1.

Num.29.*Mol.vbi ſupra nu.*23.

Num.30.*Molina vbi ſupra num.* 75. *verſ. in ſecundo caſu.*

Num.31.*Suraus dec.*199.*nu.*6. *&* 7. vbi per exempla id etiam pluribus modis oſtendit,& alia ad ornatum examinat *Ioan.Baptiſta Hodierna eiuſdem Additionator.*

Num.32.vide *Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.*64.

Num. 33.exempla hoc oſtendit,*ibidem Molin.num.*76.

Num.34. conditionem ſemel eſſe impletam ſufficit quamuis non duret illud implementum per multa exempla oſtendit,*Peregr.de fideicommiſſ.art.* 28. *per totum*,& in terminis *Thorus in ſumma priuil. piarum cauſarum priuilegio* 263.

Num.35.vide *Surd.dec.*38.*num.*16.*& deciſ.*62.*num.*31.*ibiq;Hodierna.*

Num. 36.ſicuti ceſſante cauſa non ceſſet effectus, iam conſumatus, & alteri acquiſitus,nec in cauſis locorum piorū, & eccleſiarum, *Borgog.dec.*16.*nu.*3.*&* 7.*par.*4.

Num.37.*Euerard.in Topica iuris loco à ratione legis ſtrict.per totum.*

Num.38.dixi *ſupra conſ.*2.*num.*19.

Num.39. *Borgn.dec.*11.*num.*17.*p.*3.

Num.40.*Borgn.dec.*18.*num.*99.*par.*2.*Regens Rouit.conſ.*16.*num.* 14.*p.*1.

Num.41.*Molfeſ.in Conſuet.Neap.p.* 4. *q.* 46.*num.*23. *&* 24.*& q.*45.*num.* 9. 35. *&* 60.,& melius *Ceuall.pract. quæſt. to.* 3.*cap.*762.*nu.*27.

Num.42.*Borgnin.dec.*32.*nu.*7.13.*&* 14. *par.*4.

Num.43.*Borgn.d.dec.*18.*num.*99.*p.* 3.

Num.44.multa de iſtis poſuit *Marquard. in tract.de celibat.Sacerd.p.*3.*c.*4.

Num.45.conferunt adducta *per Alph.collect.* 893. & pariter ſi inſtitui poſſint *Marquar.eo.tract.d.p.*3.*cap.*6.*præſtantiſſimus Reg.Valenz.conſ.*7.*num.* 8. de auctore meminit.

## SVMMARIVM.

1 *Viuere quis præſumitur uſque ad centum annos.*

2 *Error manifeſte conſtat,quando verba præcedentibus non conueniunt.*

3 *Scriptum dici non poteſt, quod non habet ordinariam conſequentiam.*

4 *Media ex extremis percipimus : & principia medijs, & media fini correſpondere debent.*

5 *Error inditijs & præſumptionibus probatur.*

6 *Error probatur ex verbis, quæ teſtator dixit extra teſtamentum.*

7 *Voluntas teſtatoris, quæ ex dictis extra teſtamentum colligitur,duobus teſtibus probari poteſt.*

8 *Error ſat conſtat ex protbocollo ſcripturæ.*

9 *Error ſcriptoris nemini nocere debet.*

10 *Error non nocet,quando de corpore conſtat.*

11 *Verba teſtamenti ſunt ad concordiam reducenda,vt error euitetur.*

12 *Interpretatio illa ſemper ſummenda eſt quâ contraria conciliantur.*

13 *Verba inferiora ad proxima præcedentia tantum ſunt referenda,& non ad remota:maxime ſi aliqua correctio, vel contrarietas adſit.*

14 *Clauſula ſequens non eſt referenda ad ea, quæ habent ſpecialem determinationem.*

15 *Verba appoſita in ſubſtitutione non debent eſſe ſuperflua.*

16 Re-

Digitized by Google

16 *Rationem aſſignare in teſtantium diſpoſitionibus, neceſſum non eſt.*

17 *Deciſio caſus in terminis præfertur caſui in alia ſpecie loquenti.*

18 *Conditio voluntaria in forma ſpecifica eſt adimplenda.*

19 *Argumentum de ſimilibus ad ſimilia in conditionibus voluntarijs non procedit.*

20 *Teſtator vbi contraria diſponit in eodem teſtamento, ſtandum eſt poſteriori voluntati teſtantis. Et maxime fauore magis dilecti. num. 30.*

21 *Intellectus* l. quotiens, ff. de vſufruct *& nu. 28. & 29. & inibi cum ſequentibus, an primò nominatus cenſeatur magis dilectus.*

22 *Ordo nominationis non attenditur, vbi cõſtat de contraria voluntate teſtantis.*

23 *Dilectio ex dictis extra teſtamentum percipitur.*

24 *Voluntas teſtatoris teſtibus ſingularibus probatur.*

25 *Vocatus ille cenſetur, qui magis a teſtatore diligitur, quando dubitatur, quis ſit nominandus.*

26 *Voluntas teſtatoris non extenditur ad odioſos ipſi teſtatori.*

27 *Teſtatoris diſpoſitio non eſt ita interpretanda, quod minus dilectus magis dilecto in ſucceſſione præponatur: etiam ſi verba teſtatoris improprientur.*

31 *Iudicandum eſt in dubio pro reo & poſſeſſore, & magis dilecto, & contra producentem inſtrumentum, & pro dote.*

32 *Declarationi teſtatoris ſtandum eſt in dubijs.*

## ARGVMENTVM.

Subſtitutio facta in beneficium filiorũ alicuius, ſi fuerit erratum in nomine præſens ſubſtituti, an excludatur per deſcendentes ab eo, qui ex errore fuerit nominatus, exactè percurritur in iure.

## CONSILIVM XXVII.

DIuino poſtulato auxilio. In lite, quæ inter Petrum de Herrera, eiuſq; vxorem D. Catherinam Zuazo ex vna parte, & ex alia Franciſcũ de Zuazo controuerſa eſt: Ius dictorum Petri, & Catherinæ ex ſequentibus patet.

Primò quia dictus Franciſcus ſe ad bona controuerſiæ ex hiſce verbis Scholaſtici Ruy Sanz de Zuazo ſe vocatum prætēdit. *Y que deſpues de ſus dias del dicho Iuã de Zuazo maeſtre eſcuela mi ſobrino, que los aya ſu hermano Miguel de Zuazo, y deſpues de ſus dias ſu hijo major varon: y ſi no vuiere hijos el hijo mayor de mis ſobrinas hijas del dicho Martin de Zuazo: y ſi la mayor no los tuuiere de la ſegunda.* Nam quidem non con-
1 ſtat dictũm Michaelem morruum † ſed eũ viuere vſque ad centũ annos præſumitur, vt traditur *in l ſi C. de ſacroſ. Eccl. gl. ſ. Bart. & DD. in l. 2. §. ſi dubitetur. ff. quemad. teſtam. appe.* & paſſim habetur, cuius mors probãda erat, prout ſtabilitur *in l. 14. tit. 14. p. 3.* & tradunt *DD. in d. §. ſi dubitetur. & in l. ſi quidem, C. ſolu. matrim. & alibi ſæpè.*

Rurſus prædictorum ius inſtruitur, quia & ſi Michaelis mors conſtaret, tamẽ dicto teſtamento hæc adſunt verba. *Y ſi no vuiere hijos el hijo mayor de mis ſobrinas hijas del dicho Martin de Zuazo, y ſi la mayor no los tuuiere de la ſegunda.* Et ſubſequenter hæc immiſcentur verba. *y deſta manera por la linea derecha maſculina deſciendan, e ſuccedan los deſcendientes del dicho Miguel.* & cũ hæc
2 verba præcedentibus non cõueniant † errorem cõtinere comperitur ex *l. 4. §. toties, & illic Bar ff. de damn. infect. optimus text. in l. cum pater, §. cum imperfecta, ff. de leg. 2.* ibi. *Ita demum verbum fideicommiſſi, aut legati, quod præcedit, vel ſequitur ad communionem aſſumitur, ſi dicto ſcriptum congruat, text. etiã in l. vnum ex familia, § pen. ff. eod. tit. traditur in c. cum venerabilis, & inibi gloſ. de relig. domib. vbi DD. Bal. in l. ſi vnus, col. fi. ff. de lib. & poſth. Ant. in c. ex literis, de fid. inſtr.* & ob id *Bal. in l. ſi quis ex argentarijs, §. ſi initium,*
3 *col. 1. ff. de eden.* cenſet † ſcriptum non poſſe dici, quod non habet ordinatã conſequen-
4 tiam † ex extremis .n. media percipimus, & principia medijs, & media fini correſpondere debent, vt notatur *in l. ſ d & ſi, ff. de hæred. inſtit.* & media ex ſequent. & precedent. exponũtur, *ff. de leg. 1. l. ſi ſeruus plurium, §. fi.* & traditur *in l. ille, à quo, §. ſi de teſtam. ff. ad Trebel. & tex in c. inter dilectos, de fid. inſtr.* quem *ibid. Abb. col. 3. verſ. nota. ibi, nõ erat ſpatium* ad hoc notat, quod ex qualitate extremorum de medijs præſumitur, & ait ad idem eſſe optimam *gl. in c. accedẽs de conuer. coniug. tex. in c. per tuas de cond. ap.* & ſat dicta verba, *y deſta manera*, dictum errorem inſinuãt, ſiquidem ipſa verba, *deſta manera*, declaratiua præcedentium ſit, *l. qui ſeruum, §. 1. verſ. hoc genere, & inibi glo. ff. de*
5 *interrog. act.* † error .n. etiam inditijs probatur, ſeu præſumptionibus notatur *in l. in tempus, §. fin. de hæred. inſti.* & illic *Bal. Ang. Imol. ex l. Imperator, ff. de leg. 1.* conſtatq; de ipſo errore, ex alijs verbis dicti teſtamẽti,

quia

6 † quin & ipſe error ꝓbatur ex verbis, quę dictus teſtator extra teſtamētum dixit, vt conſtat in l. quotiens, §. 1. ff de hæred. inſtit. quem ad hoc Bart. citat l. cum proponebatur, prope fin. ff. de leg. 2. idem Bart. in l. ſi quis in fundi vocabulo, co. 2. verſ. 2. quæro, ff. de leg. 2. DD. in l. ſi librarius, ff. de reg. iur. & in l. hęredes palam, §. ſi quid poſt. ff. de teſtam. & quę idem Bart. ſcribit in l. 2. in princ. col. pen. ff.
7 de vulg. & pup. & † hæc voluntas, quæ ex dictis extra teſtamentum percipitur, duobus teſtibus probari poteſt, ex l. vbi numerus, ff. de teſtib. & eſt ad hoc notabilis gl. in l. hæredes palam, §. ſi quid poſt in verb. poſſe, ff. de teſtam. & Bar. in d. l. 2. col. antepen. & in d. l. hæredes palam. §. ſed ſi nota. ff. de teſtam. poſt Old. in conſ. 297. Domina, col. fin. verſ. ad ſecundam. & tenet Ang. in l. precibus, C. de impub. & al. ſubſt. & Socin in conſ. 37. viſo teſtamento, n. 7. verſ. præterea, lib. 3. & Alex. in conſ. 100. viſa parte, col. 2. lib. 4. poſt Bal. in l. errore, C. de teſta. & latè Capic. in dec. 182. in cauſa, n. 14. & 15. & nos in l. 3. Tauri n. 813. & Alu. Vulaſ. de iu. emph. 1. p. q. 7. n. 38. verſ. & exceptione dictis inſurgit. De quo errore
8 etiam ſat conſtaret † ſi aduerſarius exhibuiſſet prothocollum dicti teſtamenti. ex traditis in l. ſi. C. de fid. inſtru. nam error ex prothocollo probatur, vt in auth. de tabell. § pe. colla. 4. Bart. in l. Sempronius Proculo, ff. de leg. 2. & in d. l. ſi quis ex argentarijs, §. prætor ait, ff. de eden. & illic latè recentiores, ad quod & videndus eſt Bal. in conſ. 307. proponitur per tot. lib. 5. vbi notabiliter loquitur in propoſito. & tradunt DD. per tex. ibi in d. l. ſi Librarius, ff. de reg. iur. & alibi ſæpè.

Cùm igitur de dicto errore conſtet, in toto dicto teſtamento nulla aduerſarij adinuenitur ſubſtitutio: & ſubſtitutio dictæ
9 D. Catherinæ tutiſſima manet † cui non poteſt nocere error ſcriptoris, ex d. l. errore C. de teſt. l. ſi fortidianum, C. de leg. & in d. l. ſi librarius, & ſingulariter Bald. in d. conſ. 307. col. 2. in verſ. in contrarium. conſtat enim, quod cùm in dicto teſtamento dicitur, Del dicho Martin. debeat dicere, Del dicho Mi-
10 guel, & cum † de corpore cōſtet minimè error, dictæ Catherinæ pręiudicat, & eſt ac ſi in dictis verbis, Del dicho Martin. Dictū eſſet, Del dicho Miguel. d. l. errore, & in l. ſi in nomine, C. de teſ. & in §. ſi quis in nomine, inſtit. de leg. tex. 6. p. tit. 3. l. 13. ibi, Mager erraſe en el nombre, o en el ſobrenombre del, valdria lo que ordenaſſe. y mandaſſe, ca por tal yerro como eſte no ſe tuelle la verdad, idem & ſancitur in l. 9. tit. 9. ead. 6. p. ibi. Mager erraſſe el teſtador el nombre de aquel, a quien hizieſe no empeze el tal yerro, no embarga porende la

11 manda. & dicti teſtamenti verba † ſunt ad concordiam reducenda, c. inter dilectos, de fid. inſtr. l. non ad. ff. de cond. et demonſt. cum alijs, de quibus Moder. in l. pacta nouiſſima, C. de pact. et in l. 1. in princ. ff. ne quis eum, in quo loco DD. in omni diſpoſitione loquūtur, & abundè Dec. in l. ſi idem cum eod. § fi. in fi. ff. de iuriſd. omn. iud. Alex. in conſ. 141. viſo teſtamēto, col. 3. verſ. aut oportet, lib. 2. Dec. in conſ. 95. col. 2. & in diſpoſitione teſtamētaria, inſignè tradit idem Dec. in conſ. 337. in caſu propoſito, col. 1. n. 2. et in conſ. 391. in caſu propoſito, col. 2. poſt Iaſ. in conſ. 38. tota præſens, col. 1. et 2. lib. 1. et faciunt, quę ſupra citauimus in conſ. 2. in cauſa, nu. 60. 61. et 66
12 & ſemper † illa interpretatio admittenda eſt, qua contraria conciliantur, ut traditur in l. ſi finita, §. illud, et ibi DD. ff. de dam. infe. et in cap literas, de reſt. ſpol. cum alijs à nobis ſupra citatis in d. conſ. 2. num. 86 quæ concordia ſic in dicto teſtamento penſitata prorſus aduerſarij prætenſionem excludit.

Ex quibus, & ſuboritur, quòd hæc verba dicti teſtamenti, Y ſino uuiere hijos el hijo mayor de mis ſobrinos. Non quidem referenda ſunt ad ipſum Michaelē: ſed tantum ad eius filium maſculū, de quo proximè teſtator fuit loquutus: itaq; ſubſtitutio filio maſculo primogenito d. Michaelis & nō d. Michaeli, cui ſi fieret verbis inferiori-
13 bus aduerſaretur † verba .n. inferiora ad proxima pręcedentia tantū ſunt referēda, & non ad remota: eo præcipuum caſu, ſi ex ipſa relatione ad remotiora aliqua correctio, ſeu contradictio ineat. vt in l. ſi quis à filio, & ibidem gloſ. in verb. dumtaxat. ff. de leg. 1. & in d. l. ſi idem cum eodem §. fi. ff. de iuriſdi omni. iudi quo in loco, Dec. ad finem egregiè loquitur, & Iaſ. in l. 1. col. 2. in 1. & 2. limita. C. de libe. præteri. facit tex. notabilis in l. 2. ff. de ſta. homi. cum alijs, de quibus doctores in c. cùm dilecti de dona. Nec ſequens
14 clauſula † ad ea quę nam ſpecialem habent determinationē eſt referenda, vt notatur in l. talis ſcriptura. ff. de leg. 1. doctores in d. l. 1. C. de libe. præte. tex. in d. cap. cùm dilecti. de donatio. cum ſimilibus, de quibus meminit Card. Pariſ. in conſ. 36. circa primum num. 20. & ſequentibus lib. 2. & Hieronym. Grat. in conſ. 16. viſis. n. 6. & ſequentibus lib. 1. & ſi in contrarium plura citet idē Grat. in conſ. 5. n. 64. & ſequentibus lib. 2. & Aym. Graue, in conſ. 326. num. 14. lib 2.

Quid plura ſi dicta verba, prout non intelligerentur, verba quibus dicta Cathe-
15 rina ſubſtituitur † ſuperfluerent, inefficaciaquè eſſent, contra l. quotiens. ff. de verb. oblig. & in l. quotiens in actionibus. ff. de reb.

dub.

Digitized by Google

*dub.* diuerſoque cēſeretur iure idem teſtamentum.*ff. de vſucap. l. eum qui edes*, cum ſimilibus quæ *Deci.* congerit *in conſ.* 504. *in caſu occurrenti col.* 2. *num.* 6. & facit, *tex. in l. hac conſultiſſima.* §. *ex imperfecto. in fine. C. de teſtamen.*

Et ſi dicatur, quòd nulla diſcriminis ratio magis excogitari poteſt, quando ſubſtitutio Michaeli fit, quam cùm fit eius filio maſculo; dici poteſt, ſatis eſſe quòd ſic teſtator voluit, *ex l. in conditionibus. ff. de nupt.* §. *d. ſponſat. colla.* 4. *cum ſimilibus*, nec in
16 teſtantium diſpoſitionibus † rationem aſſignare neceſſum eſt: ſed ſufficit pro ratione voluntas, vt tradit in *l.* 1. §. *primo verbo pueri m. ff. de poſtular. & ibid. Angel. & DD. & modern. in cap. ſi quando. de reſcript.* ipſaq; conditio pro cauſa habetur *l. à Titio.* §. *nulla. & illic Bartol. ff. de verb. obliga. cum ſimilib. de quibus meminit Deci. in conſ.* 89. *viſo puncto col.* 3. *verſic. tertiò allegata, & alibi ſæpè.*

Præterea dicta Catherina præponenda eſt aduerſario in ſucceſſione, ſiquidèm ipſa Catherina ſubſtitutionem expreſſam caſus contingentis edocet: & aduerſarius non, ſed verba tantùm pro ſe fert alio in caſu contingenti loquentia; nam quidem
17 caſus †, deciſioq; in terminis caſui alia in ſpetie loquenti præferri debet. *l. vxorem.* §. *codicillis. ff. de leg.* 3. *l. legatorū.* §. *qui plures. ff. de leg.* 2. *& inibi Pau. Caſt. reg. gen. de reg. iur. lib.* 6. & notabiliter *Moder. in l. ſed & ſi quis* §. *quæſitum. ff ſi quis cautio. cum ſimilibus citatis à Ioan. de Neuiza. in ſua ſilua nuptiali. char.* 22. *col.* 4. *in* 8 *limita.* quibus & condu-
18 cit, † quia conditio voluntaria, ſpecificè in forma, eſt adimplenda. *ff. de condit. & demonſtra. l. Meuius, cum alijs de quibus Bart. & DD. in dict. l. Gallus,* §. *& quid ſi tantum colum.* 3. *ff. de liber. & poſthu. Deci. in d. conſ.*
19 89. *viſo puncto, colum.* 2. & ob id † de ſimilibus ad ſimilia in conditionibus voluntarijs non proceditur, vt ait *Bart. in d.* § *& quid ſi tantum, & Dec. in d. conſ.* 89. *col.* 3. Præter hoc, quòd caſus abſimiles ſūt, nōq; ſimiles *ex glo. in cap. non poteſt. de præbend. lib.* 6. *in verb. cura ex iurib. inibi ab ea citatis*, & tradunt *DD.* abundè *in cap. translato. de conſtitut. Imol. in l. Lutius. col.* 7. *ff. de hæred. inſtituen.* & argumentum à ſimili fallax eſt, vt probatur *in authent. de inſtrum. cau. & fid.* §. *ſi vero. colla.* 6. *& Albert. in eius dictionario. in verb. argumentum col.* 2. *& moder. in d. cap. translato.* & alibi ſæpè traditur.

Sanè, & aduertendum eſt pro dicta D. Catherina, quòd illa poſtremò eſt ſubſti-
20 tuta † nam vbi teſtator contraria in teſtamento diſponit, poſteriori teſtantis voluntati, & diſpoſitioni eodem teſtamento confectæ ſtandum eſt: vt vltima prior cēſeatur mutata *l. ſi mihi & tibi.* §. *in legatis. ff. de leg.* 1. *l. tutor datus,* §. *fin. ff. de teſtam. tutel.* cum alijs quæ ad hanc rem congerit *Deci. in conſ.* 317. *viſis col.* 2. quibus accedat *tex. in l. ſicut. ff. de adimen. leg.* & quæ inibi *gloſ.* citat. & *inſtitu. de leg.* §. *fi.*

21 Nec huic rei tunc oberit † *tex. in l. quotiēs ff de vſufruct.* qua conſtitutum eſt, quòd ſi Titio, & Meuio vſusfructus relinquitur, ita quòd eo alternis fruātur annis, quòd priori anno Titius vſufructu potietur: at Meuius ſecundo, quia primo nominatus prædilectus cenſendus eſt.

Tùm, quia in *d. l. quotiens* coniunctim Titio & Meuio legatur vſusfructus, ita vt alternis vtantur annis, verum in præſentia diuerſis orationibus dictarum partiū ſubſtitutio efficitur: & ob id vltimæ diſpoſitioni ſtandum eſt. ſi error prædicto teſtamento minimè adſit.

Tùm etiam, quia in caſu *d. l. quotiens.* nulla repugnantia (prout in noſtro caſu) reperitur.

Tùm item, quia in caſu *d. l. quotiens.* ambobus legatum teſtator præſtari voluit: verùm hic vni tantùm.

Præterea in caſu *d. l. quotiens.* non quidem expreſſum eſt, quis prius vſufructu ſit fruiturus: & ita *inibi* de teſtantis voluntate declaranda agitur. at *hic* tractatu de voluntate expreſſa exponenda.

Tùm, quia in caſu *d. l. quotiens.* non ita ſecūdus legatarius damnificatur, ſicut hic dicta Catherina: ſiquidem de ea omninò excludēda agatur, & vt traditur *in l. ſi quis teſtamento.* §. *apud Iulianum. ff. de leg.* 1. *&* illic *Iaſ. nu.* 5. prædicta ſanctio *l. quotiens.* loquitur, cum ſecundo legatario ius non aufertur: ſiquidem vſufructu ſecundo anno vti valebit: at ſecus ſi alterius tolleretur ius, ſi primo nominatus admitteretur, quod & conſtat, quia vbi agitur de annullando, nominationis ordo minimè attenditur. *ff. de pecul. leg. l. quidam.*

Tùm, & quia *d. l. quotiens* in dubio obtinet vt inibi conſtat, & aduertit *Iaſ. in d.* §. *in legatis*, at ſecus erit ſi de cōtrario conſtiterit: & ſecundò nominatus in ſucceſſione à teſtatore prædilectus appareat ex traditis *ibi* à doctor. eſt *textus* inſignis *in l. nec enim. ff. de ſolut.* quem *ibid. DD.* ad hoc
22 expēdunt † quòd nominationis ordo nequaquàm attenditur, ſi de contraria teſtantis voluntate conſtet. ex quo *tex.* nuncupatim ſic *Rip.* temperat. *d. l. quotiens. in l. ex*

Dd facto

Digitized by Google

facto.§.ſi quis rogatus,num.11.ff.ad Trebell. optimus tex.in l. quidam teſtamento. ff. de pecul.leg. & traditur in l.ſi is qui duas.ff.de excuſat.tuto.& inibi Alberi. & tex.in l.cum pater,§. fidei tuæ.ff. de leg. 2. ibi: Nam ordo ſcripturæ non impedit cauſam iuris, ac voluntatem. Et tradit Alex.in conſ.161.viſis. col.fi. num.3.lib.7.quo loco ait, dictam.l.quoties, cùm de teſtantis apparuerit voluntate,ſeù mente contraria non procedere, nam voluntatis, & intellectus ordo non ſcriptura curatur.ex notatis in l.2.§ ſi prius ff.de vulg. & pup. & abundè Curt.iuni.in conſil. 161. præſupponitur.nu.10.& Card.Paul.Pariſi.in conſ.31. ad corroborationem. num.9.lib.3. quibus & accedant verba Bald. in l.ſi quis hæredes ita.ff de verb.oblig.ſi conſtat de voluntate non curatur de ordine.Et hic illum ſummat tex. ordo loquendi non ſignificat ordinem ſuccedendi, & adde quæ nos trademus infra in conſ.29.num.83. Et teſtibus etiam probatum eſt, maiori dilectione dictam Catherinam affectam, quàm aduer-
23 ſarium † quæ dilectio ex dictis extra teſtamentum percipitur.l.quotiens.§.1.de hæredi.inſti.& in d.l hæredes.§.ſed ſi notam ff. de teſtam.Bart.in 2. in fine principij. ff.de vulg. & popul.Soc. in d.conſ.3. viſo teſtamento domini num.7.verſ.præterea lib. 3. & Lauren. Calca.in conſ.8.col.4.& Alexan.in conſ.100.
24 col.2.poſt medium lib.4.Et † teſtibus etiam ſingularibus teſtantis declaratur voluntas vt voluit Old.in conſ.297.domina.col.fin. & idem conſuluit Alexan.in conſ.4. attentatis narratis nu.11.lib.7.& Zaſi.in conſ.1. pag.6. & tenet alii quo memini in rep.lib.3.Tauri nu.813.in fine, & ibi dictis adde videndum Aym in conſ.7. dicendum. nu.33.lib.1.et ſi contrarium teneat Paul.Caſtre.in conſ.137. in cauſa quæ vertitur Pergami nu.2. in fine lib.2.

25 Inſtituuntur hæc † quia vbi dubitatur, quis vocetur ex teſtantis diſpoſitione, ille vocatus exiſtimatur,qui magis à teſtatore diligitur ff.de leg.1.ſi ſeruus plurium, §.fi. & ff.de reb.dub.l.ſi fuerit, & notat Anchar. in conſ.17 col.3.notatur in l.ſi teſtamento, ff. de vulg.& pup.& ibi Albe. text.in l. Publius
26 §.fi.ff.de cond.& demonſtr.Nec † teſtantiũ diſpoſitio in fauorem eorum quos odio habuit interpretãda eſt,l. Lutius §. Lutius Titius damam ff.de leg.2.l.3.§.fi.ff.de adim.leg. cũ aliis infra allegandis. Nec veroſimile eſt, teſtãtem ad commodum illum nominaſſe, quem minimè diligerit,l.ex duobus, §.filiũ, & ibid.Paul.Caſtr.col.1.ff.de vulg. & pupil.
27 † nec teſtantis diſpoſitio ita interpretãda eſt, quod minus dilectus magis dilect. i...

ſucceſſione præponatur, vt probatur in l. Publius,§.fi.tradunt DD.poſt gloſ.in l.ſi mater,ff.de vulg.& pup.Moder.in l.1.ff.eod tit. & in l.cùm proponas,C.de hæred.inſt.& inſigne Alex.in conſ.93.aliàs conſultus,col.3.lib. 3.verſ.præterea copulatiua,quò in loco hoc adeo obtinere ait,quod verum eſſe cenſet, & ſi diſpoſitionis verba improprientur,idẽ & conſuluit idem Alex.in conſ.125.attentis verbis,co.pen.& fin.lib.5.citans Bart.in d.l. Gallus,§.etiam ſi à parente.Et ita cum dicta Catherina fuiſſe magis dilecta conſtet,in ſui fauorem ſentẽtia eſt ferenda, & contra
28 aduerſarium † nec d.l.quotiens citari valet, ſiquidẽ eius diſpoſitio ex eo obtineat,quia primò nominatus magis dilectus cẽſetur,
29 Demum nec † d.l.quotiens,ſubſiſtit,cum circumſcripto ordine, lex in contrariũ aliquid conſtituit,vt in d.l.cum pater, §.fidei tuæ,& in d.l.nec enim,& illic Alberic.

30 Quibus omnibus,& alludit † gloſ.in l.in teſtamento,ff.de fideicomm.liber. & quod per eam Iaſ.tenet in d.l.ſi mihi,& tibi,§.in legatis,vbi etiam citat Rom.tenentem, quod ſi poſteriori diſpoſitione perſona dilectiſſima teſtatori nominatur, vim habet clauſulæ derogatoriæ etiã in præcedenti diſpoſitione collocatæ.

Denique & ſi iuxta prædicta aliquid eſſe dubium(vt inficiamur)poſſet,pro dicta Catherina eſt iudicandum.

31 Primò,quia poſſeſſor eſt, † & rea, cui ob id iura notiſſima fauent. maximè l.fin. C.de rei vend.& l.28.tit.2.p.3.& quia cum aduerſarius ſit actor,dubia probatio non releuat de probat.c.in præſentia, C.vnd.cog. l.non bo ,l.veteribus, ff. de pact. quin & modicus exceſſus in actore illi victoriam nequaquam præſtat, ex iuribus, quæ ad hoc Abb.expendit in c.ex literis,de probat.col.1. Tertiò,quia in dubio diſpoſitio de odioſis non eſt intelligenda,vt in d §.Lutius Titius damam,cuius meminit Iaſ.in l.ſi ab hoſtibus §.ſi vir vxori,nu.2.ff.ſol matrim.poſt Alex.in conſ.213.nu.4.lib.6.& Io.Lez.in tract.de primogen.lib.3.q.4.nu.7.& 8.& Greg.Lup.in l. 2.in ver. Seyendo home para ello,col.1.tit.15. p.2. & plenè Deo duce alibi de illo textu mẽtionẽ faciemus. Quartò, quia aduerſarius produxit dictam ſcripturam teſtamenti, & ob id, etiam in dubio aduerſus illũ eſt explicanda,tex.in d.c.inter dilectos, de fi. inſtr. & inibi Bald.col.pen. Alex. in conſ.126.viſo proceſſu,col.fin.lib.7,& alibi ſæpè. Quintò, quia dicta bona ſunt data in dotem dicto Petro de Herrera,& in dubio dotis fauore pronunciandum eſt, l.in ambiguis, ff.de iur. dot.l.fi.C.de dot.promiſ.l.1.ff.ſol.matr. c.fin. de re

Digitized by Google

*re iud.* Et quia ſat ſic (vt explicuimus) ipſe
32 teſtator declarauit † cuius declarationi
ſtandum neceſſe eſt. *ff. de leg. 2. l. ſi quis ſeruum §. ſi inter duos, & inibi doctores, & palam Bald. in authent. n quibus, col. fi. C. de ſecund. nupt. & Ioan. Lup. in l. 45. Taurinarum ſanctionum num. 15. &* 17. Et his ſatius dictæ Catherinæ fulcirum manet, in cuius fauorem poſtea pronunciatum fuit.

*Marcus Salon de Pace Burg. Legum Doctor.*

# ADDITIO.

NVm. 1. *Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 49. per totam, Reg. Valenz. conſ. 17. num. 52.*

Nu. 2. qualiter error probetur vltra, *Marcell. Fortun. de verit. et error. 2. p. 2. mem. nu. 1.* qui plures allegat *Maſcar. de probat. concl. 636. cum ſeq. Marcell. Calà de modo articul. gloſ. vn. §. 2. nu. 574. et ſeq.* & maximè quando alitèr fuit dictum, & alitèr ſcriptum; *idem Maſcar. concluſ. 645. num. 22.*

Num. 4. *Barboſ. in opuſc. princip. iur. lit. M. num. 19.*

Num. 5. *Farinac. de falſit. q. 156. num. 111. cum ſeq.*

Num. 6. late *Maſcard. eo. tract. concl. 643.*

Num. 7. *Maſcard. ibidem num. 5.*

Num. 6. ſimiliter ex proceſſu, *Cornaz. dec. 170. num. 13.*

Num. 9. ſic error Iudicis non nocet partibus, *Magon. deciſ. Lucenſ. 18. ſub n. 2 r.* ita, & error Notarij nemini nocet, *Farinac. de falſit. q. 156. nu. 82. Turrett. de codicill. q. 7. num. 5. & q. 16. nu. 25.*

Num. 10. *Cornaz. an. deciſ. 39. num. 4.*

Num. 11. *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 2. per totum,* & qualitèr facienda ſit, docet *Mareſch. var. reſol. lib. 1. c. 45. num. 15.*

Num. 13. *Borgn. deciſ. 1. num. 29. p. 1. deciſ. 27. num. 72. par. 2. deciſ. 25 num. 15. & 17. par. 5. Rimin. ſen. conſ. 259. num. 14. vol. 2. conſ. 496. num. 28. vol. 3.*

Num. 14. *Barz deciſ. 121. num. 31.*

Num. 15. regulariter verba non debent eſſe fruſtra appoſita, & ſine effectu operandi, *Maſcard. de probat. concluſ. 1165. num. 48.*

Num. 17. deciſio in terminis, & ſic in ſpecie præualet communi opinioni, & regulæ in genare, & tollit argumenta, & coniecturas, *Borgn. deciſ. 28. nu. 49. p. 2. deciſ. 44. nu. 39. & 40. p. 1. deciſ. 15. nu. 3.*

Num. 18. latè *Barboſ. in eo. opuſc. princip. iur. lit. C. nu. 33.* vbi alios allegat.

Num. 19. vide *Euerard. in topic. loc. à ſimil.*

Num. 20. *Mantic. de coniect. vlt. volun. lib. 12. tit. 1. num. 26.*

Nu. 21. vide citatos per *Alph. collect. 615.*

Num. 22. *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 13. nu. 11. & 12.*

Num. 23. ad hoc vide relata per *Aluarad. de coniect. mente defunct. lib. 4. cap. 3. & lib. 3. cap. 1.*

Num. 24. *Maſcard. de probat. concluſ. 486.*

Num. 25. vocatos ex teſtamento acquiritur fuiſſe prædilectos ex præſumpta mente teſtatoris, *Iacob. Gallus conſ. 95. nu. 3.* qui *in conſ. 20. nu. 10.* paritèr tradit, quod prius vocatus à teſtatore ad ſucceſſionem, cenſetur prædilectus, *Reg. Valenz. conſ. 23. num. 36.*

Num. 26. ſic pariter dilectio non præſumitur in eos, quos futuros nobis affines ignoramus, *Iacob. Gall. conſ. 20. n. 8.* Ideo dilectus minus à teſtatore non præfertur magis dilecto, idem *conſ. 45. nu. 13.* ex quo magis dilectus non debet eſſe deterioris conditionis, quam minus dilectus, *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 5. num. 5.*

Num. 28. conferunt addita ſupra *nu. 25.*

Num. 30. vocatus poſteriori diſpoſitione in actu variabili eſt præferendus, *Reg. Valenz. conſ. 63. num. 101.*

Num. 31. *Borgogn. deciſ. 5. num. 64. par. 3.*

Num. 32. declaratio vltima, facta per teſtatorem primo lagato, vel teſtamento dubio attendi debet, *Borgn. dec. 31. nu. 27. p. 3.* etenim voluntas taſtatoris redditur certa per eius declarationem, per interpretationem legis, & per diſputationem, *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 2. num. 9.*



Digitized by Google

# SVMMARIVM

1 Debitor non liberatur alicui ſoluendo poſt prohibitionem ei factam à ſuo creditore.

2 Pactum initum inter creditorem, & debitorem, quod tertio quantitas certa ſoluatur mandati vim habet, mutari quæ poteſt.

3 Intellectus, l. aliud, ff. de ſolutionib.

4 Solutioni quando quis adiectus dicatur, vt reuocari tale mandatum ſolutionis non poſſit. Et fere per totum conſilium.

5 Intellectus, l. 3. C. de nouatio. & num. 8. & inibi late quãdo cedens alteri actiones ſuas poſſit debitum exigere.

6 Dicta l. 3. C. de nouation. an procedat in ſimplici procuratore.

7 Solutio quod non poſſit fieri vni ex illis, cui alternatim ſcriptura exprimitur, an operetur partis debiti perceptio.

9 Soluendi alicui facultas conceſſa, non tranſit ad eius hæredes.

10 Minori læſo in contractu competit reſtitutio in integrum. Et inibi intra quod tempus competat ei talis reſtitutio.

11 Authent. ſacramenta puberum, C. ſi ad vervendit. (ſecundum magis communem) non procedit data enormiſſima læſione, & plenius num. 16. & 21.

12 Iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis.

13 Dolus re ipſa adæquatur dolo ex propoſito.

14 Dicta authent. Sacramenta puberum, non procedit extante dolo.

15 Iuramentum debet habere tres comites, ſcilicet, iuditium, veritatem, & iuſtitiam.

17 Abſolutionem à iuramento non tenetur petere minor enormiſſima læſus.

18 Enormiſſimæ læſioni non poteſt minor renũciare.

19 Clauſulæ appoſitæ in inſtrumentis de ſtylo tabellionum non ſunt conſiderandæ.

20 Reuerentia patris ſimul cum læſione enormiſſima ſufficit ad reſciſionem contractus.

22 Geminatio actus non tollit remedium enormiſſimæ læſionis.

23 Fructus percipiens ex aliquibus rebus, ad onera ipſarum rerum tenetur.

24 Succeſſorum in maioricatu perſonæ nõ conſiderantur viuentibus poſſeſſoribus.

25 Euenire quod poteſt conſiderandum eſt.

26 Intellectu l. ſi pater puellæ, C. de in offic. teſta. & l. de fideicommiſſo, C. de tranſact.

27 Enormiſſima læſio an excludatur ex perceptione alimentorum, & ſequentib.

28 Donatio remuneratoria non poteſt dici, ſi ex ſeruitijs neceſſe debitis fiat.

29 Alimenta præſtanda ſunt ſecundum patrimonij quantitatem, & perſonarum dignitatem.

30 Contractum quis ſeruare non tenetur, quando aduerſarius quæ promiſſit ex parte ſua non adimplet.

31 Cedens actiones ſuas poteſt eas intentare, quando ceſſionarius ex parte ſua non adimplet contractum ceſsionis.

## ARGVMETVM.

Creditor ſi nulla facta ceſſione iuriurium nec conſtitutione procuratorijs in rem propiam pormiſerit, vt eius debitor ſibi vel Titio ſoluerit ſummam per eum debitam an idem debitori prohibere poſſit ne Titio ſoluat, iuridice fundatur id fieri poſſe.

## CONSILIVM XXVIII.

Dei Optimi Maximi auxilio poſtulato, eiuſque Genitrici Dominæ meæ. Diſſertatur lis inter Marchionem de Gibraleon ex parte vna, & D. Petrum de Zuniga, eiuſq; hæredes, in qua ius dicti Marchionis ex ſequentibus fulciemus.

Et primò, quia in ſcripturis quas dictus Marchio confecit dicto D. Petro minimè ſuas ceſſit actiones: nec ipſum in ſuam rem procuratorem conſtituit: tantum enim in dictis ſcripturis permiſſit, quòd dicto D. Petro eidemuè Marchioni ſeu duci eius patri quinquaginta aureorum millia perſolui poſſint, & talem ſolutionem non impugnaturum iureiurando promiſſit, & dictæ ſolutionis apocham de ſoluendo daturum cauit, quod in hac lite dictus Marchio minime abijcit.

Secundo hoc conſtat, quia, & ſi dicto Petro, vel duci ipſi, quæ Marchio exoluit, edixerit, eùm tamen ipſe Marchio vetare potuit, ne dicto Petro dictorum aureorum ſolutio fiat, adeò quòd ſi poſt prohibitionẽ
1 dicto Petro ipſa ſolutio ſit facta † debitor non liberatur, vt *in l. 6. tit. 14 p. 5. & in l. cùm quis. §. ſi debitor, ff. de ſolut. & in l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle, & in l. aliud. prope finem, ff. eodem tit.* quibus accedit text.

in l. ſi

*in l.ſi cum Corn.ff.eodem til.de ſolutio.* Qua,
2 & in ſimilibus ſtabilitur † pactum initum
inter creditorem, & debitorem, quòd tertio
quantitas debita exoluatur, mandati vim
habet, mutariquè poteſt, vt traditur, *in l.ff.*
*de pact.& inibi Bart.* ait, quòd ſi mihi, & Ti-
tio ſoluturum promiſeris perinde eſt, ac ſi
Titium ad id meum procuratorem conſti-
tuerim: & quòd deinde poſſum vetare, quod
Titio non ſoluatur nec ipſe exigat, citans ad
hoc *textum d.l.ſi cum Corn.* bonus *tex.* ad idé
*in l. vero procuratori,§.ſed & ſiquis, ff. de ſo-
lutio.*
3 Nec his oberit † *tex. in d.l.aliud, ff.de ſo-
lut.* etſi ea cauetur, quòd ſi aliquis contractu
ſolutioni eſt adiectus, ſoluiquè Titio ſit pro-
miſſum, quòd Titio ſolui etiam me vetante
poſſit.

Tum, quia loquitur quando debitor plus
vult Titio, quàm mihi ſoluere, quod in hoc
negotio minimè contingit.

Tum, & quia, *d.l.* aliud loquitur, quando
debitoris fauore prouiſum eſt, Titio perſol-
ui, *vt hic* nec factum eſt, vt *Bart.Imol.&c.*
conſiderat *in l hoc iure,§.ſi quis dederit, ff.de
donat.* quia in lege probatur, palam, *Bart.in d.
l.ſicum Corn.*

Tum etiam, quia *d.l.aliud* loquitu; cum
Titio ſolui ſtipulatione ſoluitur: ſecus ſi à
creditore Titió exolui ſit permiſſum; & tunc
à creditore vetari ſolutionem poſſe ſancit.

Tum item, quia *d.l.* tunc locum habet,
cùm Titio tempore obligationis contractæ
ſolui promittitur: at ſecus ſi poſt, vt conſtat
*ex Bart.in d.l.aliud,& Doct.in l. ſi vero pro-
curatori,§.1.ff.eodem tit.*

Tum, quia ante ſolutionem lis in præſen-
ti conteſtata eſt, in qua ipſe Marchio ſibi
exolui petit, quo caſu ceſſat, *& d.l.aliud,* ve-
tariquè poteſt, ne adiecto ſolutio fiat, *ex d.l.
ſi ſtipulatus fuere decem in melle,& ſic Bart.*
tenet *in d.l.alud,& in d.l.ſi vero procuratori,*
4 *§.1.tex.5.p.tit.14.l.5.* Deniq; † tūc ditur quis
ſolutioni adiectus, ita quòd reuocari non
poſſit cùm quis ſibi aut Titio ſtipulatur: at
ſecus ſi ſibi pecuniam Titio reddendam ſti-
pulatur, quia in tali caſu, non erit adiectus
poteſtquè inhiberi ne Titio ſolutio fiat, vt
inſigniè tenet *Angel.in d.l.ſi cùm Corn. ex l.
C.ſi mancip.ita fue.alien.* & ſat conſtat *ex d.
l.5.tit.14.p.5.* Sed in præſenti dotis promi-
miſſio dicto Marchioni facta eſt, & debito-
res ſe dicto Marchioni eiuſque patri ſuo no-
mine dictos aureos ſoluturos, aut dicto Pe-
tro obligatione dictis ſcripturis aſtringun-
tur.

Tertio, & hæc ex alio manifeſta fiunt,
quia vt conſtat ex dictis ſcripturis, dictus
Marchio in eis non quidem dicto Petro a-
ctiones cedit, nec illum in rem ſuam procu-
5 ratorem conſtituit † ex quo confeſtim ſubo-
ritur, *tex.in l.3. C.de nouat.* hoc in negotio
non ſebſiſtere: qua lege ſancitur, quòd cedēs
alteri actiones ſuas, quòd Dominus poſt
ceſſionem debitum exigere non poteſt, niſi
in tribus caſius, quorum inibi fit mentio, &
eorum eſt vnus, quando ceſſionarius par-
tem debiti exegerit, vt hic dictus D. Petrus
exegerit. Siquidem *d.l.3.* obtinet, cùm actio-
nis ceſſio facta eſt; at non habet locum in
ſimplici procuratore à Domino conſtituto,
prout fuit dictus D. Petrus in dictis ſcrip-
turis à dicto Marchione. Quo fit, quòd, &
poſtquàm dictus D. Petrus prout ſimplex
procurator debiti partem exegit, non con-
tradicente prædicto Marchione, reſiduum
debiti poterit habere *l. poſt litem, & l.ante
litem, ff.de procur.* & ita priuatim dictam *l.*
6 *3.gloſſ.* illic explicat. & quòd in ſimplici †
procuratore minimè ipſa *l.3.* ſubſiſtat, a-
ctionis ceſſione non facta, & illic communi-
ter ſcribentes maximè *Salic 4.oppoſ.* eſt op-
timus *text. in d.l.aliud prope fin.* quibus ac-
cedat *tex.in l. ſi cùm decē mihi in princ. ff.de
ſolut.* quo ſancitur, quòd ſi mihi, aut Titio
decem dari ſtipulatus ſim, quòd ſi debiti par
tem exegerim, quod reliquum adiecto ſolui
7 poterit, & ita inibi conſtat † partis debiti
perceptiorem nequaquàm operari, quòd
ſolutio fieri non valeat vni ex illis, cui alter-
natim ſcriptura exprimitur, quòd fiat ſolu-
tio, quem *tex.Bart.* appendit *in d.l.aliud, &*
traditur *in d.l.cùm decem,* quibus fauet *text.
in l.qui hominem, ff.de ſolutio.* Et quæ notan-
tur *in l.facta §.ſi hæres. ff.ad Treb.* Verum *d.*
8 *l.3.* tantùm † loquitur, quando actio ceſſa
eſt: & non verbis alternatiui, vt ex eodem
text. conſtat.

Proinde, & ius dicti Marchionis ex alio
9 conſtat † quia facultas adiecto ſoluēdi, non
tranſit ad eius hæredes, *ff.de ſolut. l.ſi ſtipu-
lat.& ff.de verb.oblig.l.cùm quis,* & dicti D.
Petri hæredes etiam ex hac cauſa non po-
terunt prædictum reſiduum petere.

Præterea, & ex alio iuſtitia dicti Marchio
nis inſtruitur, ſiquidem enormiſſime læſus
fuiſſet: præcipuum ſi ex dictis ſcripturis di-
cto D. Petro ius ita quæſitum fuiſſet, quòd
dictam dotem dicto Marchioni promiſſam
exigere valeret, cùm iuris notiſſimi ſit, ip-
ſum Marchionem dictæ dotis dominum eſ-
ſe *l.doce ancillam.C.de re vendic.* & ad illum
tantum eius exactionem pertinere. *C.de dot.
promi.l.ſi pro te.* & cum prędictam aureorum
ita ingentem ſumma (pro oneribus matri-
monij inſtitutam, *C.de iur.doti.l.pro oneribus*

bus

Digitized by Google

bus l.7.tit.11.part.4.ad idem eſt tex.in l.5.tit.
10 tit.2.p.3.) Amitteret, & ob id † dicto Mar-
chioni, vtpote minori reſtitutio in integrũ
ab eo pet ta concedenda eſt, vt per totum
C. & ff. de integr.reſt. & in cap.1. eod. tit. &
in l.fin.tit.fin. part.6. Quæ, & plus ſancit,
quòd intra triginta annos minor aduerſus
contractum in quo enormiter læſus eſt, ve-
nire poteſt. Et ibi latè tangit *Grego.Lup. &
Pinel.in l.2.C.de reſcin.vend.3.p.cap.1.num.
19.& 20.*

Nec oberit, quòd dictæ ſcripturæ à dicto Marchione iureiurando ſunt munitæ, & ita videtur, quod illis ſtare ſit obnoxius: nequeat quæ reſtitutionem in integrum petere, *C.ſi aduer.vend. authent. Sacramenta puberum.*

Primo, quia quæ hic Marchio petit, non quidem dictis ſcripturis aduerſatur, quando & illis (vt explicuimus) ſit ſtabilitum, quòd & Marchioni ſolutio fieri poſſit.

Secundo, quia ſecundum ſcribentium ma-
11 magis communem placitum † data enormiſ-
ſima læſione *d.auth.* minimè obtinet, & ſe-
cundum hanc ſententiam quotidiè, & Pincia
12 no Regio prætorio iudicatur † quia non
debet iuramentum eſſe vinculum iniquita-
tis, *de iur.iura.cap.ſi verò cap. quanto de eod.
tit. facit text.in l.illicitas in princip.ff de offic.
præſid.cap.debitores; de vſur. cum ſimilibus.*
Et quia ex enormiſſima læſione dolus re ip-
13 ſa enaſcitur † qui dolo ex propoſito adæ-
quatur, *C.de dol.l.qui ſuperſtite, & ff.quæ in
fraud.cred.l.omnes,§.Lucius, & ff. de dol.ex-
cept.l.2.§.planè,* legitur, & notatur *in l.ſiquis
cùm aliter ff.de verb. oblig. cum alijs ibidem
à recentioribus citatis, & à nobis etiam ſupra
in conſ.19.in hac cauſa Gaſparis,num.2.* Quo
fit, vt ait, *Bald.in cap.1.§.item Sacramenta co.
3.verſ.quartò quæro de pact. iuram. firman.*
dolum minori factum præſumi ex eius enor
miſſima læſione: ſiquidem ex facti enormita-
te animi conſilium præſumendum eſt, *ff.de
14 præog.ſtipul.l.fin.* Sed † dato dolo dicta
authent.ſacramenta puberum, minimè obti-
net, vt *eadem authent.* inſinuat, *& in cap.quam
15 uis pact. lib.6.* His, & expectat † quia iura-
mentum tribus comitibus fulciendum eſt:
nempè iuditio, veritate, & iuſtitia, *cap. & ſi
Chriſtus de iur. iuran. cum ſimilibus*, Quæ
quidem minime confluunt extante enormiſ-
ſima læſione: maximè in minore, cuius fra-
gilis ætas plerisque captionibus expoſita
eſt, *ff.de minorib.l.1.*
16 Et in noſtris proprijs terminis † quod
data enormiſſima læſione *d. authent. ſacra-
menta puberum,* locum non habeat, tenet,
*Anton.in cap.cum contingat de iur.iur.n.13.
4. caſu,* cui inibi *Abb. col. 17.* conſentit *Ant.
Anch. ran. in regul. acceſſorium de reg. 41.
lib.6.col.6.& in relect.cap.1.de conſtit.col.&
ſequent.& in conſ.85.viſis, & diligenter, &
in conſ.180.viſa diligenter; col. 3. & in conſ.
39.pro clariori,& in conſ.339.pro maiori col.
pen: Calder.in conſ.8.duæ puellæ de iur.iura.
Cuma.in conſ.180.videtur prima. Anton. in
conſ.45.dominus. Paul. Caſtrenſ. in conſ. 174.
contra ſuperius conſulta facere videntur per
totum lib.1. Abb.in conſ.8. Dante, col.2.lib.2.&
in conſ.107.quatuor lib.2. Barba. in conſ.53.
mihi videtur col.3.lib.2.* (quo in loco, *col.6.*
& in donatione à minore citra cauſam facta
loquitur, & licèt iudicis ineſſet decretum)
tui & ſententiæ, & adſtipulatur, *Cornel.in
conſ.11.in præſenti conſultatione, col.4.& ſe-
quent.lib.3. & in conſ.124. col.2. eodem lib.*
(quo in loco teſtatur, hoc eſſe docentium
commune placitum) *idem Cornel.in conſ.214
viſo puncto, col.2.eodem lib.3.& in conſ.147
omiſſo, col.2.lib.4.& in conſ.258. quamquam
in hac col.3.eod.li.4.& in conſ 189.in præſenti,
col.2.lib.1.& Socin. in conſ 263.cap.1.col.7.
lib.2. Alex.in conſ.89. viſo puncto, & inſtru-
mentis, col.3.lib.2. Iaſon in conſ.160.quidam
nobilis, col.fin.lib.2.& in conſ.133.præſuppo-
nitur in facto, col.3.lib.4.*& inibi col.5.profi-
tetur, hoc eſſe Doctorum commune aſſer-
tum, cui & adſtipulatur eſſe communem
opinionem cenſens, & *Dec.in cap.in præſen-
tia de probation. col.11.& in conſ. 45. quod
ſupra,* (quo & in loco ait, hanc eſſe commu-
nem reſolutionem) *& in conſ.180.viſa re-
nunciatione, col.4.& in conſ. 379. requiſitus,
col.fin. Cur.Iun. in conſ. 53. habita diligenti
col.4.* dicens ibi, hanc eſſe communem opi-
nionem idem, & tenet *ipſe Curt.Iun.in conſ.
141.habita col.2.num.4.* vbi ait hanc eſſe ma-
gis communem opinionem. *Chaſſan.in conſ.
69.quo ad primum num.19. Card.Paul.Pari.
in conſ.12.viſo themate, num.79.& ſequent.
Ripa*, dicens eſſe communem ſententiam
*reſponſ.lib.3. reſponſ. 15.* qui loquitur etiam
quando fit à minore donatio. Firmans etiam
eſſe Doctorum commune iuditium. Et *Ro-
land.à Valle.in conſ.59.reiectis num.25.lib.1.*
Et ſi alij contrarium teneant, vt ſupra vide-
re licet *in conſ.3.in lite & cauſa, num.20.&
29.& ſupra in conſ.5.n.3.& ſequent.*

Et quidem hæc opinio maximam habet equitatem, ne minores ſua bona diſperdant.

17 Nec in hoc caſu † minorem iuramenti
abſolutionem exigere neceſſe eſt. Vt tenet
*Anton.in d.cap.cùm contingat, &* palàm *illic
Abb.Cuman.in d.conſ.180.Dec.in d.conſ.180
col.5.Cornel.in d.conſ.11.col. 6. & in d.conſ.*

258.

2 8.col.fin.& in d.conſ.189 col.4.in princip.
Barba.in d.conſ.53.col.8 idem Barba.in conſ.
21.§ quidem viſo col.5.lib.1. & Iaſ.in d.cõſ.
133.nu.3.& tenet Roland. à Valle in d.conſ.
59.nu.26.& 27.lib.1.& latè Ioan.de Neuiz.
in conſ.21.ſcripſit,num,5.

18 Proinde & dicta ſententia procedit † &
ſi enormiſſimæ læſioni minor renunciaue-
rit,authore Ant.in d.c.cum contingat nu. 17.
in 4.caſu, & illic Abb. col.17. Dec,in d.conſ.
180.col.4. & 5. & in alijs locis, de quibus
meminit Carol.Ruin. in conſ.107. viſo prius
teſtamento,lib.1.poſt Corn.in conſ.214. col.pe.
in medio,lib,3. & in fauorem huius opinio-
nis adducit plura fundamenta Aym.Crauet.
in conſ.192.caſus ita,n.10. Et probatur, quia
eadem facilitate,qua contractum confecit,
eadem renunciauit enormiſſimæ læſioni,
ff.de nouat l.doli,§.idemque eſt, & quæ Bart.
tradit in l.ſi,§ idem quæſit,col.pen.ff.de cond.
indeb cum alijs, quæ congerit Dec. in conſ.
475.in cauſa,quæ Mantuæ,nu.29.& in d.conſ.
180.col.pen.verſ.tertiò nõ obſtat. Præter hoc,
quod dicta verba, ſimileſq. clauſulæ ex ſty-
19 lo tabellionum apponi cõſueſcunt † quare
attendendę non ſunt, vt a t Bart in l.1.ff.
de iureiur.col.3 verſ.præterea, cum alijs, de
quibus meminit Curt.antiq. in conſ. 66. ſa-
pienter, col.7. & in conſ.3. & ſi ſubtiliſſimè,
col.2.verſ.conſideraui.

Verum, & DD. in caſu fortiori loquun-
tur,cum aliquid pro renunciatione minori
præſtatur:at verò in hoc caſu nihil datũ
fuit.

Cęterum & prædicta præcipuum ex alio
locum habent .ſ. quia in parentum fauorẽ
dictus Marchio dictas confecit ſcripturas,
& ita eorum reuerentia id fecit,ſiquidem
aliàs non eſſet daturus,vt iure præſumitur,
ff.de probat.l.cum de indebito. Quid plura
20 † cum hic concurrat parentum dicta re-
uerentia, & enormiſſima læſio ſufficit,vt
contenta in dictis ſcripturis reſcindantur
vt inſignè tenet Paul. Caſtr. in d.conſ. 174.
contra ſuperius conſult.col.1 num,2.lib.2. &
Socin.in conſ.263.c.10.nu.3.& 4. col,2.lib.2.
& Dec.in c.cauſam matrimonij,col.3. de offic.
deleg.Iacob.in l.interpoſitas.col.2. & ibi Cur.
iun.num.13.C.de tranſact.idem Curt. iun.in
conſ.141.diligenti,num 11.col.3.in princ. &
Rip.lib.3.reſpon.in tit.de donat.c.15.nu.8. &
Capic.in dec.159 in cauſa,num.34.& Carol.
Ruin.in conſ.170.de tribus, num,17.lib.1.&
Aym.Craue.in conſ.12.tria.nu.12.lib.1. & ſi
in contrarium plura citet id Aym. in conſ.
14.Ioanna filia per totum conſilium.

21 Et licet aliàs conſuluerim † aduerſus di-
ctam opinionẽ, eſt in caſu, quo nulla ineſt
læſio, vtpotè quod ante religionis ingreſſũ
mulier dote communi ſibi retenta patris
legitimam renunciauit, vt conſtat ex his,
quæ conſului ſupra in conſ.5. in hac cauſa
num.3.& ſeqq.

Aequabiliter nec prædictis refragatur,
quod dictus Marchio complures confecit
ſcripturas:cùm & ſi actus ſit geminatus ea-
22 dem inſit ratio,proindè & quia † actus ge-
minatio non tollit remedium enormiſſi-
mæ læſionis, vt legitur, & notatur in l.2.C.
de reſcind.vendit,& DD.in d.l.ſi quis cum ali
ter,ff.de verb.obligat.& Dec. in conſ.60. viſo
themate,col.fin.Socin.iun.in conſ.50. nu. 20.
lib.2.& Card.Paul.Pariſ. in conſ.89.rationes
num.66. lib.1. Et opinio cõtrarium tenen-
tium non eſt tuta, vt dicit Aym. Craue. in
conſ.114.Ioanna. num. 18. vbi refert plures
docto pro vtraque parte. Et ante eos idem
tenuit Ancha.in d.conſi.339.col.pen.qui etiã
ibi tenet, ex ſcripturarũ geminatione me-
liùs dolum,iniquitatemquè conſtare.

Nec expendendũ aduerſus prædicta eſt;
quòd dictæ ſcripturæ factæ fuerunt pro de-
bito dictorum ſuorum parentũ perſoluen-
do: quod contractum fuit pro redimendo
iure, quod dictus Petrus ad aliqua oppida
ſtatus de Vejar habebat,in quo dictus Mar
chio eſt ſucceſſurus.

Tum quia non conſtat dictum debitum
confectum ad dicta oppida redimenda.

23 Tum etiam † quia eius parentes dictorũ
oppidorum fructus percipiunt: & ob id ad
eos dicta oppida redimere ſpectat,ex tex.in
l.ſecundam naturam,ff.de reg.iur.c.qui ſentit,
eod.tit.lib.6.cum alijs,& ait text.in l.is,qui in
poteſtate,ff.de leg.praſtand. abſurdum quip-
pe eſſe quem hæreditatis commoda exige-
re,& alium hæreditatis onera ſuſtinere.

24 Tum,quia † non ſunt cõſiderandæ per-
ſonæ ſucceſſorum in ſimilibus rebus maio
ricatuum poſſeſſoribus viuentibus, l.ex cõ-
tractu,ff de re iud. & facit l.3. ff.de interd.&
releg.& in l.ſi arrogator. ff.de adoption. cum
alijs, quorum recentiores memores ſunt in
l.filiusfamil.§.diui, ff.de leg.1.

Tum etiam, quia & contingere poteſt,
dictum Marchionem in dicto Ducatu, &
ſtatu non ſucceſſurũ,nec eius filios, eiuſq;
25 parentes ſuperuiuere † nam quidem quod
euenire poteſt,& conſiderãdum eſt, §.illud
inſtit. de rer. diuiſ. l. ſi quis domum, §. idem
quæritur, ff.loca.cum alijs.

Tum quia & parentes dicti Marchionis
quinquaginarij nondum ſunt,& centum
annos viuituros lex præſumit,ex notatis in
l.fin.C.de ſacroſanct.eccleſ.gloſ.& DD.in l.2.
§.ſi dubitetur.ff.quemad.teſtam.appe.

Neg

26 Nec his oberit † *tex. in l. ſi pater puellæ, C. de inoffic. teſtam. & in l. de fideicommiſſo, C. de tranſact.* ſiquidem non ſit par ratio inter partes ex prædictis, & alijs, quæ ex proceſſu ſuboriuntur. Et quòd quando nõ eſt par ratio dicta iura, minimè obtineant *Cuma.* ſingulariter teſtatur *in conſil.* 114. *Antonius col. 3. & 4. ex notatis in l. ſi ea pactione, C. de vſuris,* & illic optimè *gloſ.* quę & citat *tex. in l. oleo, C. eod. titul,* & tradit *Dec. in d. l. de fideicommiſſo. num. 3. verſ. & ideo, C. de tranſact.*

27 Sane, nec ad ipſam † enormiſſimam lęſionem excludendam, ſat eſt, quòd parentes dicti Marchionis ipſi Marchioni pro eius alimentis dupondiorum duos computos promiſerunt.

Tum, quia dicti computi dupondiorum non ob id ſunt promiſſi, quòd dictus Marchio dicta quinquaginta aureorum milia dicto Petro perſolui conſenſiſſet.

Tum, etiam quia dicti computi dupondiorum ex cauſa alimentorũ fuerunt promiſſi: ad quę alimenta ipſi parentes obnoxij erant, *l. qui liberos ff. de rit. nupt. & in toto tit. C. & ff. de lib. agno. §. hinc liberorum inſti. de iur. na. l. 7. tit. 2. par. 2.* & ob id *tex. in l. proximè, ff. de rit. nupt.* hæc ſubiungit verba. *Magis enim debitum libertatem præſtitit, quam vllum beneficium in muliere contulit.* Quod etiam habetur in *l. ſi ſer. ff. de hæred. inſti.* nanque donatio tantùm dicitur, quę nullo cogente iure fit, *ff. de donation. l. donari*, & ideo communiter concluditur *in l. ſi donatione.* & ibidem *Bald. col. 1. C. de*
28 *collat.* quòd † non poteſt dici donatio remuneratoria, ſi ex ſeruitijs neceſſe debitis fiat, *cum alijs citatis à moder. in d. l. ſi donatione.* Quod & tenet *Salic. in l. filiæ cuius, col. 3. C famil. herciſcun.* ſunt, aliæ concordan. de quibus, *Curt. antiq. in conſ. 66. ſapienter, col. 2. & Franc. de Rip. in lib. 3. reſpõ. titul. de dona. & gra. ſuper l. ſi vnquam num. 30. q. 14.* & latè *Afflict. in dec. 307. regia. nu. 13. & ſequen.* vbi loquitur in ſeruitijs vaſallorum, *& in dec. 306. num. 4. & And. Tiraq. in rep. l. ſi vnquam, C. de reuo. dona. in verb. donatione largitus num. 92.* Et dicta alimen-
29 ta ſecundum patrimonij quantitatem † & perſonarum dignitatem danda ſunt, *ff. de libe. agnoſcen. l. ſi quis à liberis. §. idem reſpicit, & in §. de alimentis.* Et *C. de alimen. pupill. præſtan. l. 2. & in l. cum alimenta in princip. ff. de alimen. & ciba. legat. & in l. ſi cum omnium, ff. de annuis leg. & text. in l. cum plures, §. cum tutor. ff. de adminiſtrat. tutor. & in l. lex quæ tutores C. eod. tit. notatur in cap. Epiſcopus, illic gloſ. 10. quæſt. 2. & inſigne Ang in conſ. 357. Dominus Gregor. col. 2.* optimus *tex. in l. 24. verſ. E ſi por auentura. Titul. 9. part. 6. cum alijs de quibus ſupra memores fuimus in conſ 9. in lite quæ vertitur, num. 34. & ſequentib.* & dicti Marchionis parentes plus quam triginta dipondiorum computos annuos habent, igitur non ingentia alimenta eſſe prædicta dicendum eſt. Quibus & fauet *tex. in l. 10. Taurinarum legum.*

Denique, & ius dicti Marchionis comperitur, ex eo quòd dictus Petrus (vt prædictis cauetur ſcripturis) inſtrumenta, & alia quæ habebat aduerſus parentes dicti
30 marchionis, erat prius traditurus † & cũ non fecerit, aureorum quantitatem etiã ex hoc petere nequit, *C. de pact. l. cum proponas, & illic Paul. Caſtren.* & late *inibi Dec. & Alexan. in conſ. 49. inſpectis et põderatis lib. 2. Aym. Crauet. in conſ. 151. neminem colum. 3. & alibi ſæpe reperitur.* Quibus et accedat † quia quando ceſſio eſt facta ex aliqua cauſa non impleta, inſtrumenta à ceſſionario reuocantur: & etiam cedens poteſt priſtinas actiones exercere, *ex l. 1. vbi gloſ. fin. Cin in 1. notab. C. de cond. ob cauſ.* tenet expreſſe *Bald. in l. pacto ſucceſſorum C. de pact. & illic Dec. colun. 2. Alex. & Iaſ in l. debitorum C. eodem titul. & Pet. de Rauen. in eius alphabeto aureo in verb. ceſſionarius,* & faciunt, quæ latè congerit *Socc. in conſil. 18. proſequendo nu. 26. lib. 1.*

Et hactenus de dicti Marchionis iure: pro quo ſententijs conformibus ſic pronunciatum fuit.

*Marcus Salon de Pace Burg.*
*Legum Doctor.*

## A D D I T I O.

Num. 1. Sed quando liberetur debitor ſoluendo alicui poſt prohibitionem factam ei a ſuo creditore, *Gallup. in ſua praxi Sacr. Conſil. part. 2. cap. 3. num. 31.*

Num. 2. Adde mandatum de ſoluendo creditori meo re integra reuocari poſſe, ſecus ſi ipſi creditori acceptãti de illo facta ſignificatio fuerit, *Hippol. ſingular. 58.* & vide *ſingul. 265.* & nota man-

mandatum factum à creditore debitori, quod creditor mandatis ſoluat, an videtur adimpleri per promiſſionem factam à debitore dicto creditori, vt non poſſit reuocari, *Creſcent.deciſ.*15. *alias* 283. *tit.de procuratorib.*

Num.3.vide *Tepatum comp.var ſententiarum tit.*91.*cap.*10.*verſ.ius quæſitum.*

Nu.4. in materia adiecti adde, quod adiectus tenetur actione mandati, vel negotiorum geſtorum reſtituere domino exactam pecuniam, *Rota Auenion. dec.* 149.*num.*6.& quòd adiectus, quis videtur ad ſolutionem, non obligationē, quæ ex ſolutione reſultat, *l. ſi mulier* 60.*ff.de iur.dot.*

Num.5.& circa intellectum, *l* 3.*ff. de nouat.Tepat. de nouat. in comp. var. ſent. verſ.ſi vnum.debeatur.*

Num.7.& 9. vide, quæ dicit in materia ſolutionis *Tepat.comp. var.ſent.tit.*161 *& Borrell.in nou.deciſ.*3.*part. tit. de ſolution.*

Num.10.de reſtitutione danda minori, &c.& intra quod tempus, &c.abundātiſſimè *de Angelis in ſuo prato Codicis tit.de recup.in integrum reſtit.& de reſtitut.in integr. & in titul. ſi maior factus, &c.vbi omnia more ſuo ſolito.*

Num.11.ſi *tex.in auth. ſacramenta puberum* procedat data enormiſſima læſione, & *num.*14. ſi procedat ſtante dolo de intelligentia *ipſius tex. Ricc. collecta.* 1723. & adde in fortiori caſu, etiam ſi fuerit per maiorem renunciatum expreſſè cum iuramento beneficio, *l.* 2. *C.de reſcind.vend.* quod adhuc ſtante enormiſſima læſione poteſt agere, *Theſaur.dec.*165.*num.*6.*& ſeq.Capic.deciſ.* 159.*num.*24.*& Paſchal.de patr. poteſt. fol.*113.*num.* 47. vndè leſus enormiſſimè poteſt venire contra renunciationem, vel actum iuratum, *Miſinger. obſeruat.*59.*cent.*5.

Et in materia doli omnia, *per Tepat. comp.var.iur.ſent.tit.* 154. *per totum*, vbi de eius effectu, & non obligare iuramentum conſtito de dolo, dixit *Affl. dec.*220.*num.*9.

Num.12. Iuramentum nō debet eſſe vinculum iniquitatis vide ſeruari iuramentum, habetur ſi poteſt abſque interitu ſalutis eternæ, vt omnia, *Borrell.in nou. deciſ.tit.*6.1.*par.nu.*302.*& ſeq.*

Num.13. dolum re ipſa æquiparari dolo ex propoſito, in terminis, *Capic. deciſ.* 159.*num.*21.*Rota Genuenſ.dec.*168.*nu.* 8.*&* 10.*Crauett.conſ.*2.*pro genero num.* 36. *Ludouic.dec. Peruſ.* 18.*num.*16. vbi quando dicatur dolus interueniſſe re ipſa *in num.*97. & dolum ex propoſito argui, ex præſumptionibus, & nimia perſuaſio ad malum, plus eſt, quàm compulſio, *Crauett.conſ.*192. *num.* 12.

Num. 15. iuramentum debere habere tres comites, *Borrellus* 1.*p. deciſ. tit.*60. *num.* 300.

Num. 17. Abſolutionem à iuramento nō teneri petere minorem enormiter læſum, ſic addas, ſecus in maiore, *ex gloſ. in* §.*item ſacramenta in conſtit. Federici de pace tenenda inter ſubdit.in vſibus feudorum, Tepat.in comp.var.ſent.tit.*402. *c.*7.*verſ.minor agit.*

Num. 18. enormiſſimæ leſioni non poſſe minorem renunciare, indè minor iurans non contrauenire contractui, & non repetere, etiam quòd eſſet deceptus vltrà dimidiam iuſti pretij, non excluditur, adhuc quod iurauerit, &c. *Ozaſc.dec.*41.*Gomeſ. Leo dec.*23. *in dec. diuerſorum.*

Num. 19. Clauſulas appoſitas in inſtrumentis de ſtilo tabellionum, non eſſe in conſiderationem.

Adde, quod clauſulæ generales, quæ apponuntur de ſtilo notariorum non habent locum, vbi interuenit dolus re ipſa, *Ludouic.dec. Peruſ.* 18.*num.*66. *&* 68.& læſio enormiſſima nunquam intelligitur excluſa quacumquè cautela adhibita in promiſſione, *Ludouic. idem dec.Peruſ.*27.

Num.20. ſufficere reuerentiam paternam ſimul cum leſione enormiſſima ad reſciſſionem contractus, adde in terminis *Gramat.deciſ.*123. *num.* 49. ex nimia enim reuerentia introducitur metus, & ob id contractus reſcinditur officio Iudicis in materia *penes Bart.in l.*8.§ *quæ*

ff quar.rer.actio non detur, vide Thodor. alleg.36.num.24.

Num.21. vide Reg. Valenzuel. conſ. 83. num.85.

Num.22. Geminationem actuum non tollere remedium leſionis enormiſſimæ, vide de caſibus reſciſſionum contractuum per Rebuff.cõſ.2. tit. de reſciſſ. fol.423.& vide ſi geminatus conſenſus tollat remedium legis ſecundæ, C. de reſcind.vend.per Crauett.conſ. 151. num. 31.& conſ.60.& de bina renunciatione facta per filiam, Crauett.conſ.114.

Num.23.fructus percipiens ex aliquibus rebus ad onera ipſarum tenetur, facit regula, qui ſentit commodum debet ſentire incommodum, Marc.Antonin. var.lib.1.reſol.23.num.4.Excobar.de ratiocin.cap.42.num.12.& comp.20.num. 14.Vaz.verb.comodum fol.105.

Num.26.de intellectu, l. ſi pater puellæ, C. de inoffi. teſtam.& l. de fideicommiſ.C.de tranſaction. latiſſimè de Angelis in ſuo prato, ſeu Codice, vbi omnia pro ornatu illorum iurium cumulat.

Num.27.De enormiſſima leſione, Gratia. lib.1.diſcept.forenſ.cap.140.col.fin. & Viſcont. in concl ſilia, & ſi leſio enormiſſima annullet contractum bonæ fidei ipſo iure affirmat Giurb.dec.109.

Num.28.latiſſimè, quod donatio facta à patre filio cũ iuramento in remunerationem meritorũ, ſeù beneficiorum à filio receptorum, valida eſt, gloſ.1.in l. ſi donatione, C.de collationib.vt det. ibi nu. 10.Clar.in §.donatio q.8. verſ. hac conclusio, Viuius opin.208.num 51.p. Maſcard.de probat.concl.560.num.2.vol.1. qui infert ad donationem factam conſanguineo, vel amico ſi præſumatur facta ratione conſanguinitatis, vel amicitiæ, aut affectionis, Georg. alleg. 31.nu. 6.verum non ſtatur aſſertioni patris atteſtantis de meritis erga filium, etiam, ſi illa exprimeret in ſpecie, ſed merita ipſa probari debent per filium, Clar. q. 8.Afflict. dec.370.nu.19.& Viu.d. opin. 208.num.9.& Viſcont. conclus. donatio omnium, qui ſecus dicit in donatione, quæ non perſonæ prohibitæ, quia tunc ſtatur aſſertioni donantis de meritis, Guid.Pap. q.95.num.2.Clar.q. 3. verſ. ſed hic occurrit, Maſcard. concluſ. 561. nu.7. Honded.conſ.47.vol. 1.& ipſe Viſcont. omnia ponit, & quomodò id procedat.

Num.29.Alimenta præſtanda, ſecundum patrimonij quantitatem, & perſonarũ dignitatem, Verall.deciſ. 21.num. 3.p. 1. Viſcont. concluſ. Alimenta ſolui, vbi omnia in materia alimentorum, omnes citando.

Num. 30. Contractum quis ſeruare non tenetur, quando Aduerſarius, quæ promiſit ex parte ſua non adimplet, ideò agens ex contractu tenetur probare implementum ex parte ſua, Ozaſc. dec.Pedem.51.nu.9. & in hac materia nota ab initio licitum eſſe contrahere, ſed ex poſt facto non licere reſilire, l. ſicut, C.de act.& obligat. ideò penitẽtia vnius ex contrahentibus non diſſoluit contractum, l.10. C. ſi cert. petat. quare neque priuato, neque fiſco licitum eſt recedere à contractu perfecto l. 3 & 7.C.de reſcind.vend. tñ ſi dolus aduerſarij dedit cauſam contractui, poteſt alter contrahentium penitere, & quod dedit repetere, l. 61.§.mandaui, ff locat.

Num. 31. adde videndum Theſaur. Iun. lib.4.q.forenſ.q.121

## SVMMARIVM.

1 *Fœmina in maioricatu ſuccedit, & habet intentionem ſuam fundatam de iure communi, & regio.*

2 *Leges ac Regni ſucceſſione agunt, trahendæ ſunt ad ſucceſſionem maioricatus.*

3 *Fœmina ſuccedit in comitatu.*

4 *Fæmina ſuccedit in bonis primogenitis debitis.*

5 *Fœmina ſuccedit in bonis à Rege Enrico Secundo donatis.*

6 Fœ-

6 *Fœmina ſuccedit in fideicommiſſis.*
7 *Fœmina ſuccedit in emphiteuſi.*
8 *Fœmina proximior vltimo poſſeſſori remotiori maſculo præponitur. & nu.* 10. *in fin.*
9 Lex cum auus, ff de condit. & demonſtr. & l. cum acutiſſimi, C. de fideicom. *procedunt in donatione inter viuos.*
10 *Succeditur in maioricatibus ſecundum ordinem ſucceſsionis ab inteſtato.*
11 *Filia primogeniti præfertur ſecundogenito in ſucceſsione maioricatus.*
12 *Conſuetudo conſideranda eſt in ſucceſsione maioricatus.*
13 *Conſuetudo valet, qua fœmina ad ſucceſsionem feudi admittitur.*
14 *Feudorum materia abſimilis eſt ſucceſsioni maioricatus, & num.* 16.
15 *Fœmina licet regulariter à ſucceſsione feudi excludatur, caſus aliqui ſunt, in quibus fœmina in feudo ſuccedit.*
17 *Statutum fœminas excludens, qualiter intelligatur.*
18 *Mens teſtatoris ſequẽda eſt in ſucceſſionibus.*
19 *Caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis.*
20 *Fœminarum excluſio eſt quædam exheredationis ſpecies.*
21 *Teſtator ſecundum ius commune diſponere cenſendum eſt.*
22 *Expreſſum, quod eſt in materia priuatiua, admiſsionem admittit.*
23 *Neptis dicitur deſcendere ab auo per lineam maſculinam, ſeu virilem, & nu. 24. & 27.*
24 *Dictio ſexus ita conuenit fœminis, ſicut, & maſculis.*
25 *Neptis eſt filio repreſentat patrem in qualitate ſexus.*
26 *Linea maſculina quis dicatur deſcendere, & ſeqq. numer.*
27 *Dictio linea qualiter ſummatur.*
28 *Dictio per quid ſignificet.*
29 *Linea paterna eſt, cuius pater eſt caput.*
31 *Declarationi teſtatoris ſtandum eſt.*
32 *Interpretatio in dubio facienda eſt, vt euitentur contrarietas.*
33 *Maſculinum comprehendit fœmeninum, etiã in verbis donationis.*
34 *Maſculinum quando in contractibus fœmeninum comprehendat.*
35 *Filij poſiti in conditione, cenſentur poſiti in diſpoſitione, & ſequent. num.*
36 *Intellectus* gloſ. in l. Lutius in 2. ff. de hæred. inſtit. & num ſequent.
38 *Deſcendentium appellatione omnes in infinitum comprehenduntur, etiam vltra quartum gradum.*
39 *Deſcendentiũ verbo fœmina cõprehenditur.*
40 *Deſcendentes cum vocantur, ordine ſucceſſiuo cenſentur ſubſtituti.*
41 *Maſculum ad ſucceſſionem vocantur excluſis fœminis, intelligitur cum maſculus, & fœmina in eodem ſunt gradu non vero ſi fœmina ſit filia vltimi poſſeſſoris, ſeu eius proximior, & nu. 44. 56. & 57.*
42 *Regulis iuris ad hærendum eſt, cum de contrario iure non conſtat.*
43 *Diſpoſitio intelligi debet, vt minus lædat ius commune.*
45 *Intellectus doctrinæ* Bartol. in l. cum auus, ff. de condict. & demonſtrat. *& ſequentibus.*
46 *Subſtitutio ſemper dici poteſt, quod non loquitur in tali caſu.*
48 *Maioricatus ſi fecit ingreſſum in vna linea, non debet ad aliam tranſire, quouſq; omnes de prima linea ſint finiti, & ſequentibus.*
49 *Tex.* in cap. 1. de natu ſucceſſio. feudi, *& ſi loquatur in feudo, tamen ex identitate rationis procedit in ſucceſſione maioritus, & fideicommiſſi.*
50 *Excluſus ſemel perpetuo debet cenſeri excluſus.*
51 *Maſculo ſine filijs maſculis decedente ſucceſſio deuenit ad propinquiorem poſſeſſoris.*
52 *Dilectus magis, & omnes eius deſcendẽtes in preferũtur ſubſtitutionibus minus dilectis.*
53 *Subſtitutio de vno caſu ad alium trahenda non eſt, quando ex hoc ſequeretur, quod minus dilectus preferatur magis dilecto, & num. 61.*
54 *Succeſſio non trahitur retro.*
55 *Conditio voluntaria adimpleri debet in forma expecifica.*
58 *Simile dici non poteſt, in quo aliqua diſſimilitudo ineſſe poteſt.*
59 *Argumentum de ſimilibus ad ſimilia non procedit in conditionibus voluntarijs.*
60 *Argumentum de ſimilibus ad ſimilia non obtinet in contractibus.*
61 *Diſpoſitio vnam perſonam excludens, non trahitur ad aliam perſonam, & num. 53.*
62 *Argumentum de ſimilibus ad ſimilia fallax eſt.*
63 *Caſus præter ordinationem diſponentis contingens, ſub diſpoſitione non comprehenditur: & ſi in eo meat maior ratio diſponendi*
64 *Subſtitutio in certis caſibus aliquos ad ſucceſſionem vocans, ad alium caſum non eſt trahenda ad excluſionem aliarum perſonarum.*
65 *Diſpoſitio quando ad certum limitatur gradum, perſonam quæ ad ſucceſſionem admitti vult illius gradus eſſe, probari neceſſum eſt.*
66 *Fœminas vt excluſas iudicemus, verba expreſſiſſima eſſe debent.*



Digitized by Google

67 *Maſculi in vna parte diſpoſitionis ſubſtituti, cēſentur in alia parte ſubſtitutionis excluſi fęminas quæ admittenda s fore, dummodo ipſæ fęminæ ſint in gradu proximiori.*

68 *Intellectus doctrina Abb. in cons.35.& inibi late, quando qualitas maſculinitatis non cenſeatur repetita.*

69 *Teſtes deponentes de conſanguinitate antiqua debent deponere de fama.*

70 *Conſanguinitatis probatio minime fieri poteſt contra poſſeſſorem per teſtes de auditu: etiam ſi deponant cum qualitatibus, c. licet ex quadam de teſtib.*

71 *Verba hæc,* Por la linea *ſunt explicanda de recta linea, non vero de tranſuerſali.*

72 *Dictio de, cauſam proximam, & immediatā docet.*

73 *Familia conſeruatur per fœminas. Et ſequentib. plurib.*

74 *Fęmina deſcendens à teſtatore dicitur de eius eſſe familia, & ſequentib.*

75 *Fœminę ſecundum conſuetudinem Hiſpaniæ familiam, & arma, genuſque tuentur.*

76 *Maioricatus verba ſunt explicanda ſecundū conſuetudinem Hiſpaniæ.*

77 *Fęminæ comprehenduntur ſub hoc verbo de domo tali.*

78 *Conſuetudo valet, quod fęminæ maritorum nomen, & arma portent.*

81 *Intellectus doctrina Paul. Caſt. in l.1. C. de condi. inſert. Et inibi late traditur, an ex quo diſponens proprias excluſerit filias propter maſculos, an etiam ex hoc videatur vo*

82 *luiſſe, per maſculos neptes excludere. In- tellectus, l. ſi viua matre, C. de bon. mater.*

83 *Ordo literæ non attenditur, cum de ordine intellectus conſtat.*

84 *Scriptura priuata fidem non facit.*

85 *Mens diſponentis conſtat ex contentis in ſcriptura, non vero ex alijs.*

86 *Poßeßione ſua ex quibus quis tuendus ſit.*

87 *Filia tuenda eſt in poßeßionem bonorum defuncti.*

88 *Intellectus, c.1. §. inter filiam, in titul. ſi feud. fuer. contro int. dom. & agna. & ſequentib.*

89 *In poſſeſſione tueri debet, qui habet intentionem ſuam fundatam de iure communi.*

## ARGVMENTVM.

Fœmina ſoror vltimi poſſeſſoris maioratus, an ad illum admitti debeat mortuo fratre excluſo patruo, longè diſſeritur in eius beneficium.

## CONSILIVM XXIX.

DEI Optimi Maximi auxilio nobis præſtito. In præſenti cauſa Dominæ Mariæ cum eius patruo. Ius dictæ D. Mariæ probauimus: & dictam D. Mariam prout vltimi poſſeſſoris ſororem, proximioremque eius patruo in ſuo ſucceſſione bonorum maioratus (de quo ventilatur hæc lis) eſſe præferendam, ex ſequentibus.

Et primò illud præfari neceſſum eſt quòd dicta D. Maria communi iure ſuam inten-
1 tionem habet munitam † ſiquidem fœmina in maioricatu ſuccedat, *ex text. in l.2. tit.15. part.2 in l.9. tit.1. eadem part.2. & 3. part. tit. 4. l.4.* quibus in Regno fœminam ſuccedere ſtabilitur, & idem conſtat *in proœmio legum Tauri*, vbi copiosè plura diximus in hac materia, *in verb. Reyna, num. 37. cum multis ſequentibus.* Iura enim quæ de Regni ſucceſ-
2 ſione agunt † ad maioricatus ſucceſſionem trahenda, notiſſimum eſt, *ex text. in cap. cum non liceat, de præſcript.* & in noſtris proprijs terminis ita conſuluit, *Paul. Caſtrenſ. in cōſ. 164. in præſenti cauſa, quæ vocatur maioria Hiſpalenſis, nu.1. verſ. ſed hic apparet lib.2.* quòd etiam tenent plures alij Scribentes, quos ſupra citauimus *in conſ.9. in lite, quæ vertitur, num.3. verſ. & ſtatutum in ſucceſſio-*
3 *ne Regni, & nu.20.* Et comitatu etiam † fœmina ſuccedit, *vt in d. l.4. tit.4. part.3. & in cap. ſignificauit, de reſcript.* & ibidem *Abb.* cum alijs, de quibus memores fuimus *in d. proœmio legum Tauri, in d. verb. Reyna, num.*
4 37. Et etiam † ſuccedit in rebus primogeniis debitis, vt tenet *Bald. in l. in multis, ff. de ſtat. homin. & Abb. in d. cap. ſignificauit, & in cap. dilecti, de arbit. Curt. Iunio. in tract. feudorum, 3. part. quæſt.15. & quæſt.18.* diximus etiam *in d. verb. Reyna, num.63. & ſequentib.* Et in bonis à Rege Henrico II. do-
5 natis † ſimiliter ſuccedit, vt expreſsè tenet *Roman. in conſ.98. quod ad d. col.2. & Ioan. Lup. in repet. cap. per veſtras de donat. int. vir. & vxor. §.69. char.52. col.1.* Et etiam
6 ſuccedit † in fideicomiſſis, vt *in l. cùm acutiſſimi, C. de fideicommiß. & in l. hæredes mei, §. cùm ita, ff. ad Trebell.* cum alijs de quibus *in d. proœmio num.70.* quorum fideicommiſſorum regulis ſucceſſiones maioricatum ſunt iudicandæ, ſiquidem illis aſſimilentur. *Anchar. authore in conſ.82. d. facti col.4.* Et
7 etiam ſuccedit † in emphitheoſi, vt ait *Bar. in l. vt ius iurandi, §. ſi liberi, col. pe. ff. de oper. libert.*

Digitized by Google

*liberto.cum ſimilibus*, quorum meminit, *Iaſ. in l.2.C.de iur.emphitheo.col.94.verſ. ſecundo quærit.*

Et non tantum fœmina non excluditur à ſucceſſione maioricatus, ſed ſi vltimo poſ-
8 ſeſſori proximior eſt † remotiori maſculo præponitur, *vt in d.l.cùm acutiſſimi, & in l.cum auus,ff.de condit. & demonſtrat.* idem probatur *in l. iubemus, §.ſin autem, C.ad Trebell.*& ita tenent, *Bald. Salic. Paul. Caſtrenſ.in d.l.cùm accutiſſimi, & Ang.aliįque in l.ex facto, §.ſi quis rogatus, ff. ad Trebell. Cuma.& Paul.in d.l.cum auus, & eſt optimus text. in l.10. tit.4.part.6.* cum alijs, de quibus memores fuimus *in d. proœmio legum Tauri,num 20 cum ſequentib.*

9 Quæ ſanctiones † *d. l. cum accutiſſimi, & d.l.cùm auus*, ſibi locum vendicant, etiam in donatione inter viuos, *vt ait, Socin.in d.l.cùm auus,char,16.ex text.in l.ſi vnquam, C. de reuoc. donat.* inquiens etiam, ſuum præ-
10 ceptorem ita tenuiſſe. Et hoc inſtruitur † quia in his maioricatibus ſucceditur ſecundum ordinem ſucceſſionis ab inteſtato. *l. cùm ita,§.in fideicommiſſo,ff.de leg.2.*& inibi *gloſſ.* receptiſſima, & conſtat *in cap.1. de natur.ſucceſſ.feud.& in cap.1.de gradib.ſucceſſion.in feudis*, cum alijs quorum meminit *Socin.in l. ſi cognatis, col.pen.& fi.ff.de reb. text.etiam in l.fin.C. de verb. ſignif.* & latè *Modern.in l.Gallus,§.quidam rectè, ff.de lib. & poſthu.& Dec.in conſ.331.in cauſa, quæ Alexandria,col.3.poſt Alexan.in conſ.25.col.1.lib.4.* confirmatur traditis *in l.pen.C.de impuber.& al.ſubſtit.* ſublatum enim eſt diſcrimen inter maſculos, & fæminas in his ſucceſſionibus, *l.maximum vitium, C. de liber. & poſthu. & in l.3. tit.13. part.6.& Angel. pulchra verba* huic rei ſubijciēs in *conſ.191. ſuper puncto,col.2.*

Prædicta, & ſuadentur ex *text.in d.l.2.tit.15.part.2.* qua conſtat in Regni ſucceſſione fœminam agnato maſculo remotiori præponi, cui, rei, & accedat *tex.3.part.tit.18.l.2.* & expræſſim *Pet.Bell.in l.pater filium, §.quindecim ff.de leg.3.* cuius meminit, *Ioann.Lup.*
11 *in d.char.52.col.2.* dicens † quòd ſi conſuetudine cautum eſt, fœminam in baronia non ſuccedere, & quis filium ſecundogenitum habeat, & ex primigenio filiam, quòd filia primigenij filio ſecundogenito in ſucceſſione præfertur, citatque, & *Ioan. Lup. Bald. in d.l.in multis*, quod etiam palàm tenet *Ioan. Fab.in authent.ceſſante, C. de legi. hæred.* & ſat conſtat *ex l.40.Tauri*(quæ habetur *lib.5 noua recop.tit.7.l.5*) ibi, *Y eſtos à tales deſcendientes del hijo mayor ſe prefieran al hijo ſegundo del dicho tenedor, à ſe, aquel à quien el dicho mayoradgo pertenecia.*

Itaque conſtat, dictam D. Mariā aduerſario præponendam in dicta ſucceſſione, vt potè quòd proximiorem: & ita hiſce in Re-
12 gnis conſuetum eſt † in his enim ſucceſſionibus etiam conſuetudo conſideranda eſt, *cap.1.de alien.feud. notat Bald. in cap. 1.de feud. March.* qui loquitur in ſucceſſionibus primogenitorum, *& Socin. in conſ.165.viſis inueſtituris,col.7. num.16. verſ. primò quia lib.1.poſt Cin & alios in l.1.col 8.C. quæ ſit long. conſuet. Ioan. Andr.& Doctor. in cap. Ioannes col.3.de cleric.coniugat.* & nos latè, *in d.repet. proœmij legum Tauri num.86.&*
13 *ſequenti.* Ex quo † & valet conſuetudo, qua fœmina ad feudi ſucceſſionem admittitur, vt tenet *Iſern.in cap.1.§.& quia vidimus, qui feud. da. po.* & idem tenent alij, quorum meminit *Cur.Iuni.in tract.feud.3.part.in 8.limita.& Vdal.Zaſi in tracta.de feudi ſucceſſione.8.part.pag.79. num.42.* & diximus in *proœmio legum Tauri num.87.*

Ex quibus ſuboritur, ab re feudorum iura contra dictam D.Mariam in hoc negotio
14 negotio perpendi † cùm feudorum materia horum maioricatuum abſimilis, ſit vt & nos abundè tradidimus in *proœmio legum Taurina.num.72.& ſequentibus.* Præter hoc quòd vt notiſſimum eſt, licet de feudorum
15 natura fœmina à feudi ſucceſſione excludatur, complures ſunt caſus, in quibus in eo fæmina ſuccedit, quos copiosè recenſet *Curt. Iuni. in d. eius tracta. feudo.3. part.& Vdal.Zaſi. in d.tracta. de feudi ſucceſſio.8.part. num. 38. & ſequentib.& alibi*
16 *ſæpe traditur.* Et præter hoc † quòd feudalia iura in alijs negotijs (vtpotè quæ à iure communi exorbitet) allegari nequeunt: niſi vbi eadem inſit ratio, *text.in cap.1. de feud. cognit.& inibi gloſſ. Bart.in dicta l.vt ius iurandi, §.ſi liber.in princip.ff. de oper.liber. Belloui in cap.1.Epiſcopus, vel Abba.Curt. plura congerens in dict. eius tracta. feudo.3. quæſt.1.part.cum alijs*, quæ abundè adduximus *in d.proœmio, num.72. & ſequentibus.* Quo fit, (vt cenſet *Paul.Caſtrenſ.in conſ.164 in præſenti cauſa, quæ vocatur maioria Hiſpalenſis,col.penul.verſ.nec obſtat, lib.2.poſt Anchar.in conſ.339.col.6.& 7.*) iura de feudorum ſucceſſione agentia, ad Regni ſucceſſionem, ſiue primogenitorum non trahenda, & plenè ſcripſimus *in d. proœmio legum Tauri,num.72.& ſequentibus.*

Verum nec aduerſus dictam D. Mariam
17 excogitari valent Doctorum ſententiæ † quæ in ſtatutis fœminis à ſucceſſione excludentibus loquuntur: ſiquidem de diſſimili materia agant. Præter hoc, quod Hiſpaniæ nos

mos quidem gentibus (de quibus ipſi Doct. tractant) ſit aduerſus, *ex d.l.2.tit.15.part.2. & ſimilibus.*

Et non tantum iure communi dicta D. Maria in ſucceſſione præponitur, ſed ſi diſpoſitionis dicti maioricatus totam ſeriem
18 expendamus (prout fieri neceſſum eſt † vt diſponentis mentem percipiamus, *ff. de leg. 1. l. ſi ſeruus plurium, §. fin. ff. de legib. ciuile.* more optimi venatoris, qui ad leporem capeſcendam, huc & illuc diſcurrit, quouſq; eam appræhendat, in ſequens, *ex conſ. Bald. in princip. C. de neceſſ. ſer. hęred. inſtit.* & eum paſſim *Doct.* referunt, & faciunt plura, quæ in propoſito iſto adduximus in dicto *proœm. num. 126.*) fęminæ ſæpius ad dictam vocantur ſucceſſionem: nec in ea caſus exprimitur, quo conſtet, patruum eo, quòd maſculum vltimi poſſeſſoris ſorori in ſucceſſione præferendum, & cùm ſit omiſſus caſus, is
19 de quo nunc agitur † iure communi dirimendus eſt, *ff. deliber. & poſthu. l. commodiſſime. cum ſimilibus*, & in noſtris terminis, quod ſoror vltimi poſſeſſoris præferatur patruo tenet *Dec. in conſ. 424. proponitur, num. 8. & ſequent.* ad quod ibi allegat *tex in cap. ſignificauit, de reſcript.* idem tenet *Curt. Iuni. in conſ. 30. circa num. 10. & Socin. Iun. in conſ. 30. inſpectis num 2. & ſequent. lib. 1* & plenè *Hieronyn. Grat. in. conſ. 10. quæritur, num. & ſequent. lib. 1.* & ita pro dicta D. Ma
20 ria eſt pronunciandum. Et quia † fœminarum excluſio, eſt quædam exhæredationis ſpecies, *ex text. in l. maximum vitium, C. de libe. præter. & in l. cùm quidem, ff. de libe. & poſthum.* cum alijs quorum meminit, *Socin. Iun. in conſ. 1. præſenti, num. 45. & ſequent. lib. 1. & nos in d. proœmio num. 43.* & ob id non eſt amplianda, ſed ad caſus expræſſos tantum reſtringenda, *ff. de libe. & poſthum. l. cùm quidam notat Bald in l. illam C. de collat. & in l. ſed, & milites, ff. de excuſat. tuto.*
21 ſemper enim † diſponentem ſecundum ius commune diſponere, cenſendum eſt, *ff. de acquiren. hæred. l. ſi duo, & inibi Bald. in l. precibus, col. 14. C. de impuber. & al ſubſtit.* cum alijs de quibus memores ſunt *Moderni in l. hæredes mei, §. cum ita ff. ad Trebellia.* Et
22 in materia † priuatiua id tantum admiſſionem induci, quod eſt expreſſum eſt, *vt in authent. de non eligend. ſecundò nuben. §. 1. collat. 1.* cuius ad hoc meminit *Bald. in authent. ex teſtamento. col. 3. C. de ſecund. nupt. & alibi ſæpe.*

Rurſus, & perſcrutari oportet hæc verba maioricatus. *Y dende adelante que aſſi vaya por la linea de los hijos varones legitimos herederos de parte del dicho mi padre.* Si quis dem poſt nepotem maſculum Petri (vt hic ſumus ſtabilitur, maioricatus ſucceſſionem per maſculorum lineam deambulaturam. Nam quidem dicta D. Maria ex maſcu-
23 lorũ linea eſt † quia, & ſi fœmina ab auro per lineam maſculinam deſcendere minimè eſt abiguum, vt probat r *in l. duodecim tabularum, C. de legi. hæred. ibi Id eſt per virilem ſexum deſcendentes, ſiue maſculini, ſiue fœmenini generis ſint.* Idem & conſtat *in §. nos verò inſtit. de leg. agnat. ſucce. & in §. item vetuſtas, inſtit. de hæred. qual.* & d. eſt optima *gloſ.* expreſſa ſatis quæ receptiſſima *in d. l. Gall. §. nunc de lege.* & inibi hoc *Alex.* cęterique recentiores poſt *Bart. & Bald.* exiſtimauerunt, ex hoc inibi ipſi nouiores cenſentes, quòd ſi emphitheoſis alicui, & eius deſcendentibus virilis ſexus, ſeu per lineam virilem, maſculinamuè conceditur, neptis ex maſculo admittitur, tanquam deſcendentes per lineam virilem, ſeu maſculinum. Et præcipuùm hoc inibi inſignè *Alexand.* ſcribit, & *Iaſon. col. 6.* ſaltem cùm fœmina non eſt filia primi inſtituti, ſed vlterioris gradus. Cui ſententiæ, & *Claud.* inibi conſentit contra *Socin.* aduerſus prædicta iura loquentem: nam quidem, & ſi prædicta iura diſponant, filiam per virilem lineam deſcendere, idem eſſe per lineam maſculinam, am-
24 bigi non poteſt † nam dicta dictio, *Sexus* ita fœminis: prout maſculis communis eſt, prout & linea, quæ opinio, & contra *Socin.* inſtruitur, quia compertum eſt, neptem ex ex filio maſculo per lineam fœmininam minimè deſcendere: igitur neceſſe aſſerendum eſt, quòd ab eo per lineam maſculinam deſcendit, *argument. text. in l. ſed, & ſi §. penult. ff. de inſtit. & in l. 1. ff. de his qui ſunt ſui*
25 *vel alien. iur.* & ideo † neptis ex filio repræſentat patrem in eadem qualitate ſexus, vt tenet notant r *Bald. in l. venia. col. fin. in fin. C. de in ius vocand.* quem ſequitur *Curt. antiqu. in conſ. 64 col. 130. verſ. ſexto reſpondemus,* & hanc *Bald.* doctrinam multum commendat *Alexand. in conſ. 53. col. 6 poſt princi. lib. 4. & Socin. in conſ. 122 circa primum col. 2. verſ. 4. lib. 3. & Bald.* multum defendit, *Card. Paul. Pariſ. in conſ. 41. Ioannes, num. 79. lib. 3.* & ſi plures alij contrarium teneant vt refert, *And. Tiraquell. in tract. de primoge. quæſt. 14. num. 4. & 5.* Nec oberit dicere pro *Socin.* quòd ille dicitur deſcendere per li-
26 neam maſculinam † qui eſt in linea, in qua (vt ille dijudicat) fœmina non eſt, ſed nouã conſtituit lineam, & ſententia *Paul. Caſtr. in l. ſi maritus, col. fi. C. de procurat.* nam hæc *Socin.* excogitatio ad contrariam minimè nos ſubinuitat ſententiam, eo quòd vt *Iaſon* expen-

expedit in d.§.nunc de leg. nullo .n. iure ſancitur, illum dici per lineã maſculinam deſcendere, qui in linea eſt. Verum, & præter
27 eum, *linea*, verbum in hoc caſu † non in perſona efficiente, ſed contentiuè ſummitur, *vt ait Bald. in loco à Soccin. citato. Præterea, & Paul. Caſtrenſ. ſententia in d. l. maritus, (vt dicit Iaſ in d. §. nunc de lege col. 5.)* communi aduerſatur voto. Item & ſecundum eum *Paul. Caſtr.* non in nepte ex filio, ſed in filia acquiren is emphitheoſim, loquitur diſcrimen, ergo non modicum eſt, in hac ſpetie agamus de nepte, ſeu filia emphytheoſim recipientis, vt neptis per lineam maſculinam deſcendere dicatur, at non filia, & ita tenuerunt, *Alexand. & Iaſo. in d. loco*, & ſecundum prædicta idẽ *Alex. conſuluit in conſ 43. conſiderati, colu. 2. verſ. ſed præmiſſis lib. 3.* & citat inibi *text. in cap. quod dilectio de conſang. & affinit. & tex. cum gloſ in cap. fin. eodem tit.* eandem opinionem tenet etiam ipſe *Alexan. in cõſ. 53. conſideratis his lib. 6. & in conſ. 125. viſo proceſſu. col. 1. lib. 7. & Corne. in conſ. 26. videtur dicendum lib. 4. Curt. in tract. feudo. 3. p. q. 25. Præpoſi. palam in arbore conſanguinitatis colum. 13. Card. Paul. Pariſ. in conſ. 47. ſi conſideremus num. 60. lib. 3. & prius Soccin. ſibi non conſtans in conſ. 51. viſa. lib. 4. & ante idem tenuit Paul. Caſtren. (dictis in locis non citatus) in conſ. 91.* præſuppoſito, quòd dictum ſtatutum, *col. fin. lib. 2. quibus & conducit tex. in l. liberos, ff. de ſenato, & illic Bar. & Alberi. & quæ tradit Gregor. Lup. in l. 2. in verb. Linea tit. 6. p. 4.*

28 *Adiuuantur etiam hæc † quia dictio, Per, medium inter aſcendentem, & deſcendentem ſignificat, ff. de ſerui. ruſti. præd. l. fin.*

29 Proinde, & hæc ſuadetur † quia paterna linea eſt, cuius pater eſt caput, & ab ipſo tanquam à fonte deriuatur *argu. tex. in l. pronunciatio. in fin. ff. de verbor. ſignif. ita* tenet *Bartol. in conſil. 56.* in quæſtione prædicta, quem refert & ſequitur *Soccin. in conſ. 33. circa præſentem, num. 8. & 11. lib. 3. bonus tex. & ibi latè Grego. Lup. in d. l. 2. tit. 6. par. 4.* ſic & linea maſculina erit, cuius caput maſculus eſt, & à maſculo manat, & faciunt tradita per *Alex. in d. conſ. 43. col. 2. prope finem lib. 3.*

Verùm & ſatis ius dictæ donnæ Mariæ probatur, ex eo quod in dictis verbis. *Y aſſi vaya por la linea.* Non enim dicitur, quòd illa linea maſculina ſit, ſed tantum, quòd maſculorum ſit linea, qui quidem maſculi lineam à ſe deſcendentium, tàm maſculinam, quàm fœmininam habere, haud du-
30 biè eſt † nam ab eis deſcendentes per maſculos, erunt de eorum linea maſculina deſcendentes; at verò ab eis per fœminas deſcendentes, erunt deſcendentes ab eis per lineam fœmeninam, vt conſtat *in l. iuriſconſultus, ff. de gradibus, & Hoſtienſ in ſumma de conſanguinit. & affinit. colu. 2. ver. quot ſunt lineæ. Præpoſi. in arbore conſangui. col 18. & DD. in §. nunc de lege, Bald in conſil. 271. teſtamento. lib. 3.* quod & ſuadent diſponentis verba prope finem ſubſtitutionum collocata, quibus lucidiſſimè ait li-
31 neam, prout aſſerimus ſummendam † cuius expoſitioni ſtandum eſt, *l. ſi quis ſeruũ, §. ſi inter duos, ff. de leg. 2. l. fin. C. de pact. conuen. Bald. in authent. niſi rogati colum. 2. C. ad Trebell. cum alijs,* de quibus ſupra memores fuimus *in conſ. 2. in cauſa, de qua nu. 7. cum ſequentibus, & nu. 61. & in proemio dictarum legum Tauri num. 314.* aliàs enim contradictio in dicta diſpoſitione iure euitanda adinueniretur, *ff. de condi. & demonſtra. C. non ad ea, c. inter dilectos, de fid. inſtru.* & abundè *Dec. in authent. pacta nouiſſima*
32 *C. de pact.* † & in dubio fieri debet interpretatio, vt euitetur contrarietas, *ex text. in d. cap. inter dilectos* cum alijs à nobis citatis *in d. conſ. 2. nu. 86.*

Fulcitur etiam ius d. dictæ donnæ Mariæ, quia & ſi hæc verba adſint dicta ſcriptura, *Y ſi el dicho mi hijo finare ſin hijo mayor legitimo heredero, lo haya y herede mi hija.* Nam dum dicitur, *Finare ſin hijo mayor legitimo heredero.* Non quidem ſcriptum eſt. *Si mi hijo mayor legitimo heredero varon.* & ob id fœmina inibi etiam comprehenditur,
33 ſiquidem notiſſimi iuris ſit † maſculinum fœmininũ apprehendere, *ff. de leg. 1. l. ſi quis ita, ff. de verbor. ſignif. l. 1. & illic Bartol.* traditur in *l. ſi quis id quod, ff. de iuriſd. omn. iud.* quod etiam obtinet in verbis donationis, vt tenet *Angel. in conſ. 24. ſuper primo. in fine, Dec. in regul. fœminæ num. 105. ff. de regul. iur.* complures videndos citans, *& in conſ. 32. & pro tenui, col. 2. verſ. & retenta, & in conſ. 607. viſo puncto num. 14. & Soccin. Iun. in conſ. 76. cum diebus, num. 48. libro 1. poſt Roman. in d. conſ. 98. & latè Ioa. Lup. in d. cap. per veſtras, de donat. inter vir. & vxor. §. 69 fol. 52 col. 1. & 2. num. 25. & ſequentibus & alibi ſæpe.* Et licet aliqui te-
34 neant † in contractibus maſculinum fœminum non comprehendere: id quidem in fauorabilibus non obtinet, *vt DD. tenent in l. ſed ſi hac, §. liberos, ff. de ius vocan.* quo in loco, *& Alexan.* quoque ait, minime & locum habere, cum diſpoſitioni verbũ, *Hæredes,* immiſcetur.

Eſ

Digitized by Google

Et licet dicta verba. *Sin hijo legitimo he-*
35 *redero*, In conditione ſunt poſita † in diſpoſitione tamen impoſita cenſeri debet, quandoquidem præter hoc, quòd plerique teneant contra *gloſ. in l. Lutius in 2. ff. de hæred. inſti.* quod *Soccin. recenſet in d. l. cùm annus prope finem, & Corn. in conſ. 101. licet in hac libro quarto, & moder. in l. centur. ff. de vulg. & pup. ſubſti. & Curt. Iun. in conſil. 43. num. 7. & 8. & in conſ. 87 num. 1. 5. 6. & 7. & per totum conſilium,* quibus adde videdum *Didac. Couarr. in cap. Raynuntius, §. tertio num. 2. & ſequentib. de teſtamen.* dicta tamen *glo.* cum aliud de teſtantis mente etiã
36 coniecturis apparet † locum non habet, *ex l. in conditionibus, ff. de condi. & demonſtr.* & nuncupatim ita tenet, *Soccin. in d. l. cum annus ad finem, & Dec. in conſ. 655. viſo elegãti, col. fin. verſ. nec obſtat, num. 35. poſt Corn. in dicto conſ. 101. col. 2.* & notabiliter *Curt. Iun. in conſ. 43. habita, num. 7.* & tradunt *moder. in l. 1. C. de pact. & in l. centuria, ff. de vulg. & pupil.* & plenè dominus *Didacus Couarr. in cap. Raynuntius. §. 3. nu. 3. & 8. de teſtam.* quæ coniecturæ iudicis arbitrio relinquuntur, vt tradit *Soccin. in dicto loco. & Curt. Iun. in dicto conſ. 43. num. 7.* & ſatis eſſe leuibus coniecturis hoc conſtare cenſet *Aym. Craue in conſ. 62. nobilis Vrbanus, num. 6.* citans *Corn.* in locis, de quibus ibi.
37 Rurſum ad excluſionem † tranſuerſalis maſculi ſemper in diſpoſitione eſſe exiſtimantur, vt inſignè conſuluit, *Ruinus in conſ. 92. caſus de quo, col. penult. num. 10. lib. 2.* Cęterùm *& gloſ. in d. l. Lutius* non procedit, cùm tot ſubſtitutiones factę ſunt prout in dicta ſcriptura maioricatus reperiũtur, vt tenet *Anchara. in conſ. 74. contra Philippum, colum. 2.* & tradunt *Moder. in d. l. centurio, & in d. l. 1. C. de pact.*

Satis quæ & ius dictæ D. Mariæ muniũt verba generalia dictæ ſcripturæ, ibi, *Y ſi no vuiere, y ninguno de los que deſcendieren de mi.* Siquidem appellatione deſcenden-
38 tium † omnes in infinitum veniunt, etiã vltra quartum gradum, *C. de ſuis & legit. hæred. l. fin. Bell. ut. in authentic. de hæred. ab inteſta. veni. §. ſexus colla. 9.* cum alijs de quibus meminit, *Soccin. in conſil. 51. viſa nu. 6.*
39 *lib. 4* & deſcendentium verbo † etiam fœmina comprehenditur, *vt in d. l. fin.* ibi, *Cuiuſcunque ſexus.* Et fuſe *Alexãd. in conſ. 160. viſo themate ſupra ſcripto, col. 1. lib. 2.* & ad hoc citat *tex. in d. authen. de hæred. ab inteſtat. venien. poſt princip. Barba. quoq. in d. l. cũ acutiſſimi col. 13. & Dec. in conſ. 223. in caſu propoſito. colum. 2.* & ſat conſtat *in d. l. final. ff. de verbor. ſignific. & in l. cognoſcere, §. fin. ff. eodem tit.* ibi, *Ex ve fœminino ſexu deſcendentes,* traditur etiam *in cap. ſtatutum, de hæret. l. 6. & mihi Domi. col. 2. Card. Paul. Pariſ. in conſ. 51. in huiuſcemodi num. 30. lib. 2. Gozad. in conſ. 20 prima facie col. 2. ad finem & in conſ. 10 in hac cauſa, num. 48. & plenius,* idem conſuluit prædictus *Cardinal. Paul. Pariſ. in conſ. 23. prima in huiuſcemodi num. 62. & ſequent. lib. 2. & in conſ. 81. in præſenti num. 21. lib. 3.* Et cum deſcenden-
40 tes † vocantur, ordine ſucceſſiuo cenſentur ſubſtituti, iuxta late tradita *in d. l. Gallus, §. quidam rectè, ff. de libe. & poſthu. & in d. l. Lucius in 2. ff. de hære. inſti. & in l. cum ita, §. fideicommiſſo ff. de leg. 2. Soccin. in l. ſi cognatis ff. de reb. dub. colum. penult. Iaſ. in l. 2. colum. 94. Cod. de emphyt. Soccin. in conſil. 294. materia colum. 15. num. 25. verſ. aliquando, & ſecundo, cum ſequentibus lib. 2. & in conſ. 51. viſa facti num. 11. verſ. vnde lib. 4.* optimus *tex.* in maioricatu loquens *in d. l. 40. Taurinorum legum* ibi *por ſu orden.* bonus etiam *tex. in l. 2. tit. 15 par. 2.* traditur *in l. fin. C. de verbor. ſignif.* cum alijs copioſè citatis *per Pariſ. in d. conſ. 23. nu. 128. & multis ſequentibus, libro 2.* quibus adde *Anchar. in conſ. 82. dicta col. 4.*
41 Inſtruuntur, & ſuperiora ex alio † quia etiam quando maſculi ad ſucceſſionem excluſis fœminis admittuntur, intelligendum eſt, cùm maſculus, & fœmina in eodẽ ſunt gradu: non verò ſi fœmina ſit vltimo poſſeſſori proximior, ita aduertit *Paul. Caſtrenſ. in conſ. 8 treſtoritur, num. 2. lib. 1. & Alexand. in l. ſi dotali colum. pen. ff. ſolut. matrim. & in conſ. 104. conſideratis verbis, colu. 2. & 3. lib. 2. Dec. in conſ. 315 ſuperioribus colum. pen. & in conſ. 4 1. viſo eleganti & plenè, Card. Pariſ in conſ. 81. in præſenti cauſa, num. 20. cum multis ſequentibus lib. 3.* & probatur *in l. ſi vidua matre, C. de bon. mater. & & in l. Publius, § fin. ff. de condi. & demonſtr.* & quæ habentur *in l. iubemus C. ad Trebel.* optimus *tex. in d l. 2 titul. 15. part. 2.* cum alijs à nobis congeſtis *in d. proemio legum Tauri num. 120. & pluribus ſequentibus.*

Fauent etiam iuſtitiam dictæ D. Marię non tantum verba dictæ diſpoſitionis ſed (vt explicuimus) iuris communis regulæ:
42 ob id illis regulis adhærendum † cum de contrario iure minimè conſtet, vt traditur *in l. omnis diffinitio, ff. de regul. iur.* & inibi abundè *Dec. col. 1. cum ſimilibus ſupra citatis in conſilio 8.* dicimus quidem *num. 7. & 8. & prius in conſ. 7. in cauſa de*
43 *qua, num. 22. 23 & num. 25* † & diſpoſitiò intelligi debet, vt minus ius commune lædat *l. 2. de Noxal. l. maximum vitium, C. de libe.*

*libe.præteri.vel exhæred.* notant *Bartol.* & alij *in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. moder. in l. quidquid aſtringendæ, ff. de verbo. obligat. & in l. ſi vero, §. de viro, ff. ſolut. ma. & alibi ſæpe.*

Verùm, & illi alludit, quod *Carol. Ruin.* conſuluit *in conſ. 92.* caſus de quo *col. pen.*
44 *num. 10. lib. 2.* nempè † quòd & ſi maſculi ex cauſa conſeruandæ agnationis ſubſtituuntur, numquam maſculus remotior, & tranſuerſalis filiam poſſeſſoris excludet, ex dicta *l. cum auus*, & ſimilibus à nobis congeſtis in dicto *proemio legum Tauri. nu. 120.* & prius *à Tiraquell. in tract. de primog. q. 10. num. 21. char. mihi 287.*
45 Nec tunc oberit *Bart.* ſententia † *in d. l. cum auus*, cùm ipſam legem temperat, niſi ſubſtitutus ſit maſculus, cùm inſtitutus ſine maſculis deceſſerit.

Tum, quia aduerſarius ſubſtitutus minimè reperitur, cùm vltimus poſſeſſor ſine
46 maſculis deceſſerit † & ſemper dici poteſt de te non loquitur ſubſtitutio, vt ait *Socci. in conſ. 62. viſo cap. num. 4. verſ. & in primis lib. 3.* quem ſequitur *Aym. Craue. in conſ. 161. verba. num. 16. lib. 1. & late Ioan. de Neuizan. in conſ. 31. anceps, num. 21. & Anton. Rub. conſilio 28 num. 1. & Lauren. Silua. in conſ. 64. num. 14. & ſequentib.* vbi notanter loquitur in noſtro propoſito.
47 Tum etiam † quia in caſu *Bart.* palam teſtantis voluntas conſtat, hoc nolentis, quod in hoc negotio ceſſat ex prædictis.

Tum, quia ſententia prædicta *Bartol.* ſubſiſtere non poteſt, cùm ambiguitur an diſponens maſculos, fœminasvè admittere voluit, vt *Soccin.* aduertit *in ead. l. cum auus char. 10. colum. 2. verſ. expeditis notabilibus.*

Denique, & vt conſiderat *Carol. Ruin. in d. conſ. 92. col. pen. lib. 2.* nec *Bartol* loquitur, quando maſculi in conditione ſunt poſiti, & inibi, *Carol. Ruin.* complura alia ad hoc negotium videnda ſcribit.

Quid plura, & eius dictæ D. Mariæ patrocinatur, quod dictus maioricatus in linea patris dictæ D. Mariæ fuerit ingreſſus
48 † cum iuris ſit, ad aliã lineam non deueniendam ſucceſſionis, quouſque ipſius patris D. Mariæ tota finiatur, deſcendentium
49 linea, vt *in cap. 1. §. fin. de natu ſucce. feud.* † qui text. & ſi in materia feudali loquatur, tamen ex rationis identitate in maioricatibus alijs, quæ fideicommiſſarijs ſucceſſionibus ſubſiſtit authore *Anchar. in conſ. 82. dicti facti, colum. 4. verſ. ſed in contrarium, & Paul. Caſtrenſ. in d. conſil. 164. in præſenti caſu*, quæ vocatur maioriæ Hiſpalenſis

*column. 7. verſ. applicando, lib. 2.* & ad prædicta eſt etiam bonus tex *in l. unica, §. in fideicommiſſo, ff. de leg. 2.* traditur *in l. ſi cognatis, ff. de reb. dub.* bonus etiam ex *ad idem in d. l. 2. titulo 15. par. 2. & in d. l. 40. Taurinarum conſtitutionum*, vbi Deo auſpice (quando hoc locum habeat) agemus.

Et dicta veritas etiam conualeſcit, quia aduerſarius ſemel à patre dictæ D. Mariæ,
50 (eiuſq; frater) eſt excluſus; igitur perpetuo excluſus eſſe debet à tota eorũ linea, *cap. 1. §. quim etiam in tit. epiſc. pal. vel Abb.* traditur *in l. quamdiu, ff. de acquir. hæred. Doctor. in authenti. ſed & ſi quas, C. de ſecund. nupt. & in d. l. Gallus §. & quid ſi tantum ff. de libe. & poſthu. & in l. qui ſoluendo, ff. de hæred. inſt* & tenet *Io. Fab. in d. authent. ceſſante, C. de legit. hæred.* & ſat egregie *Bellaper. in d. l. pater filium, § quindecim ff. de leg. 3. & Ioa. Lup. loco proxim. citat. & paſſim reperitur* Et ob id *Card. Paul Pariſ. in conſil. 81. in preſenti cauſa vertente num. 25. lib. 3.* conſuluit, quòd cum agimus de alterius Prælatione facienda, quòd tempus, quo illud ius quæritur eſt inſpiciendum: & ita, quod ille, qui tunc præfertur, perpetuus in illo iure efficitur in illa prelatione, & quod eam ad poſteros transmittit, *§. proximior. inſtitu. de legi. agna. ſucceſſio.* Quin & *Bald. conſ. inibi 326. feudum ſub iſta forma lib. 2.*
51 conſuluit † quod maſculo ſine filijs maſculis moriente, quòd ſucceſſio ad poſſeſſoris propinquiorem deueniet, non verò ad remotiorem: quia quod ſemel ſubuerſum eſt nunquam refugit, *ff. de ſolutio. l. qui res, §. aream.*
52 A quibus nec illud diſſidet † quia ſicut ex maiori dilectione teſtantis aduerſarius à patre dictæ D. Mariæ eiuſq; fratre ſit excluſus, & ipſa Maria in caſu noſtro contingenti aduerſario in ſucceſſione præponenda eſt, *ex d. l. Publius § fi. ff. de cond. & demõſtrat.* optimus *tex. & ibi Alber. in ſummario. in lege centurio, ff. de vulg. & pup. ſubſt. Bart. in d. l. Gallus, §. etiam ſi à parente, ff. de libe. & poſthu.* traditur *in l. 1. ff. de reb. dub. gloſ. notabil. in l. ſi mater, § 1 ff. de vulg. & pupil.* cuius meminit, *Alex. in conſ. 1. col. 4. verſ. 2. pro-*
53 *batur lib. 1.* ad hoc † quod nunquam ſubſtitutio de vno caſu ad alium trahẽda eſt, quando ex hoc ſubſequeretur, quod in caſu omiſſo minus dilectus magis dilecta præferatur, & idem *Alexan. in conſ. 17. circumſpecta col. 3. num 6. numer. lib. 7. & in conſil. 3. alias colum. 3. lib. 3.* & probatur in *l. Lucius, §. pater, ff. ad Trebell.* & cum per dictæ D. Mariæ fuerit prædilectus, & etiam eadẽ D. Maria prædicta cenſetur, *ex d. l. cum*

acutiſſimi, vbi *Bald. C. de fideicommiſſ. & in l. maximum vitium, C. de libe. præte. & in l. ſi ſeruus plurium, §. fin. ibi charitas, ff. de legat. 1. & Alex. in conſ. 139. circa primũ, n. 1. li. 6.*
54 Suffragatur. & his † quia ſucceſſio ad gradum, vel lineam retro extantem non eſt de ventura, nã ſucceſſionis natura eſt, quòd non retro reddeat, ſed potius deſcendat. *l. iuriſconſultus, §. gradus, ff. de gradib. affin.* & quæ traduntur *in c. 1. de fil. nat. ex matri. ad morganat. contract.* & ob id *Bald. in d. conſ. 326. lib. 1.* ait, ſucceſſionem retro reſpicere non debere, & prius debet vna linea finiri, quã faciat trãſitũ, aliã *vt in c. 1. de natu. ſucce. feu. cũ alijs* de quibus meminit, *Carol. Mol. in conſt. Pariſien. tit. 1. de materia feudali §. 16. nu. 4.* & alibi ſæpe habetur.
55 Prædictorũ veritas, etiã conſtat † quia cõditio volũtaria in expecifica forma eſt adimplenda. *l. Meuius, ff. de cond. & demon.* cũ alijs quorũ *Bar. & DD.* meminere *in d. §. quid ſi tantũ, & Dec. in d. conſ. 89. viſo puncto, col. 2. & alibi ſæpe.* Et ob id *Card. Paul.*
56 *Pariſ. in d. conſ. 51. num. 29. lib. 2.* ait † quòd maſculi etiã ex teſtamenris propria familia propinquiorẽ fœminã non excludunt, niſi tantũ in caſu quo maſculorũ ſubſtitutio loquitur indiuiduè, quæ adimpleatur.
57 His & congruit † quia nõ idẽ caſus nec ſimilis eſt, de maſculo primogenito proximiore ad remotiorẽ, *d. l. ſi viua matre, & in d. l. cũ ita, §. in fideicommiſſo, & in d. l. 2. titul. 15. p. 2.* igitur conſequens eſt, de vno caſu ad aliũ in hac ſpetie nõ trahẽdã diſpoſitionẽ *ff. de ſta. homi. l. quæritur, cũ alijs, de quibus Dec. in c. translato, 2. lectu. col. pe. de conſtitu.*
58 Nec poteſt [illegible]i ſimile † in quo aliquia ab ſimilitudo ineſt, vt traditur in *c. non poteſt, de præbẽ. in 6. & DD. in d. c. translat.* Quid
59 plura † & in iſtis conditionibus voluntarijs argumentũ de ſimilibus ad ſimilia minimè obtinet, vt tenet *Bar. in d. §. & quid ſi*
60 *tantũ, & Dec. in d. cõſ. 89. col. 2.* Quim † nec in contractibus de ſimilibus ad ſimilia arguitur *Bal. in c. 1. qualit. vaſal. proprie feud. priue. Dec. in d. c. translato, 2. lectu. col. pe. poſt Alex. in conſ. 76. viſis col. 2. lib. 7.* & diſpoſi-
61 tio vna excludens perſonã non trahitur ad aliã Et ſi caſus ſimilis eſſet, ex traditis *in l. ſi verò, §. de viro, ff. ſolu. matri.* cum alijs, quæ congerit *Card Paul. Pariſ. in conſ. 41. Ioannes, nu. 77. lib. 3.* Nec vbi agitur, de extendendo diſpoſitionũ de perſona ad perſonã, diſpoſitionis fit extẽſio, conſtat, *in l. ſi quis ita §. pen ff. de teſta. tute. Aret. in d. §. & quid ſi tantũ, col. 4. verſ. 2.* & adde *Dec. in cõſ. 377. viſis, & diligenter, col. 2, & prædicta probãtur etiã ex tex. in l. fideiuſſores magiſtratũ, §. pro Aurelio, ff. de fideiuſſo.* & vide *Pal. in c. 1. qual. domi. proprie. feu. priue col. 1.* Et
62 deniq. in hac re conſiderandũ eſt † argumentũ à ſimili fallax eſſe: & ob id, omnis probatio fortior eſt quam ea, quæ de ſimilibus ad ſimilia fit, vt pbatur *in auth. ſi inſt. cau. & fid. §. ſi vero, colla. 6. & tradit Alberi. in ſuo dictionario in verb. argumentum qualiter, col. 2.* & palam, *Anto. in c. fi. col. 4. de conſue. & moder. in d. c. tranſlato.*

Quid plura, & *Cin. in l. quod fauore, C. de legib.* ait, quòd caſus pręter diſponentis or-
63 dinationẽ contingens † ſub diſpoſitione non cõprehenditur: & ſi in eo maior diſponendi ratio ineat, ad quod, & videndus eſt *Dec. in conſ. 63 col. 2. & in conſ. 291. col. pen.*
64 Prædicta, & lucentius elucẽt † quia ſubſtitutio in certis caſibus aliquos ad ſucceſſionẽ vocãs, ad aliũ caſũ minimè trahenda eſt ad aliarũ pſonarũ excluſionẽ, vt cõſtat ex *Old. in conſ. 21. thema pcipitur. Et Io. And. in addi. ad Spec. tit. de teſta. §. in primis* cũ alijſq. *Dec.* cominiſcitur *in conſ. 68. col. 1. & 2. & in conſ. 287. in ciuitate, col. 4. & in conſ. 218. in caſu adme, & in l. fin. col. 1. C. de inſti. & ſubſt. & in conſ. 323. cũ ſit col. 2. & in d. conſ. 291. viſis & diligẽter, col 4. & ini i* loquitur, & ſi plures fiant ſubſtitutiones. Et conſtat etiã *ex Alex. in conſ. 139. circa primum, col. 2. & ſequentib. lib. 6.* & notãter ita tradit *Iaſo. in d. conſ. 142. nu. 3. verſ. 5. lib. 2.*
65 Quæ & ſuadentur † quia quando diſpoſitio ad certũ limitatur gradũ, perſonã quę ad ſucceſſionẽ admitti vult, illius gradus eſſe probari neceſſum eſt, *Alex. in conſ. 82. in cauſa vertente inter Petrũ col. 1. verſ. omiſſis, & ſequen. lib. 1. Dec. in conſ. 321. colu. 4. verſ. vlterius* Et conſtat *in l. in agris cũ materia ff. de acqui. rer. domi.* Debẽt. n. eſſe ver-
66 ba expreſſiſſima † vt illis fœminas excludi dijudicemus, vt nos abundè diximus *in repet. proœmij legũ Tauri, nu. 127. & ſequent.* & faciunt quæ in ſimili tradit *Baptiſt. de ſancto Seuerin repet. l. omnes populi, char. 34 col. 2.* & quæ *Iaſ.* tradit *in l. ſea & ſi quis, §. quæſitum, col. 5. ff. ſi quis cautionib. cum ſimilibus* adductis, *per Io. Neuiz. in ſua ſilua nuptia. in tit. iudicandũ pro communi char. 22. colum. 4. verſ. limita 8.*

Exinde, & clarius vrget magis cõe *DD*;
67 aſſertũ, quo deffiniũt † maſculos in vna parte diſpoſitionis ſubſtitutos in alia excluſos cenſeri fœminas, quæ admittendas, & qualitatẽ maſculinitatis ad caſũ omiſſum non trahendam: quia ſi diſponens in illo caſu aliud voluiſſet, expreſſiſſet quidẽ, *l. 1. §. fin autẽ ad deficientis, C. de cadu. tollen. & ex tex. cum materia in l. cùm prætor, ff. de*

iudi.

Digitized by Google

ſudi & in l.ſi ſeruum,§.prætor.verſ.non dixit prætor,ff.de acquir.hæred. & in c. ad audientiam de decim. Et ita in noſtris proprijs terminis Anchar.conſuluit,in conſ.1?0.pro clariori,in fin & Anan.in conſ.22.ad proba ..., col.2. Alexan.in conſ 38.perſpectis col.3. lib. 6.& in conſ.53.col.3.lib.4.cui ſe ſubſcripſerunt Bolog.& alij plerique, & idem tenet Corn.in conſ.230.col.5.lib.4.& in conſ.203. licet in hac lib.4.Curt.antiq.in conſ.63.antiquiſſima,col.15.16.Soccin.in conſ.227 præſens col.12.lib.2.& in conſ.69.viſo teſtamento,col.7.lib.3.& in conſ.63 col.14. num.27. eod.lib.3.& Iaſ.in conſ.142.col.pen.lib.2. Carol.Ruin.in conſ.140.viſo,& bene lib.2.& in conſ.93.viſo primo,col.5.ſub num.15.libr. 2. Io.Anton.Rub. in conſ.31.præſupponitur,col. fi.& in conſ.71.plura,col.penul. Soccin. Iun. in conſ.29.circa primam num.12. lib.1. vbi ait,hanc eſſe magis communem opinionem.& idem Soccin.Iun.in conſ.100.præſupponitur in facto num.20.lib.1.& in conſ.128 præſentis,nu.233.lib 1. & illi conſilio ſe ſubſcripſit Calca.& hoc eſſe communem Doctorum placitum teſtatur, cui ſententiæ etiam adſtipulatur Hieron. Grat.in reſpon. 18.col pen. lib.2. & palam Oldrad in d.conſ. 20.& ſequaces,quibus addendus eſt, Laur. Silua.in conſ.6..refricatur in dubium nu.17. & ſequentib.lib.2.& vos abunde in d. proœmio legum Tauri,nu.178.& ſequentib.

Nec nos contorquet aduerſus prædicta
68 † Abb.conſilium in conſ.36.lib.1. cui plerique varijs in locis accedunt.

Tum quia ſententia Abb.& ſequacium, quia voluerunt, maſculorum ſubſtitutionem ad caſum omiſſum extendendam, nõ eſſe probabilem,ſed iuri obſiſtere, eſt quæ crebior, & communior opinió.

Tum etiam,quis dictum cõſilium Abb. potius eſt fœminarum fauorem, quã ad earum excluſionem,vt ex eius liquet ſeriæ.

Tum item,quia Abb.loquitur,cùm ſubſtitutio maſculorum eſt in eadem oratione,in qua omiſſio ineſt, at non ſi in diuerſa contingat oratione,& ita conſtat ibi ex eodem Abb col.fin.verſ.nec obſtat ſi dicatur,& nuncupatim ita tene Curt.antiq. in d.conſ. 63. colun.12. verſ.cum igitur,& Iaſ. in d.conſ.142.col.pen.num.5.lib.2. & Soccin. Iun.in d.conſ.128.num.98.lib.1.& idẽ prius tenuit Soc.antiq.in d.conſ.63.num. 27. lib.3.

Tum,& quia,ſi verior eſſet Abb.ſententia,tunc obtineret,cum eadem ineſſet ratio:at alias ſecus,& ita etiam expreſſe aduertit Socc.Iun.in d.conſ 128.nu.98.lib. 1.

Tum quia tunc Abb.loquitur,cũ teſtator agit de eius tantùm agnatione in maſculis tuenda:at ſecus ſi fœminas etiam in teſtamento ſubſtituit, vt in præſenti ita eleganter tenet Dec.in d.conſ.416.col.pen. verſ.non obſtat num.19.& Ioan.Anto.Rub.in d.conſ.31.col.fin.

Tum,quia,& Abb.tractat,cum in vna parte maſculorum fit mẽtio,& in alia ſimplicite de filijs eſt dictum: ſecus verò eſt, ſi teſtator loquatur verbis Filijs Et Nepotibus. Aut Hæredibus. Vt inſigne idem Dec. conſuluit in conſ.567. in caſu occurrenti, nu.3.& ſequentib.verſ in iſto conflictu.

Tũ etiã,quia & ſm Dec.in d.conſ 567.in materia fauorabili(ſi verũ eſſet, quod conſuluit)obtinet,ſecus ſi in odioſa,vt hic,cũ agitur de extendendo fideicommiſſum de caſu ad caſũ onere fideicõmiſſi, ex tex. in authen.de reſti.fideicom.§.nos igitur, colla. 9. & faciunt,quę Bar.notat in l.filiusfa.§.diui ff.de leg.1.quibus cõducit regul.odia de regul.iur.lib.6.

Deniq Abb.& eius ſectæ in eo caſu loquũtur,quo de maſculis alicuius fit mẽtio, & poſtea de eius filijs ſimpliciter agitur: at verò ſi de filijs Titij maſculi diſpoſitio loquatur:& exinde, de filijs alterius fiat mẽtio ſimpliciter,vt in præſẽtia.Et ita eleganter conſuluit,Carol.Ruin.in d cõſ. 140. col.5.nu.6.& Io.Anto.Rub.in d.conſ.31 col. fin.Et nos alias adduximus reſponſiones ad Abb.doctrinam in d.proœmio nu.130.ver. prædictam & ſequentibus.

Sane,& attentari poteſt,minimè eſſe pbatũ aduerſarium à diſponente deſcendere ſiquidẽ 200.annis iam decurſis dictus
69 maioricatus ſit erectus † tantum.n.aliqui teſtes ſuper hoc deponũt,& de fama minimè cõcludũt,& notatis per Bart.in l.de minore,§.tormenta.ff.de quæſtio,cũ aliis de quibus meminit,Dec.in conſ.37.col.3.& penul. & in conſ.429.col fi.& faciũt,quę habẽtur in c.licet ex quadã de teſtib.& egregie Alex. in conſ.82.col.1.lib.1. Corn.in conſ.78. viſo proceſſu,colu.3.lib. 3.& eod.lib.conſ.146.res mihi col.2.Quin & aſſerit Corn.in d.conſ.78.
70 col.2 quod aduerſus poſſeſſorẽ † minimè poteſt fieri probatio conſanguinitatis per teſtes de auditu etiã cũ qualitatibus dicti c.licet ex quadã,& prius idẽ voluit Paul.Caſtr.in conſ.56.ſuper primo quæſito.col.2.poſt mediũ lib.1 quẽ refert & ſequitur Aym. Crauet.in tract.de antiq.tempo.1.par.n.306.

Et etiã,eſt aduertendum, ꝙ verba Por la linea.In dicta maioricatus ſcriptura impo
71 ſita † de recta linea explicanda ſunt, non verò de trãſuerſali,vt pbatur in d.l.iuriſcõſul.§.parẽtes,ff.de gradib. & ita notabiliter cõſuluit,Bal.in cõſ.271.teſtamẽto li.3. & palam



Digitized by Google

Iam idem Bald. in cap. cùm ordinem. col. 5.
de reſcript. & in conſ. 85. col. penult. lib. 1. &
Dec. in conſ. 379. requiſitus pro conſ. num. 5.
& idē tradit Chaſſene. in conſuet. Burgund.
rub. 7. & 10. in verbis de ligne. char. 263. col.
2. in princ. verſ. aduerte. Poſt Soci. in d. conſ.
33. circa præſentem col. 3. lib. 3. & Soc. iun.
in conſ. 20. in propoſito nu. 14. lib. 1. & ob id
inibi ipſe Soc. ait, ſub his verbis, fratrem
minimè comprehendi, ita cōſtat ad ocu-
lum ex arbore affinitatis, & in l. ſtemmata,
vbi notatur, ff. de gradib. & in cap. 1. in tit.
de gradib. ſucceſſio. & melius probatur in l.
2. tit. 6. partit. 4. & hæc roboratur ex eo,
72 † quòd dictio De. cauſam proximam, &
immediatam edocet, ff. de coniung. cum
emancip. liber. eius l. 1. §. nunc videamus, &
ita dicta verba. De la linea. Sunt (vt aſſer-
uimus) explicanda. Quo fit, vt Paul. Ca
ſtren. cenſet in d. conſ. 164. col. 1. hæc verba.
Omnes filij maiores, quia tales, & ab illis de-
ſcenderint, eſſe exponēda de deſcendētibus
à primogenito immediatè, & non à ſe-
cundogenito, & ſic per poſterius, ff. de li-
ber. & poſthu. l. qui liberis, §. hæc verba, &
notat Anchar. in conſ. 95. col. pen.

Nec iam dictis repugnat, quòd diſpo-
nens dixerit, ſuam familiam voluiſſe tueri
quę per fœminas non conſeruatur, l. pro-
nunciatio, §. familiæ. ff. de verb. ſignif. notant
DD. in l. C. de adult.

Primo, vt diximus, & fęminas ad ſuc-
ceſſionem diſponens ſubſtituit, & in eis
ſuam familiam adeſſe etiam voluit.

74 Secundo, quia & præter hoc † quòd d.
D. Maria ſit de agnatione fundatoris, quia
de maſculo in maſculo ab ea deſcendit,
l. 2. § 1. ff. de ſuis, & legit. hæred. §. 1. inſtit. de
legit. agnat. tut. l. voluntas, & illic DD. C. de
fideicommiſſ. Feli. & moder. copioſius in cap.
nouit. de iud. & Soc. in conſ. 227. col. 9. lib. 2.
Deci. in conſ. 563. duo dubia, col. fin. more ta-
75 men Hiſpaniæ circunſpecto † fœminæ
familiam, & arma genuſq. tuentur, & ita
complures & præcipuas domus fęminas
proximiores tenere videmus (vt latè à no
bis fuit dictum in dicto proemio legum
76 Tauri nu. 45 & ſeqq. ſecundum quem † di-
ctæ diſpoſitionis verba exponenda ſunt,
ff. de leg. 1. l. ſi ſeruus plurium. §. fin. & in l.
cùm delatoris. §. aſinam. ff. de fund. inſtruct.
cum alijs, quorum Deci. meminit in conſil.
397. in iſo puncto, col. penult. dicens. diſpo-
nentem in his maioricatibus Hiſpaniæ
morem Hiſpaniæ perſcrutatum fuiſſe, &
ſecundum eum eſſe explicanda verba di-
ſpoſitionis cum alijs à nobis citatis in
d. proœmio legum Taurinum. 88. quibus &
accedat Bart. ſententia in d. l. pronunciatio
77 §. familiæ. Qua cenſet † hæc verba. De do-
mo de Caſata. Etiam fœminas comprehen-
dere, ſi id conſuetudo terræ permiſſerit.
Quod etiam tenet idem Bart. in l. tutelas.
in fin ff. de capit. dimi. & DD. in l. fin. C. de
verb. ſignif. & probatur in l. minime. ff. de
legib. Et ob id Corne. in conſ 41. col. fin lib.
4. teſtatur, multis in locis eſſe conſuetu-
78 dinem iure obſeruandam † quòd fœmi-
næ maritorum nomen, & arma portent,
& ita aliena, à fortiori ergo, & propria
ſui generis. Et ſatis hæc ſubſtentat tex. cap.
Raynutius de teſta. & ibidem Guiller. Bened.
car. 8, col. 2. & Guid. Pap. q 241. & alibi ſæpè
Quim Soc. in. iun. conſ. 2. nu. 14. lib. 2. ex plu-
79 ribus ait † fœminam ad ſucceſſionem
bonorum admittendam, quæ teſtator ſē-
per voluit perpetuò in eius familia eſſe,
& denique hæc fulcit tex. in l. liberorum, ff.
de verb ſigni. ibi. Et enim idcircò filios, filiaſ-
ue concipimus, atque edimus, vt ex prole eo-
rum, earumue diuturnitatis nobis memoriam
in eum relinquamus. Igitur hic tex. docet
80 † fœminas parentum memoriam conſer-
uare.

81 Proinde nec prædictis omnibus † obſi-
ſtit ſententia Paul. Caſtren. in l. 1. col. 2, poſt
medium, C. de condi. inſert. qua cenſet, (ex
tex. in l. ſi viua matre, C. de bon. mater.) quòd
ex quo diſponens proprias excluſerit fi-
lias propter maſculos, & neptes per eos
excludere voluiſſe.

Tùm, quia contrà Paul. pleriq; tenue-
runt, quos commemorat Curt. antiq. in d.
conſ. 64. col. 13. & 14. & Corne. in conſ. 230.
quanquam. col. 6. verſ. nec obſtat, lib. 3. & latè
Iaſ. in d. conſ. 142. col. 7. nu. 5. verſ. 10. mouet
lib. 2. Nec inconueniens eſt, quòd melio-
ris cōditionis ſit neptis quàm filia, ex tex.
in d. l. cùm auus, ff. de cond. & demonſt. & ita
reſpondet Alex. in conſ. 38. perſpectis. nu. 6.
col. pen. verſ. reſpondeo, lib. 6. & probatur in
d. l. 2. tit. 15. part. 2. & in l. 40. Taurinarum
legum, quæ habetur lib. 5. nou. recop. tit. 7. l. 5.

Verum & ſententia prædicta Pauli Ca-
ſtren. ad hunc caſum nō pertinet, ſiquidē
hic diſponens filias ſuas excluſit propter
primogenitos maſculos, & vltimorū poſ-
ſeſſorum filios, de quibus aduerſarius non
eſt, & ideò notabiliter Soc. in conſ. 227. præ-
ſens conſultatio. nu. 10. verſic. ſecundum, &
in verſ. ſed hoc fundamentum, lib. 2. ait, quòd
in caſu, quo fuiſſet vera prædicta ſententia
Paul. Caſtren. procederet tantùm in ſubſti-
tutione facta primo loco inter filios, in
qua eſt appoſita prædicta cōditio, & quòd
non procederet in ſubſtitutionibus factis

nepo-

Digitized by Google

nepoti, ſeu pro nepotibus, vt fuit noſter caſus.

Tum etiam, quia *Paul.Caſtr.* loquitur, quando maſculi tantùm ſubſtituuntur: at ſecus verò etiam fœminæ ſubſtituuntur.

Tum item, quia non quidem ipſe *Paul. Caſtr.* loquitur, cùm diſponens de familiæ conſeruatione minimè agit, vt inſignè tenet *Socin.in d.l.cum auus chart.*13.*in fin.*

Tum, & quia vt conſtat ex eodem *Paul. Caſtr.* inibi, contra eum plures graues Doctores conſulerunt: & quòd ideò etſi pluries fuerit requiſitus, noluit amplius cõtra neptẽ conſulere, & idẽ refert *Soc.in d. conſ.* 227.*col.fin.l.*2.*et Iaſ.in d.cõſ.*142.*n.*5.*verſ.* 10 *mouet,lib.*2.*& Zaſi.in tract.ſubſtit.cap.*7. *de conditione ſine liberis n.*6, qui reperitur *in* 7.*vol.tract.diuerſ.Doct.fol.*157.*col.*4. Vbi, &

82 *n.*5. ipſe *Zaſi.* reſpondit † multipliciter ad *d l.ſi viua matre,* & inter alia ſingulariter ibi dicit, quòd poſſet eſſe, quod filia à patre ſit congruenter dotata, & nepti nihil ſit relictum, quam conſiderationem ad *d.l.ſi viua matre,* perpendit etiam, *Curt.antiq.in d.conſ* 64.*in antiquiſſima col.*13.*verſ.*3, *corroborantur præmiſſa*, & nouiſſime idem aduertit *Pincl in ead.l.ſi viua matre*, quæ eſt *l.*3. *in ordine n.*27.*verſ.nec tamen fol.*192.*col.*4. & ante eos idem aduertit *Socin.in d.conſ.*227. *col.pen.verſ.præterea dici poteſt lib.* 2. *& ad prædictam l ſi viua matre,* vide etiam *Alex, in conſ.*53. *licet ergo,col.*6.*verſ.*3.*non obſtat, lib.*4. & quæ tradit *Alex.in reſpon.*528.*lecto conſ.n.*4.*in medio, & n.*7.*in fin.& n.*8.

Profectò, nec dici poteſt, vltimo loco ad excluſionem extraneorum ſubſtitutorum tantùm fœminas eſſe ſubſtitutas, & non ad alium effectum ſiquidem contrarium manifeſtè apparet ex ſerie dictæ diſpoſitionis,

83 † nec de ordine literæ curamus, cùm de intellectus ordine conſtat, *l.fin.* § *fidei.ff.de l.*2.*l.nec enim ff.de ſolut.Ioan. And.& Doct. in cap.dilecta.de reſcript.Doct. in l.*2.*§.prius, ff.de vulg.& pupil.ſubſt.& Bart. in l.qui ita tamen,§.ſi quis ſuſpectam,col.fin.ff.ad Trebe. cum alijs*, quorum memini: *Carol. Ruin.in conſ.*118.*videndum,col.*6.*in princip.lib.*3.*& Ripa in l.ex facto §.ſi quis rogatus n.*11.*ff.ad Trebell.palam Bart.in l.*1.*ff.de vulg.& pup. & inibi Rip.n.*17 *ex l. præpoſteri,C.de teſta. & quæ Bart.inſignè ait in d.l.Gallus,§.quidam rectè,col.*3.*verſ.quæro quid ſi teſtator.*: *ex tex. in l.talem,ff.de hæred.inſtit.& Carol.Ruin.in conſ.*186.*duobus col.fin.lib.*2.*cum alijs à nobis congeſtis ſupra in conſ.*27.*in lite,quæ inter num.*22.

Nec aduerſario fouet quædam charta ſimplex, quæ reperitur poſt dictam maio-

84 ricatus ſcripturam † ſi quidem vtpotè priuata, & à tabellione non ſubſcripta, & ſignata fidem non facit, vt ſupra à nobis fundatum fuit, *in conſ.*20.*in hac controuerſ. nu.*

85 2. Verùm, & diſponentis mens † ex contentis in ſcriptura percipienda eſt, non verò ex alijs vt conſtat in *l.quidam cùm filiũ, ff de hæred.inſtit.notat Socin. in d. l. hæredes mei,§.cùm ita,ff.ad Treb.& Dec.in conſ.*417 *viſis conſil.col.fin.*

Quibus ſic probatis conſtat dictam D. Mariam in poſſeſſione bonorum dicti maioricatus manutenendam tanquam ad ea ſubſtituta, *ex l.*45.*Taur.leg.& eius declara-*

86 *toria.* Et quia † poſſeſſoris filia *ex text. in cap.*1.*§.inter filiam in tit.ſi de feud.fue.contr. int.dom.& agnat.* ibi, *Reſpondeo apud filiam poſſeſſionem interim collocandam.* Qui text. loquitur in caſu fortiori, nempè in bonis feudalibus, quorum natura eſt, quòd fœminæ in eis minimè ſuccedat, ex vulgatis iu-

87 ribus † & quòd filia ſit tuenda in poſſeſſione tradunt Doctor. *in cap.*1 *de conten.int. maſcul.& fœmin.& Ioan.And.in Specul.tit. de teſt.§.pen.in fin.& Alex.in l.fin.col.fin.& inibi Iaſo.num.*26.*C.de ed. di.ad tol. & Dec. in coſ.*467.*benè,& conſultè nu.*10. *& ſeq.& conſ.*424.*proponitur,num.*11.*cum ſequent.& in conſ.*478. *ſuperiori, num.*6.*& ſeq. & conſ.* 588.*viſo puncto, col.*2. *& in conſ.*498. *viſo caſu,col.*1.*Curt.Iun.in tract.feud.*3.*par.q.*21 *addens Bald.in d.cap.*1.*de conten. int. maſcu. fœmi.idem etiam Curt.Iunio. in conſ.*30. *habita.num.*10. & idem tenet *Matth. de Affli. in deciſ.*119.*num.*4. *& Albert. Brun.in conſ.* 1.*col.*2.*&* 3.*verſ. hoc ſic præmiſſo, cum ſequ. & Socin.Iunio.in conſ.*68.*iam plura, nu.*24. *lib.*1. Et vide latè eundem *Socin.Iun.in conſ.* 30.*per totum,lib.*1.*poſt.Iaſo.in l.ſin.num.*26. *C de ed.di.ad tolle. & Ioan.Bapt.Plot.in tra. de in litem iurando.§.*3. *nu.*40. *& Roland.a Valle in conſ.*1.*nu.*18.*& ſequentib. & Matt. de Afflict.in deciſ.*119.*vtrum diſpoſit. nu.*4.

88 Et *text.in* † *d.cap.*1. *§. inter filiam,* etiam obtinet non tantũ in filia poſſeſſoris: ſed in alia fœmina maſculis proximiore, vt notanter conſuluit, *Dec.in d.conſ.*424.*num.*12. *& Dec. ſequitur Curt.Iunio. in dict.conſ.*30. *num.*10. & idem tenent alij, quos hic citaui *num.*19. & notanter *Ioann.Baptiſt.Plot.in d. tract.de in litem iuran.§.*3 *nu.*40.*& ſequent, & ſi contrarium teneat Socin.Iun. in d.conſ.* 68.*num.*24.*lib.*1.

Quibus, & conducit *text.in l.*1.*titul.*14.

89 *ordin.lib.*3. & inſtruuntur ſuperiora † quia ex quo dicta D.Maria iure communi ſuam intentionem munitam habet, donec de contrario conſtet, in poſſeſſione eſſe debet, ex tra-

ex traditis *in regul. omnis diffinitio, ff. de reg. iur.* & ibi *Dec. col.* 1. & abundè diximus *in proœmio leg. Taur. n.* 37. *& ſequentib.*

Ex quibus hanc iuris abſoluimus allegationem.

Doct. Burg. Marcus Salon de Pace.

# ADDITIO.

NVm. 1. & ſeq. Dùm ex maiori parte iſtius Conſilij enunciatur] materia ſucceſſionis fęminarum in maioricatu, & feudo, adde *Minad. dec.* 36. *n.* 12. *Georg. alleg.* 26. *nu.* 6. *de Curte in diuerſ. iur. §. licet autem nu.* 6. *allegat. Anna* 34. *nu.* *&* 106. *nu.* 4. *Lanar. conſ.* 60. *num.* 40. *vol.* 1. *Anna iun. conſ.* 8. *nu.* 6. *Borrell. de magiſtr. edict. lib.* 2. *c.* 2. *nu.* 63. *& Caber. deciſ. Pedemont.* 26. *iuncto Ioann. Thom. de Marin. de gener. & qualit. feud. lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 2. & in fęmina extranea pariter negauit *Milanenſ. deciſ. Sicil. p. nu.* 36. *lib.* 1. & etiam fæminam a maſculo ſemel à feudo excluſam, *Gaill. obſer.* 148. *lib.* 2. attento iure ipſo feudorum non communi, vt ipſe *Borrell. loc. cit. nu.* 61. *& Georg. alleg.* 21. *nu.* 6. & niſi adeſſet conſuetudo, vt fœminæ ſuccederēt in feudis, *Mainard. deciſ. Tholoſ.* 30. *nu.* 5. *lib.* 3. *& dec.* 35. *eod. lib. In Gallia Guid. Pap. deciſ.* 9. *&* 59. *&* 297. *In Delfinatu Boer. in conſ. Biturg. tit. de feud. §.* 1. *apud Biturgenſ. vt in hoc Regno Siculo, & Neapol. vltra pharum habemus conſt. incip. In aliquibus, aliàs incip. Vt de ſucceſſionibus, idem Borrell. loc. cit. vbi aliàs declaratur, & in ſumm. deciſ. tit. de feud.* 1. *p. nu.* 164 *& ſeq.* & quando in inueſtitura de fæminis fuit facta mentio, & quando non debetur ſeruitium perſonale, & in feudo paruo, & modico, & in feudo hæreditario, & in feudo franco inter alias declaratur, & vide pulchrâ *collect. Ric.* 550. *per totam, & not. Vtu. poſt. dec.* 225. *in quodam reſponſo Hieronymi de Roſſis, Theodor. alleg.* 49. *num.* 19. *& ſeq.*

Num. 18. (mentem teſtatoris ſequendā) & conſtare ex contentis in ſcriptura, *vt num.* 58. adde voluntatem teſtatoris obtinere primum locum in conditionibus, & euidens voluntas ipſius dicitur, quæ colligitur ex coniecturis, *Abb. conſ.* 78. *lib.* 2. ſed quando probentur coniecturæ vltimarum voluntatū per teſtes, *Mant. de coniect. lib.* 12. *tit.* 16 & quomodo deſumantur coniecturæ, *idem lib.* 6. *tit.* 6. *in d. tract.* & ad legem ſequi voluntatem teſtatoris, ſicut venatorem leporem, *Boer. deciſ.* 146. *Ludouic. deciſ.* 81. *nu.* 23. *p.* 2.

Num. 19. caſum ommiſſum remanere in diſpoſitione iuris communis, &c. Patruus meus latiſſimè in *conſ.* 2. *ſupra nu.* 1. ideò inſtitutus ſub hac conditione, quod durante minori ætate vſque ad 18. annos, ipſe inſtitutus debeat remanere apud aliquem cum bonis hæreditatis, & in fine dictorum annorum 18. fuerit immorigeratus, quod tunc ſuccederet in ipſius bonis ille, qui habet cuſtodiam inſtituti, & adminiſtrationem bonorum, ſi ante *in ann.* 18. inſtitutus fuerit immorigeratus, & in ętate 13. annorum deceſſerit, tunc non eſt locus ſubſtitutioni, ſed bona debēt peruenire ad ſuccedentes ab inteſtato ipſi inſtituto, *Affl. deciſ.* 141. & nota licet in contractibus ad caſum non expræſſum extentio fieri non poſſit, & caſus ommiſſus pro ommiſſo habeatur, tamen poteſt fieri extenſio de ſimilibus ad ſimilia, ideò exceptio, quæ fuit facta de bello, & peſte, debet extendi ad caſum caritatis, & famis, in quo eadem ratio videtur, *Dec. conſ.* 555. *&* 697.

Num. 21. (teſtatorem ſecundum ius cōmune diſpoſuiſſe cenſendum eſſe) *& num.* 43.

Inde in dubio teſtatorem voluiſſe dicimus, quod vult ſtatutum ſuæ patriæ, *Affl. deciſ.* 226.

Et adde verba teſtatoris ſpecialiter ruſtici debent intelligi ſecundum communem vſum loquendi, *Bart. conſ.* 52. *vol. primo.*

Et nō cenſeri vocaſſe perſonas, ſibi odioſas in

ſas in generali vocatione, *l. Lutius* §. *Lutius, Titius daman. ff. de legat.* 2. *Viſcont. concluſ. Teſtator in generali.*

Num. 25. neptem ex filio rapreſentare Patrem in qualitate ſexus, tu addas quando appellatione filiorum veniunt nepotes *Put. deciſ.* 263. *lib.* 3. & quòd non veniant in donationibus, *Magon. dec.* 61. *Rot. Florent.* & in vltima voluntate regulariter appellatione filiorum non veniunt nepotes, *Dec. conſ.* 95. quando tractatur de eius incomodo, & *Dec. conſ.* 218. alijs ſecus, niſi quando filij vocantur, cum aliqua qualitate, quæ non erat in nepote, *Hippolit. ſing.* 303. & appellatione filiorum veniunt nepotes, & deinceps deſcendẽtes quando teſtator promiſuit vtitur verbo filiorum, & liberorum, *Cabell. conſ.* 62. *num.* 12. & *conſ.* 155.

Num. 26. & ſeq. plurea delinea, &c. vt Patruus meus hic, *Adde per Capic. dec.* 159. *num.* 6. quòd linea recta, non autem tranſuerſalis intelligatur, cum facimus mentionem de linea, & appellatione lineæ venit recta, quæ compræhendit aſcendentes, & deſcendentes tantum, *Caball. Milleloq.* 684.

Num. 33. Maſculinum non concipit Femininum, quãdo eſt diuerſa ratio, ideò ſi ſinguli de aliquo oppido teneantur ſingulo anno, cum meliori pari bottũ facere roidas non tenentur, hi qui ſolum, habent vacas *Vlatt. conſ.* 291.

Num. 35. & ſeq. Filij poſiti in conditione cenſentur poſiti in diſpoſitione, *Clar. in* §. *teſtam. q.* 77. *Gabriel. de fideicom. cõcl.* 4. *Rol. a Vall. conſ.* 51. *vol.* 3. & 34. *num.* 55. & *conſ.* 43. *num.* 38. *vol.* 4. *Anna allег.* 10. *num.* 18. & *allegat.* 134. *num.* 4. *vbi addent Theſ. deciſ.* 96. *nu.* 4. *Anna conſ.* 10. *Lanar. conſ.* 60. *Borrell. conſ.* 33. *num.* 33 *Surd. deciſ.* 162. *num.* 1. & 5. & *de aliment. tit.* 2. *q.* 14. & *Honded. conſ.* 64. & *Viſcont. in concluſ.* Filij poſiti, vbi quamplures alios citat.

Num. 38. deſcendẽtium appoſitione qui veniant cum ſequẽtibus numeris, Adde *Facchin. lib.* 11. *cap.* 19. & deſcẽdentium appellatione veniunt maſculi, & Feminæ, niſi materia aliud requirat, vt in ſucceſſione feudi primogenituræ, & dignitatis, *Natta conſ.* 676. *num.* 9. *Magon. deciſ. Lucenſ.* 7. *num.* 3. 26. & 32.

Hinc deſcendentes ex femina excluduntur ab illo iure, à quo femina excluditur, *Caball. milleloq.* 102.

Num. 42. Regulis iuris adherendum, cum de contrario iure non conſtat, inde regulam habẽs pro ſe dicitur habere rem certam, *Bart. in l.* 2. *col.* 1. *ff. ſi quis ius duent. non obtemper.* aliàs ſi quis in ius vocand. *Surd. deciſ.* 75. *num.* 8. & quis ipſam habet dicitur habere intentionẽ fundatam, *Surd. dec.* 126. *num.* 8. & *de alim. tit.* 1. *q.* 24. *num.* 5. illãq; inhærendum eſt, & pro ea pronuntiandum, *Caſ-cher. dec.* 12. *num.* 2. *Couar. lib.* 2. *var. reſolut. cap.* 12. *num.* 4. *Ludouic. dec. Peruſ.* 89. *num.* 9. *Rol. à Vall. conſ.* 81. *num.* 4. *vol.* 1. & *conſ.* 5. *vol.* 4. *num.* 6. & *Viuius deciſ.* 135. & qui habet regulam pro ſe transfert onus probãdi, adeò quę probare debet limitationem, *Surd. in tract. tit.* 9. *q.* 27. *num.* 11. & 12. & *dec.* 3. *num.* 4. & *dec.* 255. *num.* 2. & vide pro principali concluſione, *Siluan. nuptial. lib.* 6. *numer.* 21. & *Martam Voto* 71. *n.* 20.

*Ad num.* 46. *vide Reg. Valenz. conſ.* 23. *num.* 5.

Num. 50. ſemel excluſum, indè priuatus ſemel ob delictum officio, licet ciuiliter fuerit cauſa, ad aliud admitti non poteſt. *l. ſi quis C. de ſuſceptoribus lib.* 11. *Capic. dec.* 171. *Franc. Marc. dec.* 114. *Clar. q.* 73. & *Capiblanc. de Baronib. pragm.* 5. *n.* 84.

E conuerſo ſemel hæredem, ſemper hæredem. *l.* 88. *ff. de hared. inſtituend.* & qui ſemel eſt hæres per reſtitutionem, non poteſt detinere eſſe hæres directo, ſed vtiliter. *l.* 8. §. *ſed quod ff. de minor.* 25. *annis.*

Num. 51. Ordinem in ſucceſſionibus attendi, adde in fideicommiſſo eſſe ordinem ſuccedẽdi reſpectu fideicommittentis, *Rouit. conſ.* 51. *num.* 1. *qui in conſ.* 98. *num.* 1. notat pro hoc *num.* ſucceſſionem ab inteſtato deficientibus deſcendentibus deferri ad proximiores

de

Digitized by Google

de linea. *Num.* 52. *vide Reg. Valenz. conſ.* 23. *num.* 36.

Num. 59. Argum. de ſimilibus ad ſimilia non obtinet in contractibus, *& num.* 61. adde quando non valeat, vt in caſu Annæ *conſ.* 53. *num.* 113 *& ibi arg. de feudo à maioratu valere, vt D. Rouit. conſ.* 15. *num.* 33. *qui conſ.* 21. *num.* 15. *argum.* à ſimili notat nõ requirere omnimodam ſimilitudinem, ſed æqualitatem, *nu.* 69. *Addas Reg. Valenz. conſ.* 90. *num.* 190.

Num. 70. de probatione conſanguinitatis adde, vt conſanguinitas probetur requiritur, quod teſtes recipiãt à communi parente, vel à fratribus germani, aliàs non dicuntur reddere cauſam ſcientiæ, *Natt. conſ.* 388. *& Dec. conſ.* 524. *num.* 4.

Num. 73. & ſequent. ſi fæminæ dicantur de familia, *adde. l. pronuntiatio in fin. ff. de verb. ſignificat.* ibi, licet femina ſit agnata, nõ tamen ipſa conſeruat agnationem ſuit, *deciſ.* 9. *Theſaur. deciſ.* 37. quarè, Rota ſepius reſoluit, quod quãdo teſtator non ſolum vocauit agnatos, ſed etiam expręſſit verba, ex quibus conſtat voluiſſe bona conſeruari in agnatione, tunc fœminę non cenſentur vocatæ, etiam ſi aliàs verba ſubſtitutionum apta eſſent illas compręhẽdere, *Rota deciſ* 203. *& deciſ.* 217. *p.* 2. *in recent*, latè fuit dictum in Romana fideicommiſſi de fondatis 6. Nouembris 617. coram R. P. D. Remboldo, in quibus deciſionibus notanda eſt, quod Rota noluit admittere feminas, etiam ſi non adeſſet cõcurſus maſculorum ex eo, quia ipſæ non ſunt habiles ad conſeruandum agnationem, quòd autem fœminæ ſint de agnatione, & dicantur agnatæ, plenè tradit *Rota deciſ.* 282 *p.* 2. *in recent.* vbi fuit dictum venire ſub vocatione de domo, & familia, & ſub nomine proximiorum, quod pariter approbauit in alia . . . . . . . fideicommiſſi 5. Iunij 1617. coram R. P. D. Coccino Decano, vbi Rota dixit venire ſub nomine Cippi, & amplia etiam ſi feminæ ſint nuptæ, *Serafin. deciſ.* 1438. *Rot. deciſ.* 587. *p.* 1. *in recent* quicquid eſſe contrarium teneant relati per *Serafin. deciſ.* 488. *& vide Ricc. coll.* 3002. 7. *par.* per totam.

Num. 83. Ordo literę, quando attendatur, adde ſemper attendi in diſpoſitionibus. *l. generaliter* § *ſi quid. ff. de fideicom. libert. l. quoties. ff. de vſufruct. cap. pen. de reſcript. lib.* 6. *cap. mandato de preben. eod. lib. Garc. Girond. de priu. ſeù exemption. explicat. numer.* 177. *Card. Tuſc. tom.* 5. *lit. O. concl.* 196. *Piſchard. ad* 55. *ante heredis* 33. *num.* 5. *inſtit. de legat. & vide Amat. conſ.* 60. *num.* 1. ordinem ſcripturæ ſignificare ordinẽ pcedendi, & ordo, ſeù ſeries ſcripturæ ordinem voluntatis demõſtrat, *Bald. poſt tex. in. l. quoties ff de vſufruct. l. haredes mei* §. *fin ff. ad Trebell l generaliter* §. quod ſi legatum, *vbi gloſ ff de fideicom. libert. cap. mandato de preben. lib.* 6. *Ant. Monach. Lucenſ. deciſ* 13. *num.* 51. niſi aliter conſtaret de certa intentione ſcribentis, *per tex. expreſſum in cap. authoritate Martini de conceſſ. preben. in* 6.

Ordo ſcripturæ denotat affectionem, & ordinem mentis, *Anton. Monac. lucenſ. dec.* 64. *num.* 38. *vbi nu.* 39. dicit, quod vltimi vocati cenſentur in ſubſidium priorum nominati ex ordine ſcripturæ intentio dignoſcitur diſponẽtis. *l. quoties ff. de vſufruct. cap. mandato in fin. de preben. in* 6. *cap. pen. in princ. de elect. eod. lib. Ant. Monac. Florent. deciſ.* 1. *num.* 63.

Num. 84. Scriptura priuata fidem nõ facit, *Menoch. conſ.* 267. *lib.* 3. *& Rebuff. de chirograf. & cedulis*, hinc non recognita non probat *Caualc. dec.* 27. *num.* 15. *de contract. p.* 2. declarat quando fuit approbata à parte, *Crauett. conſ.* 158. declara in factis antiquis, *vt Borgnin. Caualc. dec.* 23. *de contract. p.* 2. *num.* 83. *& Mſing. obſeru.* 76. *cent.* 5. *& in obſe.* 89. quanto tempore dicitur antiquitas, ſed an ſcriptura pr[illegible]ta extracta ab archiuio Epiſcopi fidẽ facit, *Franc. Marc. dec.* 438.

Et nota duplicem eſſe ſcripturam publicam . . & priuatam, vt per *Rebuff.* in

in

*in conſt. Reg. tract. de chirograf. & cedul. tom.* 1. & ibi *num.* 13. in præfat. priuatam ſcripturam duplicem, .ſ. chirogratum,ſeu cedulam, Epiſtolam, & librum rationum.

Num. 86. & ſeq. Tuendum poſſeſſorem &c. Adde ab aliquo non poſſe ingredi poſſeſſionem alienam, ſinè metu pęnæ, *Ludouic. dec. Lucenſ.* 20. Inde poſſeſſionis ſpoliationem adeò iura adhorrent, vt ſi quis me vellet à poſſeſſione expellere, poſſunt amici, & vicini mei inuaſorem impunè percutere, ne me expellat, etiam ſi per Magiſtratus miſſus fuerit huiuſmodi exequutor, *Hippolit. ſingul.* 456. & fauere iura poſſeſſori canemus, ac lite pendente poſſeſſor turbari, vel priuari non debeat, etiam ſi contra ius commune poſſideat, dũmodò cum titulo allegato, ſiuè producto, *Capic. deciſ.* 189. *Ludouic. dec. Peruſ.* 59. *par.* 2. *Crauett pro genero conſ.* 1. nam poſſeſſi, nec prius commodum non tolluntur per *Luc. Caſſador. dec.* 9. *titul. de cauſ. poſſeſſ & proprietat. nu* 14.

Nùm. 87. *Addas* D. *meum Reg. Valenzuel. conſ.* 35. *num.* 52.

Num. 88. Vide eundem *Reg. Valenz. vbi ſupra.*

# *SVMMARIVM.*

1 *Retractus vt locum habeat, debet conſanguineus retrahens rem retrahendam ſibi velle, & non alicui extraneo.*

2 *Retractus non procedit quando emptor cum pretio non fuerit requiſitus.*

3 *Retractus, vt obtineat, res retrahenda debet eſſe patris venditoris: nec ſat erit, eum illam emiſſe* & *num.* 5. 9. 10. 14. 15. & *numer* 20.

4 *Patrimonium dictio qualiter ſumatur, & n.* 6. & 7.

8 *Retractus qua ratione fuerit introductus. & num.* 10.

11 *Retractui an ſit locus, cum res fuerit auolengi ipſius retrahentis. Et inibi an requiratur, quod ſimul res retrahenda ſit patrimony, & auolengi venditoris, & retrahentis.*

12 *Intellectus, l.* 13. *titul.* 10. *lib.* 3. *fori legum. quæ loquitur de retractu, & reperitur in noua recopila. lib.* 5. *tit* 11. *l.* 7.

13 *Retractus eſt contra ius commune, & ideo debet ſtrictè intelligi.*

16 *Intellectus, l.* 27. *tit.* 1. *lib.* 4. *ordinam.*

17 *Lex curijs generalibus edita, non eſt localis, ſed communis, & prius nu.* 16.

18 *Lex generalis dicitur epiſtola regis, iuris cõmunis corpore immixta.*

19 *Lex localis dicitur, cum in vno oppido tantũ cuſtodiri præcipitur.*

## ARGVMENTVM.

Retractus, vt locum habeat exigitur, vt retrahens rem ſibi applicari, non alteri, pro vt in iure fundati comperitur.

## CONSILIVM XXX.

Poſtulato auxilio Dei optimi maximi in præſenti lite, quæ agitur inter Blaſium de Caſtro, ex vna parte, & Ioannam Garſia filiam Lupi Garſia ex alia breui ſũdauimus, retractui à dicta Ioanna prætenſo non eſſe locum.

Primo, quia ex proceſſu ſat conſtare videtur, quòd dicta Ioanna domum, ſuper
1 qua contenditur † ſibi nolebat, ſed alij generis extraneo: & ob id leges regiæ nouiſſimæ dictum retractum abijciũt, præſertim, *tex. in l.* 6. *in fin. tit.* 7. *lib.* 5. *ordina.* & *in l.* 13. *titul.* 10. *lib.* 3. *fori legum, quæ leges habẽtur lib.* 5. *nouæ recopilat. tit.* 11. *l.* 7.

2 Secundo † quia emptor cum prætio nõ fuit requiſitus, vt palam exigit, *l.* 7. *tit.* 7. *ordina. lib.* 5. (& habetur *in d. tit.* 11. *l.* 8. *lib.* 5. *nouæ recopil.*) ibi: *Y que requiere cõ el precio.* Et ſat probatur *in l. acceptam, C. de vſur.* & *ita tenent Cinus & alij à Boer. citati in conſuetud. Bituri verb. De la Rete. des choſes. char* 49. *col.* 3. & faciunt tradita, *per Andr.* Tiraq.



Digitized by Google

*in tract. de vtroq. retractu titul. de retractu lignag. §. 1. gloſ. 13. nu 28. & ſequent.*

Tertiò, hoc ex alio elucet quia domus prædicta non fuit patrimonij & auolengi, (vt Hiſpano more dicitur) venditoris, qui fuit dictus *Lup. Garſia*: quia idem Lupus non quidem eam habuit à ſuo patre nec auo, ſed eam emit, & vendit: nam ſecundū
3 regia iura † vt retractus locum habeat, res patris venditoris eſſe neceſſum eſt: nec ſat erit, illam ipſum emiſſe. *ex tex. in d. l. 13. tit. 10. lib. 3. fori legum* ibi. *Todo homo que heredad de patrimonio, auolengo quiſiere vender.* Expendendum enim eſt, quòd hęc ſanctio (vt retractui ſit locus) exigit, quòd res vendita ſit de patrimonio venditoris, id eſt, quòd habuerit à patre ipſam rem & non
4 titulo emptionis ab altero † namque patrimonium pro re à patre prouenientе sūmitur, vt probatur, *in cap. fin. cum ſuis ſimilibus, de conuerſio. coniuga.* & optimè † probatur *in l. quantitas patrimonij, ff. ad l. Falcid. & in cap. 1. §. paternum, in tit. de natu. ſucce. feud. & inibi Bald. optimus tex. in cap. 1. §. his verò de gradib. ſucce. lib. feudo.* ibi *Si feudum ſit paternum, hoc eſt, ſi fuit illius parentis, qui eius fuit agnationis communis.* Quod & ſuadet *text. in cap. 1. §. hoc quoq. de ſucc. feud.* quim & *Calepinus* ait, quòd patrimonium dicitur bonum paternum, hoc eſt, hæreditas à patre relicta, cuius ad hoc meminit, *Bertachin. in verb. patrimonium, & Catholicon* optimus vocabulorum interpres, *in verb.* patrimonium ait, quòd patrimonium patris hæreditas eſt, quod etiam tenet, *Guiller. Bened. in repet. ca pitul. Raynuntius in verb. mortuo itaque teſtatore in 2. num. 30.* quo cenſet loco, patrimonium eſſe rem à patre quæſitam & dicta iura feudalia ad hanc ſpeciem in retractu ſpeciatim loquens *Dec.* citat in conſilio 88. *& pro tenui fa ultate colum. 2.* Ita & denique *Cicero* accepit verbum patrimoniū in oratione, quam pro ſua domu edidit
5 Rurſus, & ita † *Montal. hanc rem palam intelligit in d. l. 13. tit 10. lib. 3. fori legum in verb. de patrimonio* dicens, & ſi epiſcopum *Vicen. Arias* dictæ legis & totius fori expoſitorem tenuiſſe, & lucidè hi cenſent, ad retractum eſſe neceſſarium, rem vel patris, ſeu aui venditoris fuiſſe, & in proprijs terminis noſtris ſic tenet (& hoc conſtare debere) ſubtilis & ingentis ſcientiæ vir Doctor *Villadiego in ſua relectio. capitulo conſtitutus. de integr. reſtit. prope finem. verſ. vlterius quæro,* conſtanter aſſerens, quòd ſi quis quouis titulo rem quæſierit, illamque vēdiderit, quòd eam illi coniunctus retrahere non poteſt: ſed tantum, cùm venditor à patre, auo e habuit; & quòd dictum verbum de patrimonio non pro patrimonio bonorum eſt ſumendum: ſed pro bonis à patre euenientibus. Quod & præter eum
6 ſuademus † quia & ſi aliquibus iuribus patrimonium pro bonorum patrimonio accipiatur, ratione tamen adiuncti aliud eſſe debet itaque non quidem, *in d. l. fori pro patrimonio bonorum*, & ſummendum ex quo verba de patrimonio, o auolengo, in eadem lege collocantur, dicitur enim vt differat à verbo patrimonio & ita eſt *ac ſi in d. l. hac verba conſcripta eſſent. Todo home, que heredad auida deſſ adre o deLague lo quiſiere vēder* quibus accedant iura notiſſima, quæ diſponunt, ſequentia verba præcedentia exponere. Verum ſi dictæ le
7 gis dictum verbum patrimonio † de bonorum patrimonio eſſet intelligendum, non quidem neceſſum erat, uerbum hæredad prius impoſitum illi legi immiſcere: ſed tantum hæc uerba. *Tode home que vēdiere heredad*, Non enim in lege uerbum ſuperuacaneum impoſitum exiſtimandum eſt, *l. ſi quando, ff. de leg. 1. cap. ſi Papa de priuileg. in 6. & C. de nouo, C. compo. §. quibus ſpecialiter, & in proœmio decretaliū*, cum alijs, de quibus *Andr. Tiraquell. in tract. de vtroque retractu, titulo. de conuen. §. 1. gloſ. 2. num. 22. & 43.* Proinde ratio, qua dicta lex fori ſimiles, quæ editæ fue-
8 runt, ea quidem eſt nempè † affectio, quē ad maiorum res quis habet, vt conſtat *in l. lex quæ tutores, C. de adm. tut.* ubi *Salic. colum. 1. ver 6,* nota ait ibi eſſe *tex.* adhoc, quod eſt ſatis lugubrè uendere res maiorum, facit *tex. in l. ſi emptionem ff. de mino. cum alijs*, de quibus memor eſt *Tiraquell.* abundè *in d. tract. de vtroq; retract. in præfatio. num. 34. cum pluribus ſequentibus folio mihi 12.* quæ ratio minimè ineſt in re uendita, quæ a uenditoris patre, auouè non uenit, ut de ſe conſtat.

Sane, & hæc confirmantur quia ſic, & in ſimilibus ſtatutis rerum patrimonialium retractum concedentibus uidemus
9 expoſitum † & de re à patre ueuditoris prouenientе intelligi, ut eleganter conſuluit *Dec. in d. conſilio 88. & in conſ. 271. in rubricam. col. 2. & in conſ. 222. viſo puncto diligēter, colum. 4. & eum* refert, & ſequitur *Andr. Tiraquel. in d. eius tract. retract. in tit. de retractu lignagier. §. 32. num. 1. cum ſequentibus char. 269.* & inibi *num. 103.* probat in hac ſpecie uerbū patrimonium ſummi pro rebus à maioribus habitis.
10 Quid multa † & *Maſueri. in tract. de retractu*

tractu.

*tractu.* §.1. *cenſet*, Galliæ retractum in rebus à uenditore quæſitis minime locum habere, cuius meminit, *Guiller. Bened. in repetit. d. capituli* Raynuntius *in verb. & vxorem nomine Adelaſiam num.636. char.116. colu.* 4. & alij pleri que, quos citat *Tiraquel. in d. eius tractat. de vtroque retractu, titul. de retractu lignagier.* §. *32. char.256. pag.2. nu.* 1. & 2. & inibi rationem lucidius vrgentē affert, quia ea quæ noſtrorum accepimus ſucceſſione, magis ſunt familiæ, quàm ea, quæ nos ipſi comparauimus, *l. 3. ff. de interd. & releg.* cum aliis, quæ illic citat vidēdis tamen, quim, & ſequenti pagina *nu.* 3. idem *Tiraq.* refert *Geral. Bago. in ſua diſputat. retractus, verſ. ſuper termino*, tenentem retractum in rebus acquiſitis non obtinere. Quod & inibi fulcit, quia iura, quę pro retractus ratione conſiderantur, ex maiori parte de rebus, quæ maiorum noſtrorū noſtrorum fuerunt loquuntur, etſi idem *Tiraquell. in d.* §. *32. char.266. num.1.* etiam in nouæ quæſitis retractum admittat: & ſi Franciæ conſuetudini aduerſari teſtetur, & dictam ſententiam (quòd retractus ceſſet in rebus à maioribus venditoris non habita) tenet etiā *Boer. in dictis conſuet. Biuricen. de retract. lignagier.* §. *1. char.51. col. 2. verſ. nota, quòd in conqueſtibus* quem etiā vide in ſuis deciſionibus in *dec.76.*

Præterea, & prædicta ſat tenet *Io. Faber in proœmio inſtitutio. ver. Iuſtinianus cuius verba audi* ibi. *Sed patrimonialia non quæ ſibi ex ſucceſſione obuenerint.*

Nec pro prædictis eſt contēnendus *tex.* iterum penſionatus *in d. l. fori in dictis verbis. Si home de aquel auolengo la quiſiere comprar tanto por tanto.* Et ita ſanctio hæc vi-
11 detur exigere † retractum, quæ concedit, cùm res fuerit auolengi (vt ita loquar) ipſius retrahentis, quo fieri videtur, eſſe ibi ſanctionē expreſſam, qua quidem diſpoſitum eſt, ad retractū ex venditoris parte eſſe neceſſum, quod res patrimonii, aut auolengi ſit ex parte habentis, quòd de auolēgo fuerit, Et ſi vltimum dubitabile videatur, & contrarium probabilius ex *l.* de Nieua, & quod ſat ſit, eſſe de patrimonio vendentis, & retrahentis. Et ita non ſatis erit, quòd eā pater emerit: niſi ex vēdentis patre proueniat. Nec dicere obe-
12 rit † quòd illa verba *De auolengo In d. l. sūt conſcripta*: quia de genere eſſe ſat eſt, ita quòd ſufficit patrem emiſſe; cum hic intellectus prædictæ legi palam aduerſetur prędictis quæ iure optimo munitis.

Quæ ſententia non modicè coadiuua-
13 tur † quia retractus eſt aduerſus iuris regulas, vt conſtat *in l. dudū. C. de contrahen. emptio. & illic communiter DD. tenuerunt. Et in c. conſtitutus de relig. domib.* cum aliis quorum meminit *And. Tiraq. in d. eius tract. de vtroque retractu. in præfactione. nu.60. cū ſequentib.* cōplures videndos citans, ex hoc deducentes, quòd hæc retractus materia ſtrictiſſimè explicāda eſt, *ff. de ll. l. quod verò* &, nuncupatim tradit *Iaſ. in conſ.224. videretur col.2. verſ. prædicta lib.2.* Et etiam *Iaſ. in conſ.194. ſuperuacuo col.1. per totam lib.2.* & eſſe reſtringibilē materiā inibi teſtatur, *Roland. à Valle conſ 22.* quod magnificus, *nu.12. lib.2.* quo fit, dictā fori legum conſimiles, quæ prout explicuimus intelligēdas: cum ſic ius commune minus lædatur, *C. de Noxal. l.2.* & ſtrictior fit interpretatio.

Sane vehementius vrget *tex. in d. l.7. tit. 7. lib.5. ordina. prope finē.* ibi *E acaeſce que vn hombre huuo vna heredad, que fue de ſu padre primeramente, y eſte tiene vn hermano y vende eſta heredad a vn eſtraño: viene agora eſte hermano y eſte hijo del vendedor, y pide cada vno eſta heredad, y quierela cada vno dellos ſacar de poder del cōprador tāto por tāto: porque dize cada vno, que fue de ſu padre: y el hermano del vendedor dize, que el fue primeramente propinco de ſu padre, cuya fu primeramente la heredad que ſu hermano el vendedor della*, &c. Et ibi. *Y mādamos que pidiendo la heredad del auolengo el hermano del vēdedor*, &c. Et ibi. *Pero ſi el hijo del vendedor dētro de los dichos nueue dias no la quiſiere, que la pueda ſacar dentro de aquel meſmo termino el hermano del vendedor, pues la heredad fue de ſu padre o madre.* Itaque hæc *l.* ſpeciatim diſponit, quòd ad hoc vt retra-
14 ctus locum habeat, neceſſe eſt † quod res patris venditoris fuerit, vt conſtat in dictis verbis, *Huuo vna heredad, que fue de ſu padre.* Et ibi *Pues la heredad fue de ſu padre.* Et aliis iā dictis verbis. Quim & dicta lex manifeſtè probat, quòd res de auolengo tunc eſt, cùm fuit aui, retrahere volentis.

Quibus & accedat *tex. in l.75.* Taurinarum conſtitutionum, ibi, *El pariente mas propinco quādo fuera de ſu patrimonio y auolengo.* Et ita hæc lex patris quim & aui fuiſſe rem retrahendam, ſancire uidetur. Et hęc lex Tauri reperitur *lib.5. noua recopila. tit.11. l.14.*

Superiora etiam ſuffragantur, *ex tex. in l. 27. tit.1. ordi. lib.7.* cuius uerba manu ſcripta hæc ſunt. *Otro ſi a lo que nos embiaſtes a dezir, que deſſa dicha ciudad y en los lugares de ſus terminos, que ſe hā mouido muchos pleytos, pidiendo los hijos de algunos y de los otros ſus parientes las heredades, que venden ſus pa*



Digitized by Google

*rientes y ſus padres, no las auiendo heredado los herederos de ſu linaje; ni de ſus parientes: mas que las auian comprado, y auido por troque, o donadio, o por otra razon qualquier que no heran de ſus herencias: y que eſtas demandas que las hazian por coſtumbres: por lo qual dezides, que ſe hazen muchos pleytos, no ſiendo de derecho. E que nos pediades por merced, que mandaſſemos, que eſtas tales demandas y pleytos que no fueſſen oydos ſobre tales dichos e que ſi algunos erā començados que no ualieſſen, etc, ſaluo los pleytos y demandas que ſon hechos y hizieron ſobre los bienes de algunos que huuieren heredado de ſu auolengo, y de ſu patrimonio: y los vendieſſen los que los anſi huuieſſen heredado. Y los que por tales razones los quiſieſſen demandar, que los demandaſſen del dia que la vendida fueſſe hecha faſta nueue dias, &c. A eſto vos reſpondemos, que nos plaze, y lo tenemos por bien, y mandamos vos que lo guardedes.* Hic enim expreſſiſſima ſanctio eſt, & 15 ſpeciatim exigit, vt retractus fieri poſſit † quòd res vendita patris venditoris fuerit non quæ ab eo empta, & cū legem ſit expreſſe caſum dirimentem habeamus, iuris ambiguitas eſſe non poteſt, *l. illam, C. de collatio. & illic DD. tex. etiam in l. in ciuile, C. de furt. & alibi ſæpe.*

Nec dicere oberit, quòd prædicta ordi-
16 na. lex localis eſt † & edita fauore Ciuitatis Hiſpa'xnſis, ſi quidem ſi ipſam anxiè penſitemus ſanctionem, non localis, ſed generalis eſt, Et ita lucidè comperiunt dicta verba petitioni, præcipuum hæc. *No ſiendo de derecho.* Quandoquidem hæc verba non ad ius particulare ſed generale pertineant. Præterea dicta conſtitutio curiis
17 generalibus edita fuit † igitur & communis erit *ff. de legibus, l. iura.* cum alijs, quæcunq. enim princeps conſtituit, legis vim obtinet, *ff. de conſtitu. princi. l 1. & inſtitut. de iu. natu. gen. vel ciui. §. ſed*, & quod principi quibus, & accedat, quia cum dicta ſanctio iuris corpori ſit immiſta, & ſi non fuiſ-
18 ſet niſi epiſtola † lex generalis eſſet, vt probatur *in l. fin. C. de legib. notant Paul. Caſtrenſ. & DD. in d l. 1. ff. de conſtit. princip.* cum alijs quorum. *Deci. meminit in rub. de reſcript. col. 1.* & faciunt à nobis adducta *in repet. procemij legum Tauri. num. 451.* Sua-
19 dentur hæc quia tunc lex localis eſt † cum in vno oppido tantum cuſtodiri præcipitur, *ex l. iubemus in princ. & ibi gloſ. in verb. vrbe, C. de ſac. ſanct. Eccl.* cum à ijs de quibus memor eſt, *Dec. in cap. 1. de conſtitu. 1. lectu. col. 3.* & *hæc ſuaderi poſſunt ex his quæ adduximus in rep. l. 1. Taur. nu. 577.*

Itaq; ſat contra dei ur. di i Blaſij; pro eo quæ iuſtè confidimus pronunciandum
20 † & hanc noſtram partem nouiſſimè tenet etiam *Anton. Gomez. in l. 70. Taurin. num. tertio.*

*Marcus Salon de Pace Burg.*
*Legum Doctor.*

# ADDITIO.

PRo omnibus notabilibus iſtius Conſilij practicabilem materiam continentis obſerua, quæ ſcripſit. *Borghin. variar ſentent. tit. 399. & Gaill. obſeru. 18. lib. 2. & Gratian. diſceptat. forenſ. 745. num. 94.* & quod competat ratione vicinitatis, nec conſors, aut vicinus poteſt transferre hanc facultatem retrahendi, niſi cedat rem vicinam, *Pariſius conſ. 81. num. 16. lib. 3. Tiraquell. de retract. lignag. §. 26. gloſ. 1. num. 39. Menoch. conſ. 75. num. 14. cum ſequent. lib. 1. & Gratian. diſceptation. forenſ. cap. 752. num. 41. & 42.* qui in diſcept. alia habentem ius potentius dicit, & maiorem portionem præferri in retractu, etiam, quod non adſit præuentio, vt in *capit. 745. num. 13. & 16. vſque ad 18. & numer. 55.* habere locum ius retractus in vineis, niſi probetur locatio, & qualitas locationis debet probari de tempore, quo petitur illarum retractus, & multa alia in *diſcept. 742. num. 10. & 786. num. 22. 23. & 24.* cauſam eſſe exprimendam ſuper abſolutione retractus, itaut non ſufficiat generalis citatio, ſeu interpellatio.

Ad num. 8. vide D. meum *Reg. Valenz. conſ. 18. nu. 115.*

Ad num. 10. vide D. *Regent. Valenz. conſ. 69. num. 234.*



Digitized by Google

# S V M M A R I V M.

1 *DIſpoſitio non debet extendi de perſona ad perſonam, nec de caſu ad caſum.*

2 *Cum aliquid conſcientiæ alicuius committitur, ad ſucceſſores non tranſit.*

3 *Commiſſio ſpirat morte commiſſarij.*

4 *Patronatus ius laycorum, an tranſeat ad eccleſiam, & quando.*

5 *Patronatus ius, ſine licentia Epiſcopi legari non poteſt.*

6 *Laicus cui legatur ius patronatus, capellanum præſentare non poteſt, ſine Epiſcopo licentia.*

7 *Licentia, an præſumatur intercueniſſe.*

8 *Præſumptio allegãda eſt.*

9 *Patronatus ius ad eccleſiam cum vniuerſitate tranſit. & num. 13.*

10 *Patronatus ius quando ſit mixtum laicorũ, & clericorum.*

11 *Patronatus ius cum eſt mixtum clericorũ, & laicorum, vt eccleſiaſticum eſt iudicandum.*

12 *Patronatus ius in dubio eccleſiaſticum eſt iudicandum.*

14 *Patronatus ius pacto, & tranſactione transferri poteſt.*

15 *Patronatus ius poteſt cedi in præiuditium hæredum, et deſcendentium. Et inibi num. 16. cum ſequen. an in hoc caſu ſit neceſſaria licentia Epiſcopi.*

17 *Licentia Epiſcopi non eſt neceſſaria, cum contractus ſit in fauorem eccleſiæ.*

19 *Iuramentum habet vim clauſulæ derogatoriæ.*

20 *Iuramentum vim obtinet, vt actus valeat omni meliori modo quo poſſit.*

21 *Mandatum in re propria reuocari non poteſt, & num. 22. & 23.*

## ARGVMENTVM.

Ius patronatus, an præſumatur Inſtitutus per verba adiecta in teſtamento, vt aliquis Clericus nominatus expreſſim adimpleret quæ teſtatur juſſerat onerando ſuam conſcientiam, itaut non aliter laicorum patronatus dici poſſit; ſed potius mixtum accedente conſenſu ſucceſſoris teſtatoris, qui de hoc tranſactionem fecerat ex nonnullis rationibus fundatur in beneficium ipſius Capellani.

## CONSILIVM XXXI.

OPtimi maximi Dei poſtulato fauore, eiuſque matris Sanctiſſimæ. Pendet lis inter Frãciſcum Arias Rectorem Sancti Thomæ Ciuitatis Ciuitatenſis, & Didacum Arias Capellanum capellaniæ perpetuæ, eiuſdem Eccleſiæ ex vna parte, & Ioannã Guiral. ex alia breui probauimus, ius dicti Rectoris prædicti quæ Didaci: & illis bullas gratiæ ſummi Pontificis reddẽdas.

Et illud prius præfari neceſſe eſt, quòd Alfonſus Guillem, qui dictam erexit Capellaniam, hiſce verbis teſtamentũ ſuum confecit. *Y mando, que ſi eſto, que yo mando vender, no baſtare para cumplir mi teſtamẽto, que tomen de las rentas de la encomiẽda, y las medias fuentes, haſta que ſe cumpla, e me canten vna Miſſa, y ſalgan cõ ſu reſponſo ſobre mi ſepultura. Y encargo, que pueda dar eſta capellania el Bachillier Bernal Guillen, y dende en adelante le encargo la conſciẽcia, que la dexe ſiempre a quien el quiſiere. E cumplido mi teſtamento hago mi heredera a la dicha capellania e la yglesia ado ſe huuiere de cantar*. Ex qua clauſula aduerſaria ius patronatus laicorum prætendit, vtpote cùm adſerat à dicto bachalario deſcendere, & dictus rector, vt dictæ capellaniæ patronus dictum Didacum ad dictam capellaniam præſentauit, & ex cauſa huius præſentationis dictæ bullæ conceſſæ fuerunt, inter quarum conſcriptum eſt, dictã Ioannam aſſenſum præſtitiſſe,

His ſic proloquutis de dictorum rectoris, & Didaci iure conſtat multimodis.

Primo, quia prædicta verba dicti teſtamenti non quidem conſtituunt dictum bachalarium, nec ſuos deſcendentes patronos dictæ capellaniæ: namq; tantum fundator cõcedit dicto bachalario, quòd dictam capellaniã cui voluerit, relinquat: non tamen ei concedit, quòd patronos nominet, nec quòd ipſe patronus ſit, ex diuerſis enim illatio deduci non poteſt. *ff. de minorib. l. Papinianus exuli. ff. de acqui. poſſe. l. naturaliter. §. nihil commune, cum ſi-*
1 *milibus* † nec diſpoſitio extendi debet de

perſo-

perſona ad perſonam, nec de caſu ad caſum, *ff. de pact. l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de teſta. tute. l. ſi quis ita, ff. de ſ deiuſſor. l. fideiuſſores magiſtratum, cum aliis traditis, ſupra in conſil. 9 nu. 13.* Verùm nec in dictis verbis aliquid agitur de dictis deſcendētibus
2 † quim dicti bachalauri conſcientiæ tantum committitur, ob id quæ ad ſucceſſores non tranſit, *l. nulli. verſic. pro ſua conſcientia, & inibi Baldus column. 2. C. de epiſcop. & cleri. cum aliis*, de quibus *Iaſo. in l. à Iudice, col. 4. C. de iuni.* & mortuo dicto
3 bachalario † res commiſſa ſperauit, *cap. religioſus, de teſta lib. 6. & illic gloſ. in verb. mortuo*, quæ cēſet, executore mortuo eius officium ad hæredes non tranſire, ex iuribus, quæ inibi, *gloſ. citat.* & tradunt *doctores in. l. à filio ff. de alim. & ciba. lega. & Bal. in. l. fi. §. 1. col. 4. verſ. quæro teſtator. C. cōmu. deleg. cum aliis*, de quibus in propoſito. *Greg. Lup. in l. 25. in verb. Del año en adelāte. titul. 9. part. 6.* & ita dicta Ioanna poſt mortém dicti bachalarij patronatus, ius prætendere nequit.

Secundo, hæc etiam ex alio conſtant, quia non eſt probatum, Petrum Pacheco eſſe filium, hæredemque dicti bachalarij, nec teſtes ad hoc producti concludunt, vt ex eis liquet, nec deponunt, iuxta formam *cap. licèt ex quadam, de teſtibus* & cum requiſitis ibidem, quæ inibi Doctores commemorant, & alibi ſæpè traditur.

Tertio, quia, & ſi dictum patronatum teſtator dicto bachalario reliquiſſet, vt illum, cui vellet relinqueret, & nulli illum mandauit, iuris communis in diſpoſitione manſit, *ff. de libe. & poſthu. l. commodiſſimè*, & ita conſequens erit † quòd ipſum
4 patronatum habebit prædicta eccleſia, tanquam hæres à dicto teſtatore inſtituta, *cap. ex literis, de iu. patrona. cum ſuis ſimilibus*, & faciunt tradita per *dominum Gregor. Lup. in d. l. 25. in verb. Del año col. 2. tit. 9. par. 6.*

Quarto, hæc veritas comperitur, quia ex quo eccleſia (vt diximus) hæres eſt inſtituta dictaque capellania quare, & ſi dicto bachulario, ſuiſque deſcendētibus ius
5 patronatus legatum eſſet † legatum non valuiſſet citra Epiſcopi licentiã, quę nunquam interuenit, vt probatur, *in cap. illud, de iur. patro.* traditur *in cap. cùm ſeculum eod. tit.* & ibi Doctores præcipuum. *Ioann. And. & Card.* inibi firmant hāc eſſe communem ſententiam, *& Curtius Iuni. in conſ. 87. præſuponitur nu. 6.* cum aliis, quorum meminit. *Lamberti. de iure patronat. lib. 1. in 2. par. fol. 148. col. 3. et 4. & Roland. à Valle in conſilio 47. viſis, num. 46. libr. 1.* quod, & obtinet cùm capellania nouè erigitur, vt tenet, *Card. in dicto cap. cum ſeculum, cum ſimilibus*, de quibus meminit, *Card. Paul. Pari. in conſ. 48. certum eſt. num.*
6 *12. lib. 4.* adeò † quòd laicus cui ius patronatus legatur capellanum præſētare non poteſt, ſine Epiſcopi licētia, & antiquam ipſi patronatui aſſenſerit vt tenent. *Abb. Cald. & Doctores in d. cap. cùm ſeculum.* Et idem, *Calde. in conſ. 6. in tit. de iur. patro. & Roch. Curt. in tract de iu. patro. in verbis, pro eo, quòd ſine diocæſani conſenſu*, & Moderni idem tradunt, *in cap. 1. & in cap. nobis*
7 *fuit de iur. patro.* Nec dictam † licentiam præſumendum eſt interueniſſe, *ex tex. in l. quæcunq. ff. de publicia.* & ita priuatim tenet. *Abb. in conſ. 106. caſus, col. 2. verſ. illa tamen, lib. 2.* nec talis præſumptio allegata
8 eſt, † pro vt allegari eſt neceſſum, ſi præſumeretur *ff. de adulte. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idē Polioni. gloſ. in clem. appellanti. de appella.* itaque aduerſaria, vt dicti bachalarij deſcendens dictum patronatum prætendere non valet; ſed potius dicta eccleſia, cuius patronatus competit, vt hæ-
9 redi dicti teſtantis † quod cum vniuerſitate tranſit, vt in *d. cap. cum ſeculum, & in d. cap. ex literis, de iur patro* cum aliis, de quibus meminit, *Ceſar Lamberti. in tract. de iu. patrono. lib. 1. in 2. parte, in. 11. articul. 5. quæſt. num. 3. & ſeqq.*

Proinde, & quintò dictorum Franciſci, & Didaci ius comprobatur, quia ex quo dicta Capellania eſt in dicta Eccleſia, qua ſe teſtatorem ſepeliri mandauit, licet ipſe teſtator dicti patronatus ius dicto bachalario legaſſet, ſuiſque deſcendentibus, de iure tamen dictæ eccleſiæ rector cum aduerſaria ius Capellanum præſentandi ha-
10 beret † eſſetque mixtum ius patronatus clericorum, & laicorum, vt inſignè tenet, *Abb. in cap. ad audientiam, in 1. nu. 11. verſ. ſed dubitatur de eccleſ. edifi. et in cap. cùm eccleſia Vulterana. col. 4. de elect. Feli. in c. cū venerabilis, num. 39. verſ. conſidera. ſecundò, de exceptio.* cui ſententiæ conſentit etiam, *Roch. Curti. in d. eius tracta. in verb. & dotauit. quæſt. 15. & Ioan. de Selua in tracta. de beneficio. 2. par. quæſt. numer. 42.* & plenè, *Card. Paulus Pariſi. in conſil. 25. ad veram, num. 18. & ſequent. lib. 4.* quod quidem ſufficit, vt aduerſaria prætendere non poſſit ad ſe ius dicti patronatus expectare, nec poſſint in hoc regio Prætorio dictæ bullę detineri ex pragmaticis regiis, vt potè, quæ de patronatu tantùm laicorum lo-
11 quuntur. Quod, & adiuuatur † quia cùm ius

Digitized by Google

ius patronatus eſt mixtum, quo ad hoc, vt derogari ex facili poſſit, vt dictis regijs legibus non comprehendatur, vt eccleſiaſticum eſt iudicandum *te... optimus in cap. 1. de iur patro. in 6.* tradit *Abb. in cap. eam te. eodem titulo, & Card. Paul. Pariſ. in conſ. 128. in capella. num. 13. lib. 4.* quod ex abundanti quidem tractamus, ſi quidem nullum patronatus ius ſuperiora edocent.

12 Et in dubio † iudicandum eſt, patronatus ius non eſſe laicorum, ſed eccleſiaſticũ, ex his, quæ *Feli.* congerit *in cap. ex literis, de conſtitu. col. 2.* & in proprijs terminis, ità conſuluit. *Card. Paul. Parienſ. in d. conſ. 128. col. 1. lib. 4. nu. 3. & 7. & Couarru. in cap. 36. pract. qq. nu. 2. & Roland. à Valle in conſ. 47. viſis iuribus num. 1. & 2. lib. 1.*

Quid plura, & ſi ad dictum bachalarium coniunctim cum dicto rectore dictus pa-
13 tronatus pertinere † totum ipſum ius eodem bachalario mortuo dictę eccleſię cõpeteret, eiusquæ rectori, vt notant, *doctores in l. ſi mihi, & Titio. ff. de verb. oblig.* cum alijs, de quibus, *Roch. in d. eius tract. in verb. ius, colum. 6. & conſtat in cap. 1. de iur. patro. lib. 6.*

Sextò, & ineuitabiliter aduerſaria conuincitur ex eo, quòd ius ſuum in dictum rectorem dicta Ioanna ſolemni ſcriptura ceſsit, illique eius in vita capellanorum
14 præſentationem contulit † & quidem pacto, & tranſactione ius patronatus trãsferri poteſt, *tex. cum gloſ. in verb. liberè, in clem. plures. de iur. patron.* adeò quòd, & plerique
15 tenuerunt † ius patronatus poſſe cedi in præiudicium hæredum, & deſcendentium, (quantò ergò magis in ipſius cedentis dãnum) vt tenet. *Archid. in dicto cap. 1. de iur. patrona. in 6.* cum alijs, quorum meminit. *Alex. in conſil. 118. attentis, columna 2. verſ. benè facit num. 8. lib. 6.*

16 Nec in hoc caſu † Epiſcopi fuit neceſſaria licentia.

Tum, quia dicta ceſſio fuit facta ex tranſactionis cauſa, quæ de iure eſt permiſſa, *vt per totum extra de tranſact. & in d. clem. plures.*

Tum quia in rectoris, & eccleſiæ fauo-
17 rem facta eſt † quo in caſu dicta licentia minimè eſt neceſſaria, *cap. illud, & illuc, & illic, Abb. Cardi. & alij, de iurepatron. tex. in dicto cap. de iur. patro. in 6. doctores in dicto cap. cùm ſeculum, & in cap. ex inſinuatione, de iu. patro. & vtrobique Abb.* & tradunt communiter, *doctores in l. non eo minus. C. de procuratoribus, cùm alijs,* de quibus meminit. *Rebuf. de al. re. eccle. num. 34.*

18 Tum etiam † quia in cedentis præiudi-tium ceſſio iuris patronatus ſine epiſcopi licentia confecta, firma eſt, vt tenent *Domini de Rota in antiquis in deciſ. 873. quidam laicus. columna penultima, ex tex. in l. ei fundum. ff. de ſerui. ruſti. prædio. faci bonus text. & ſi vulgatus in l. Statius Florus. §. Cornelio Felici. ff. de iu. fiſci.*

Quam tranſactionem dicta Ioanna (ex notiſſimis iuribus) reuocare non potuit.

19 Prçter hoc quòd iurata fuit † & ob id clauſulam derogatoriam continet, *ex tex. in l. cùm pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. et tenet Ioan. And. in regul. quod ſemel. de reg. iur. lib. 6. & Bart. in l. ſi quis in principio teſtamẽti. ff. de leg. 3.* cum alijs, de quibus meminit. *Iaſ. in l. pacta nouiſs. C. de pact. & alibi ſæpe,* quòd obtinet, & ſi primus actus compluribus annis à primo actu diſtet, authore *Fulgo. in conſil. 39. ad primum, colum. 1. & Paul. Caſt. in conſ. 206. lib. 1. Curt. Iuni. in conſ. 26. col. 2. et in d. l. pacta nouiſſima,* aduerſus *Deci.* in ibi,
20 & rectè † cùm iuramẽtum vim obtineat, vt actus valeat omni meliori modo, quo poſſit, vt *in d. §. filius matrem, tradit Bart. in l. ſi quis in princ. teſta. in prin. col. fi. verſic. quæro vtrum ff. de leg. 3. & Bald. in l. ſi quis maior, colum. fi. C. de tranſa. cũ alijs,* quorum meminit, *Claudi. in l. licet inter priuatos, col. 2. C. de pact.* igitur habebit robur clauſulæ derrogatoriæ, futurum tempus reſpicientis, in quo caſu, nempe cùm tempus conſpicit futurum, etiam ipſe, *Deci. in d. l. pacta nouiſſima fatetur,* etiam ex ſecundo actu ex interuallo facto primum actũ minimè mutari, & notabiliter, *Carolus Ruin. in conſil. 172 colum. 3. lib. 1.*

Denique cum in dicta tranſactione mãdatum in rem propriam dicti Franciſci fa-
21 uore ſit conſtitutum † reuocari non potuit à dicta Ioanna, *ex text. in l. ſi cùm emptorè. ff. de pact. notat Baldus in l. 1. C. de act. et oblig. colum. 4. verſ. 2. quæro, et Bart. in l. facta, §. ſi hæres colum. 1. verſ. poſſeſſ. ff. ad Trebellia. & tradunt doctores in l. per diuerſas. C. mand. cum ſimilibus,* quorum memor eſt *Card. Paul. Pariſi. in conſ. 19. conſideratis, num. 58. lib. 3 & Carol. Ruin. in conſ. 115. conſideratis, num. 15. lib. 1.* Præterea cum dictum mãda-
22 tum in contractum trãſiuit † minimè valuit reuocari, vt probatur *in l. aliud. ff. de ſolutio. & in l. vero procuratori §. ſed, & ſiquis, ff. eodem titul.* & ita tenet *Bald. in rub. de procura. in decretal. colum. fi. ante verſ. ſi procurator, & Carol. Ruyn. in d. conſ. 115. num. 15. lib. 1.* Et hoc confirmatur, quia procurator in rem propriam dicitur ceſſionarius, vt eſt *text. notab. in l. ſi procuratorem. §. fi. in fine; ff. manda.* cuius meminit plura congeres

Iaſo.

Digitized by Google

*Iaſ. in l.ſi ſe non obtulit,num.8.ff. de re iudic.* Verum,& cùm ipſum mandatum iure iurando fuit munitum † mutari non potuit ex quo abſque interitu ſalutis æternę poteſt ſeruari,*cap. cum contingit. in fin. de iure iur.* notat *Bald.in d.rubr.de procurat. in decretal.nu. 30.col.5.verſ.hæc forma, & Ioan. Lup. rub. de donat. inter vir. & vxor.§.54, col.2.char.33. col.1, num.6.* & ſat conſtat ex *deciſ. Rota 104. cui Felin.conſentit in cap.ex parte Decani,de reſcript.num.12. & 13. & Moderni in l.ſi non ſortem, §.ſi centum, ff. de condi.indeb.& alibi ſæpè traditur.*

Et his hæc iuris allegatio firmitur, & de iure dictorum Francisci,& Didaci cõſtat.

Doctor Burgenſis Marco Salon de Pace.

# ADDITIO.

NVm.1.adde diſpoſitionem non extendi de perſona in perſonam,nec de caſu ad caſum , quia non trahitur niſi ad expreſſa, ſecundum *Camill. de Medic.conſ.71.num.58.*& inde limitata diſpoſitio limitatum producit effectum *Card.Seraſin. Rot.Rom.deciſ. 911. num.2.*& non extenditur *Cardin.Tuſc. tom.2.litt.D.concl.494.& Simon. Vaz. in ſuis principijs,* & locis communibus verbo diſpoſitio limitata.

Et pater in aſſenſu,qui non extenditur de perſona ad perſonam , nec de caſu ad caſum, *Gizzarell. deciſ. 70.* vbi omnia addens, & *Viſconte in concluſ. verb. aſſenſus*, & in *diſpenſationibus*, *Gratian.diſcept.forenſ.827.nu.8. & 12 tom. 5.* de quarum diſpenſationis effectu,& cur non extẽdatur,*Ricc.coll.704.*

Secũdum tamen limites adiectæ rationis extenditur,*l.nomen, §.fin. ff.de leg. 3. l. regula, §.fin. ff. de iur. & fact. ignorant.* & quando diſpoſitio eſt generalis ſecundùm eundem *Card. Tuſc. tom.2.lit. D, concl. 488,* generaliter intelligit,& comprehendit omnes caſus etiam quod in vno ſit maior ratio, quã in alio,*Aymon. conſ. 92. num. 4.* niſi ex ratione particulari reſpectu eius reſtringitur quamuis generalis fuerit diſpoſitio, *Girond. de priuileg.ſeu exempt.* explicat *num. 277. Camill. de Medic. conſ.196.num. 21.* pro vt non comprehendit caſum ſpecialiter definitum, *Vaz.d.verb.diſpoſitio generalis,Gratian. diſcept.322.num.2.tom.3.*qui in *diſcept. 124.num.12.& ſeq.*ſcripſit quãdo propriè diſpoſitio reſtringi ad vnã perſonã extandatur ad aliam , quando perſona incluſa non gauderet ea diſpoſitione, &c. & conclude pariter diſpoſitum in vxore cenſeri diſpoſitum in viro ſecũdas nuptias contrahente , *Giurba in Conſuet.Meſſan.cap.8.gloſ.4.p.p.n.9.*

Numer. 2. commiſſum conſcientiæ alicuius etiam tranſire ad ſucceſſorem, vt affirmat D. Patruus pendet à terminis, *tex. in l. cum apud Sempronium ff. iudic.ſolut.* pro quibus extat famoſa deciſio *Gizzarelli deciſ. 14.* quia videtur facta Cõſtitutio certæ perſonæ, vt ibi additio omnia portat inde obſerua inductam tunc perſonæ induſtriam,& propterea in quæſtione illa ſi valeret ſubdelegare cauſas commiſſas reſponderunt *DD.* quod non vt *Balb. deciſ.59. Macer.reſol.112.caſu 67. lib.1. Maranta in aureo ſpeculo p.4.diſt. 5. tit. an ſit iudic. ciuil. vel criminal. num.25. & ſeq.63.68.69.& 73.Capyc.deciſ.151 num.6. Magon.deciſ.9 lucenſ. eo. Rouit. in rub.de adminiſt.vniuerſit.nu.9.*& *26. Carauit.tit.2.Creſcent.deciſ.1. ſub tit.de offic.& poteſt. 1, vid. de legati Viſcont. concl.delegatus,*& de tranſactione,quando videatur inducta induſtria perſonę, *Maſcard. de probat.concl. 194.Ricc. dec. 88.par.1.*

Num. 3. morte committentis expirare commiſſionem,&c. vide *Bart. in l.more maiorum,ff.de iuriſ l. omn. iudic.* & quod in cauſa circa finem,*Triuiſ.deciſ. 66.lib.1.*addas commiſſionem factam Vicario alicuius Epiſcopi per Papam

poſt

Digitized by Google

poſt mortem ipſius non tranſire ad ſucceſſionem eius,ſed expirare, per *Cauale. dec.*40.*num.*22.*p.*1. & in delegatione facta Vicario alicuius Epiſcopi mortuo Epiſcopo expirare, *Seraphin. deciſ.* 816.etiã capitulo ſuccedente in locũ ipſius Epiſcopi, *Iacob.Sbrozz. tract. de poteſt.& officio Vicar.lib.*3.*q.*45.& 49. *& in q.*49.quod quando delegatio eſt facta ſub nomine dignitatis mortuo, &c. expiret, & in mandato non eſt dubium, quia non extinguatur morte principalis, *Gabriel.de procur.concl.*2.*& 3.Menoch præſumpt.*36.*num.*28.*& ſeq. lib.* 2.niſi principalis fuerat mortuus poſt conteſtatam litem cum procuratore, de *Franch.dec.*245.*in princ.* quia tunc proceditur cum ipſo procuratore iam effecto litis Dño in damnum hæredis,vt poſt diſſertum articulum in S. C.refert *Rouit.de procurat. in rub. num.* 56.*vſq.ad* 60.ſed debet conſtare in actis de hærede, & ita recipias hanc praxim,& inſtantia ſit in hæredem trãſlata, *Minadois in dec.* 35. Et an valeãt acta facta à delegato ignorãte mortem delegantis, *Aym.conſ.*274.*col.*1.

Num.4. Patronatum Laicorũ ſi tranſeat ad Eccleſiaſticum, vide quæ allegaui *in nu.*9.*& ſeq.* vbi omnia.

Num.5.& 6.ſi patronatus ius poſſit legari ſine licentia Epiſcopi, latè *Rot.in nouis.dec.*307.*incip.permutatio, Dec.cõſ.*117 *Caſſ.dec.*2.*n.*4.*de locato,& cõducto, Frã. Marc.dec.*494.*n.*3.*in dec.*114.*nu.*2.*vol.* 1.*Pacian.conſ.*43.*vol.*4. vbi collatio eſt inſtitutio beneficij patronatus facta cõtẽpto, vel nõ conſentiente patrono eſt nulla, & id ampliatur ẽt in Papa,vt nõ poſſit ſpræto patrono p̃iudicare beneficio, *Bella.dec.*745.*n.*1.*Caſſ.dec.*4.*de pb. n.*3. vbi allegat *dec. Rot.in antiq.* 71. *& idem Caſſad.dec.*3.*vt lite pendente nu.*1. *Guid.Pap.dec.*374.*num.*4.

Nu.7. licẽtia ꝙ præſumatur interueniſſe, Addas in rei minoris alienatione ſi reperitur facta,ꝙ p̃ſumatur decretũ,&c. *Ancha.cõſ.*136.*Alex.cõſ.*45.*vol.*3.*Corn. cõſ.*348.*vol.*1.*Gozad.conſ.*9. *& Barbat. conſ.*26.*num.*12.*vol.*2.& perbellè *Ricc. reſol.*319.*num.*3.*per totum tom.*2.*&c.*

Nu.8.p̃ſũptionẽ allegatã eſſe,&c. latiſſimè *Menoc.de p̃ſump.præſump.*64.*n.*37.*li.*6.*ex Alc.Bar.& alijs,*& facit *Rot.Rom. dec.* 80. *nu.*11.*&* 12.2.*par.in nouiſſ.aditis,&c.*

Nu.9.10.11.12.14.15.& 16.in ſcriptis quęſtionib. iuriſpatro.&c.vide *Ricc.reſ.*469. *n.*3.338.*n.*4.491.*n.*5.403.*n.*1.469.nu.3. 40.*n.*5.160.*n.*4.vbi omnia imò audio ad pñs typis extare eiuſdẽ D.*Riccij* particularem *praxim de iure patronatus,&c.*

Nu. 17. licentiã Epi non eſſe neceſſariã cũ contractus fiat in fauorẽ,&c.addas in tãtum id eſſe verũ,quod alienationis contractus rei Eccleſiaſticæ initus in eius vtilitatem abſq.ſolemnitatibus,tenet *Dec. in c.*1.*in* 1.*lect.de conſt.nu.*71.*& in c.qua in Eccleſiarum num.*28.*de Reb. Eccleſ. non alien.Maſcard.de prob.concl.*75.*Afflict.in conſt.diuę memoriæ nu.*66.ex rõe quã prę ter prędictos cumulauit *Boer to.*1.*lib.* 9. *recopil.*9.27.*art.*9.de iure loquendo cum hodie contrarium practicetur teſte *de Franch.dec.*35.& de veritate, *Ricc.reſo.*7. *per totam ſub titul. de rebus Eccleſiæ non alien.&c.tom.*1.

Nu.20.circa iuramentũ, ꝙ habeat clauſulã derogatoriã addas,& iuramentũ obtinet vim probationis, *Guid.Pap.dec.*614. *Bar. & DD.in l.nã,& poſtea,ff.de iur.iuran.Panor.& Dec.in rub.de probat.*inde,& operari iuramentũ,vt valeat actus omni modo meliori,&c. *Caball.Milleloq.*328.*nu.* 1.*Boer.dec.*3.*num.*8.*Viu.op.in.*434.*Surd. conſ.*331.*nu.*13.*vol.*3.*Cacher.dec.*75.*nu.* 3.*& Ruin.conſ.*172.*nu.*21, *vol.* 1.*& Gratus conſ.*70.& vide de priuilegijs iuramẽti, *per Corſet.in rub.de iureiuran.ſub n.* 8. vbi de 43.ſpecialib.& priuilegij iuramẽti

Nu.21.22.& 23. præter caſus poſitos *à D. Patruo* in quibus non reuocari poteſt mãdatum, addas poſt litis conteſtationem ex ratione *cap. quamuis de procurat. in 6. d.Ricc.coll.*1132. quod non eſt in tutore, qui etiam poſt litem cum eo cõteſtatam adhuc poterit cõſtituere procuratorem, *Benintend.dec.bonon.*80. imo ex contrario nec ipſe procurator poſt litis conteſtationem renunciare poterit mandato, *l.poſt litem,ff.de procurat.* vt de praxi mortuo principali,&c, poſui *ſupra in n.*3.abũdantiſſimè.



Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Meliorandi promiſſio debet ſcriptura conſtare.*

2 *Meliorari non poteſt filia (maxime ex cauſa dotis) vltra ſuam legitimam.*

3 *Contractus ſi prohibetur, ne alteri ſit nocius, iuramento non firmatur.*

4 *Intellectus l.22. Tauri. (& fere per totum conſilium) quæ reperitur lib. 5. nouæ recopil. tit. 6. l. 6.*

5 *Pactum factum cum certis perſonis, alijs, nec prodeſt, nec nocet. & nu. 7.*

6 *Ratio apoſita in proœmio ſcripturæ promiſſionis, declarat mentem promittentis.*

8 *Pactum non meliorandi alios filios factum vni filio, quo ad alios filios non eſt trahendum, nec alijs prodeſt, & n. 9. & inibi late quando nō valeat pactū de nō meliorando.*

10 *Solemnitas, ſeu forma, quando effectu conſiderato nihil, aut parum importat, eius omiſſio actum non ſubuertit.*

11 *Mens qualis fuerit in actu inter viuos declaratur ex his quæ idem ipſe fecit in eius vltima voluntate.*

12 *Verba ſunt interpretanda, prout vero ſimile eſt, partes ſecundum rei natura voluiſſe.*

13 *Ordo verborum non attenditur; cum partium mens certa eſt.*

14 *Ordo ſcripturæ non cenſetur neceſſitati, & leuis præiuditij eſt.*

15 *Solemnitas leuis dicitur, quādo aliquid non eſt ratione probabile.*

16 *Conditio quando poſſit per æquipollens adimpleri.*

17 *Forma an poſſit per æquipollens adimpleri.*

18 *Voluntas quando poſſit eſſe in pendenti.*

ARGVMENTVM.

Melioratio pręuio pręlegato paterno facta à patre filię, an Iure ſubſiſtet, ſi fuerint factum pactum cum altero genero de nō meliorādo filios quāquam de hoc ſcriptura non apparent, neque teſtibus probari poſſe, iuxta leges Hiſpaniæ, & quid ſi cum altero genero expreſſim actum eſſet in ſcriptura de non meliorando alios filios in præiuditium iſtius filiæ tendere poſſit, latiùs examinatur.

CONSILIVM XXXII.

DEi optimi maximi ſuffragio poſtulato. In cauſa D. Marianę de Frias, eiuſque cōſortium, cum Lupo Ortiz de Samaniego, eiuſque vxore Catherina de Frias, & alijs ſuis conſortibus, breuiter ius dictæ D. Marianæ, eiuſque aſſeclarum probabimus.

Primo, quia prælegatum, ſeù melioratio dicta D. Marianæ facta firma eſt, & ſi dictus Lupus, eiuſque vxor adſerant, quod Gaſpar de Frias ſui matrimonij tempore ſe aliquem ex filijs, ſeù deſcēdentibus nō meliorare aſtringerit; ſiquidem in hoc
1 proceſſu hęc obligatio nō appareat † debeatque probari ſcriptura, *ex textu notatu digno in l.22. Taurinarum legum* (quæ habetur *lib. 5. recopil. titulo 6. l. 6.*) quam ſanctionem inibi *Palat. Rubi. nu. 4. & alij Gloſatores* ad hoc appendunt, aiuntque *text.* illum eſſe nouum, in quo ad probationem, ſcriptura requiritur. Sed in toto hoc proceſſu nulla eſt producta ſcriptura, quæ dicta obligatio, ſeù promiſſio apparere poſſit.

Quid plura, & dicta Catherina meliorari, etiam non potuit, *ex cap. 101. curiarum Madri. anni.* 1534 (quod habetur trāſumptiuè *lib. 5. noua recopil. tit. 2. lib. 1.*)
2 quo ſtabilitur † filiam præcipuum cauſa dotis minimè poſſe meliorari, nec illi quicquam citra legitimam relinqui, etiā ſub iuramento, cùm ſanctio illa (vt ex ea conſtat) propter publicam vtilitatem fuit edita, quamobrem, iuramento muniri non poterit, *cap. ſi diligenti, prope finem, de for. compe.* traditur *in l. quemadmodum, C. de agricol. & cenſ. lib. 11.* & ita *Bartol.* tenet *in l. ſi quis pro eo, col. 3. ff. de fideiuſſo.* & facit *text. in l. alia, §. eleganter, ff. ſolu. matri. & text. in l. ius publicum, ff. de pacto. l. neque pignus, §. fi. ff. de regul. iur. l. 11. & ibi Lup. titul.* 28. *par.* 2. & eo præcipuum, cum dictæ legis præceptum aduerſus patrem dirigatur, vt expendit *Bartol. in d. l. ſi quis pro eo*, Proinde prædicta ſanctio aliorum filiorum fauore edita eſt, & nè alijs filijs
3 damnum eueniat † & quādo contractus ne alteri ſit nociuus inhibetur, iuramento quidem non firmatur, *cap. cùm contingat, de iur. iuran.* ibi. *Cum in alterius præiuditium eſt. Et in cap. quamuis pactum, de pact. lib. 6.* & tenet *Baldus in l. pactū, quod dotali, 17. quæſt. C. de collat. cum ſimilibus pleriſque.*

Nec dicere oberit, quòd, & ſi promiſſio de non meliorando teſtibus probari non
4 poſſit † *ex d. l. 22. Tauri* tamen quòd teſtibus probari poteſt, quod dictus Gaſpar de Frias, quādo dictus Lupus de Samaniego cum alia eius filia contraxit, de faciendo ſcripturam de nō meliorando alium filium

Tam

Tū quia nec talis promiſſio probata eſt. Tum etiam, quia ſicut *d.l.* 22. prohibitum eſt, præter ſcripturam poſſe probari pactum de nō meliorando, eadē & ratione videtur, quod ſcriptura ſit probandū pactum, quo promittitur confici ſcripturam de non meliorando alium filiū, ſiquidem vtrunque pactum ferè idem contineat, & ex hoc pacto perueniatur ad pactum *d.l.*22. ſine ſcriptura fieri prohibitū, & cum quid eſt prohibitum, etiam omne id, per quod ad id peruenitur, *ff. de ſponſal. l. oratio, ff. de iuriſd. omn. iud. cum alijs.*

Præterea nec pactum factum, tempore quo Antonius Velandia cū alia filia contraxit matrimonium (quo de non meliorando alios filios cautū eſt) nocet melioriæ d. Marianæ teſtamēto d. Gaſparis cōfectæ, ſiquidem illa obligatio d. Antonio facta, non quidem commodum dicto Lupo, & eius vxori afferre valet, cum quo 5 facta non eſt † nam pactum factū cum certis perſonis, alijs nec prodeſt, nec nocet. *ff. de pact. l. ſi vnus, §. ante omnia, & l. ſi tibi decem, §. ſi pactus ſim, ff. eod. tit. l. ſi ita ſtipulatus, §. Chriſogonus, ff. de verb. obli.* qua ſancitur, nullam extraneam perſonam in ſtipulatione ſubintelligendam, itaque ſi pactum fiat, ne à me, neuè à Titio quid petatur, Titio nequaquam proderit, & ſi mihi hæres extiterit, *vt in dicto §. ſi pactus ſim,* his, & conducit *text. in l. ſuus.* & inibi *Bald. C. de repud. hæred.* quo loco habetur ſui iuris renunciationem, niſi quo ad illū, cui fit renunciatio, non trahēdam, idem, & conſtat *in l. ſicut. C. eodem titulo* & probatur *in l. fi. ff. de interrog. act. traditur in l. iubemus. C. ad Velleya.* hanc ſententiam, etiam ſuadet *tex. in l.* 1. *ff. de pact.* ibi. *Inter eos ſeruari.* Inſtruit & hoc communis iuris regula, quia cauetur, rem inter alios geſtam, alijs, nec prodeſſe, nec nocere. *C. res inter al. act. per totum, & l. ſæpe. ff. de re iudi.* patrocinatur, & hanc rem promiſſionis ratio, ſcilicet, vt dictus Antonius op- 6 time ſuſtineat onera ſui matrimonij † quę ratio cūm ſit collocata in proemio dictæ promiſſionis, declarat mentem promittentis, *ff. de hæred. inſti. l. fi. cū ſimilibus,* ipſaque, & ratio dictam promiſſionem reſtringit ad terminos ipſius rationis, *l. cum pater, §. dulciſſimis, ff. de leg.* 2. *& ff. de iur. patro. l. adijcere § quāuis,* his, & fauet, quia etſi dictus Antonius, eiuſque vxor vellent dicto Lupo ſtipulari, nō poſſent. *ff. de ver. oblig. l. ſtipulatio. §. alteri, et* 5. *par. tit.* 11. *l.* 7. quibus & congruit *tex. in l. age cum Geminiano, C de tranſact.*

Hæc veritas, & conſtat, quia nec dicti Antonij eiuſque vxoris nō intereſt, quod aliorum filiorum fauore fiat melioratio, 7 necne † & ita ad alios non eſt dictū placitum trahendū, *ff. de obſeq. patro. à libert. præſtan. l. Titius. & ff. de condit. ob cau. l. cū ſeruus, & inibi, gloſſ.*

Elucet, & hæc res; ne dicti Gaſparis facultas ſuorum bonorum minuatur, quod conſiderandum eſt, *ex l. ſtipulatio hoc modo, ff. de verb. obliga. & in l. pactum quod dotali,* & inibi latè *Decius nu.* 1. *& ſequentibus. C. de pact. l. C. de ſacroſanct. eccleſ. Et in authentica de nupt. §. diſponat. colla.* 4.

Denique, quòd pactum non meliorā- 8 di alios filios factū vni filio † quo ad alios filios nō ſit trahendum, alijſque nō poſſit in noſtris proprijs terminis tenet *Ioan. Lup. in d. l.* 22. *Taurina. nu.* 11. & ob id ait ibi, quòd alij filij reſpectu aliorū filiorū, quàm illius cum quo pactum editum eſt, meliorari poterint, quàm ſententiam etiā tenet in eadē. *l.* 22. *Caſtel. in verb. Que no vala.* Et prius inibi *Calatay. et Ferdinand. Talaber. l.* 20. *Tauri.*

Cæterum nec dictę meliorationi in fauorem dictæ Marianæ factæ dicere obſi- 9 ſtit † quòd dictus Gaſpar dicto Antonio ſe obligauit, nullū meliorare filium, niſi eius vxor Caſildam dicti Antonij vxorē meliorauerit.

Primò, quia vt explicuimus, illa ſcriptura inter alios confecta eſt.

Secūdò, quia etſi dicta verba promiſſionis inerint, non ob id ſequitur, nec eſſe eſſe, vt dicta Mariana meliorari poſſit, quod prius vxor dicti Gaſparis dictā Caſildā meliorarer; vt deinde dictus Gaſpar prædictam Marianam meliorare poſſit, quia etſi gerundium conditionē importet, vt tenet *Bartolus in l. ſi tu ex parte, ff. de acqui. hæred.* non tamen verbis prædictę promiſſionis aliqua ineſt cōditio, nec conditionaliter in eis cōſtitutum eſt, prius dictam melioriam dictæ Caſildæ eſſe efficiendam. Nec ipſa ſcriptura extendenda eſt. *ff. de fideiuſſo. l.* fideiuſſores magiſtratum cum ſimilibus.

Cæterū nec aliquid dicti Antonij, eiuſque vxoris intererat, prius dictā Caſildā meliorari, & ob eā rē, non eſt exiſtimandū, dictā promiſſionē, ita factā, vt neceſſe fuerit, dictæ Caſildæ melioriam prius fieri, *ex text. in l. omne verbum. C. commun. de leg.* & qua iure in ſcriptura cautū videtur, quòd ſequatur, ſiue præcedat actus, cuius effectus in vtroq; caſu idē eſt, vt in præſen- 10 tia, & ob id † quādo ſolēnitas, ſeu formę



Digitized by Google

effectu conſiderato nihil aut parum impor tat, eius omiſſo actum non ſubuertit, vt notat *Bart. in l. vniuerſis, C. de precib. impera. offe. & illic Paul. Caſtrenſ. & DD. in l. 1. ff. de conſtitu. princip. cum ſimilib.* & ita quidem à dicto Gaſpare interpretatum eſt: ſiquidē prius dictus Gaſpar dictam melioriam quā eius vxor fecerit, & ex eius geſtis eius exponitur promiſſio poſtea ab eo confecta, *ff. ad Macedo. l. ſed & Iulian. § perinde.* cum alijs de quibus *Dec. meminit in conſil. 476. concluſ. num. 3.* & ex his quæ in vltima fe-
11 cit voluntate † declaratur qualis fuerit mens in actu inter viuos ab ipſo teſtatore cōfecto, *l. vxor, §. fin. & illic Bartol. ff de leg. 3.* cum alijs ſuis ſimilibus.

12 Hæc & fulciuntur † quia verba interpretanda ſunt, prout veriſimile eſt, partes ſecundum rei naturam voluiſſe, *ff. qui pot. in pigno. habe. l. inſulam,* cum alijs quæ citat *Soccin. in conſ. 9. proſequendo num. 18. verſic. quod etiam lib. 1. quo loco Soccin. loquitur,* in hac eſpetie ordinis verborum ſeu ſcripturarum.

13 Suadentur etiam ſuperiora † quia verborum ordo nunquam attenditur, cùm partium mens creata eſt, *l. nec enim ff. de iudicio. & illic Alber. optimus tex. in l. cum pater, §. fidei tuæ in 2. ff. de leg. 2.* ibi, *Nam ordo ſcripturæ non impedit cauſam iuris ac voluntatis,* Eſt etiam *tex. & illis ſcribentes, ff. de pecul. leg.* tenet *Bartol. in authen.* hoc ius porrectum, *C. de ſacr. ſanct. Eccleſ.* & ob id dici conſueuit, de ordine non currandum, cum diſpoſitio ordinem minime cōſpicit, *DD. in cap. dilecta de reſcrip. & inibi abundè, Felin. col. 4. & DD. in l. 2. §. prius, ff. de vulg. & pupil.* Quim & commune aſſertum DD.
14 eſt † quòd ordo ſcripturæ nunquam neceſſitatis cenſetur, nec neceſſe ſeruandus ſit, cùm leuis præiudicij eſt, *l. 1. in fine, ff. de vent. inſpi. Bart. in d. §. prius, & DD. in l. fin. §. ſi verò poſtquam, C. de iu. delibe. & in l. cū hij, § ſi prætor, ff. de tranſact. & in l. præpoſtere, C. de teſta. & copioſè, Cornel. in conſ. 136. col. pen. lib. 3. Card. Paul. Pariſ. in conſ. 28. colum. fin. lib. 2.* cum alijs de quibus *Moder. in l. 1. ff. de libe. & poſthu.* ſed in præſentia idē effectus eſt, idem quæ & commodum dicto Antonio eius quæ vxori, fiat prius dictæ Caſildæ melioratio ſiue poſt.

15 His, & congruit † quia leue dicitur leuis, quæ ſolemnitatis, quidquid non eſt ratione probabile, *Bald. in l. hac conſultiſſima, C. qui teſt. fa. po. col. 3.* cuius recētiores memores ſunt in *d. l. 2. §. prius:* ſed de ratione doceri non poteſt, quod damnum quæ vò importantia ſit, præcedat nec ne melioratio dictæ Caſildæ.

Quid multa, etſi fateremur, dictum ordinem conditionalem eſſe (prout diffitemur)
16 ſat eſſet † per equipollens ipſam adimplere conditionem, *ex tex. in l. ſi mater, C. de inſti. & ſubſti. ſub condi. fact.* cum alijs inibi à *Decio* citatis qui, & cenſet, etiam conditionem volūtariam in æquipolenti adimpleri poſſe, & idem *Dec. in rub de proba. col. penul. & Gomet. in reg. cancella. de vtraque ſignatura char. mihi 348. pag. 2. ex l. in conditionibus, §. ſi patronus, ff. de cond. & demonſtrat.* & ſi plerique conditione voluntaria contrarium teneant. Sed ſat quidem equipollet quòd dictæ Caſildæ melioratio ſubſequatur, vel præcedat, idem quę (vt diximus) eſt effectus, quæ & præcipuum ex eo obtinent, quod expreſſim in d. promiſſione (vt explicuimus) cautum non eſt, quòd prius dictæ Caſildæ melioratio fiat, & in conditione voluntaria tacita ſemper videtur verum: eam æquipollenti adimpleri poſſe, vt conſtat ex *Angelus in l. generaliter. §. cùm autem, C. de inſtit. & ſubſtit.* & expreſſim ſic tenet *Hieron. Grat. in reſponſ. 2. lib. 2. reſpon. quo & loc. cit. Ioan. Andr. in ſpecul. de ſecund. nupt.* quòd etiam conditio voluntaria ſemper in æquipollenti adimpleri valet, cùm vero ſimile eſt, quòd diſponens ſic conceſſiſſet, ſi interrogaretur, & ſatis probatur *in l. Titius, §. Lutius, ff. de libe. & poſthum. & traditis in l. tale pactum, §. fin. & ibi gloſ. ff. de pact.*

17 Sane & *Dec. in d. l. ſi mater col.* ait † quòd etſi forma in æquipollenti non impleatur, tamen quòd ſi certum reſpicit effectum, aliud erit, *vt in d. l. ſi mater, & in d. l. iubemus iuncta, gl. C. de teſta. & in l. 2. ff. de libe. poſthu. & eſt optimus tex. in authenti. de nup. §. 1. diſtrahantur, colla. 4. & in l. à diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudicat. & inibi Bartolus.*

Itaque ſiue dicta melioratio Caſildæ præcedat, vel non parui refert: trahenda quæ retro etiam eſt, *ex l. neceſſario, §. quòd ſi pendenti, ff. de peric. & com. rei vend.* cum alijs de quibus meminit *Dec. in l. contractus num. 13. ff. de regul. iur.*

Nec prædictis repugnat dicere, quòd ſi
18 prædictis eſſet locus, dicta melioratio à dicto Gaſpare facta dictæ D. Marianæ inpendenti eſſet, nempe, quia ſi poſtea non fieret ipſa melioratio dictæ Caſildæ, ſubuerteretur melioratio facta dictæ D. Marianæ, *ex l. fin. ff. commun. præd.*

Tum, quia (ut conſtat ex his quæ aſſeruimus) non eſt neceſſe ad hoc peruenire, cùm dicta melioratio dictæ Marianæ facta

minime

minimè obſiſtat pactum cum dicto Antonio Factum,

Tum etiam, quia non procedit, cùm diſpoſitio eſt conditionalis, prout eſſe conditionalem aduerſarius tractat, *tex. eſt in l. vſufructus. ff. de ſti pul. ſeruo. & illic DD. Bart. & Bald. poſt gloſ. in d. l. fin. ff. commun. præd.*

Item, & ex defuncti præcedenti voluntate eius voluntas in pendenti eſſe poteſt ex *l. 1. §. ſi pendeat. ff. ad Macedo. notat Roman. in conſ.* 134. pro declaratione *col. fin. & Carol. Ruin. in repet. l. centurio. colun.* 20. *ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. & alibi plenius tractauimus.*

Ex his igitur cõſtat ius dictæ D. Marianæ & conſortium.

Doctor Burgenſis Marco Salon de Pace.

# ADDITIO.

NVm. 1. ſcripturam requiri ad probationem actus nemo eſt, qui dubitet inde in decreto Iudicis, *Reg.* D. *Roſit. requiri in conſ.* 10. *num.* 3 *fol.* 53. & in contractu emphiteotico Doctiſſ. *Gratia. diſcep. forenſ.* 447. *nu.* 5. & 8. *tom.* 3. & in diſceptatione agrimenſorij, *Ant. Fab. dec.* 11. *de prob. & in clericatu, Theſ. dec.* 197. quando contractus fuit in ſcriptis celebratus, & *Put. dec.* 474. *lib.* 7. in probatione melioramentorum requiri ſcripturam in caſ. D. mei patrui hic, & in aſſenſus probatione, *Affl. dec.* 398. *Viu. dec.* 240. in tantum, quod hodie non creditur etiam memoriali expedito per verbum fiat, vt *Ricc. Coll.* 240. *in fin.* vbi de caſibus, in quibus excipitur ſcriptura, & in *Coll.* 1147. vt omnes cumulat nouiſſimus addens, ad *dec. Gizzarel.* 72. & perbellè apparent penes *gl. in c.* 1. *§. poſtquam de cenſibus lib.* 6. & *vide eundem Viu. dec.* 198. alterius ſcriptura non eſt de eſſentia actus, nec regulariter alterius contractus teſte *Maſcard. in concl.* 303. *nu.* 8. *qui in concl.* 32. *num.* 44 in cauſis breuibus, & exiguis non requiri affirmat, & in *concl.* 174. *n. num.* 4. non requiri, aliàs probationem collationi beneficij, & vide *Borrell. ſecũda parte ſumm. dec. num.* 66. Mandata Principum, Pontificum diſpenſationes, & Principum gratias, abſque ordinationes debere probari ſcriptura, & *numer.* 43. *d. tit.* 2. ex ſcriptura, libroque partis probari natiuitatem, & videns de ſcripturis ipſis ſolummodo ad probationem requiſitus, per *Conſil. Theod. alleg.* 13. *num.* 14. 15. non omiſſo illo, quod neceſſario in hoc num. tangi debet, quod differat ipſa ſcriptura requiſita probatione à requiſita pro ſubſtantia legis, vt *Grat. diſcep. forenſ.* 188. *num.* 4. *tom.* 1. & cum ſit admittenda ad probationem alicuius actus, an debeat admitti per teſtes in diſcep. 168. *num.* 14. *eod. tom. vt infra dicemus in nu.* 4.

Num. 2. præter Hiſpaniæ ll. allegatas per doctiſſimum patruum in materia, quando meliorari poſſit filia vltra ſuam legitimã, maximè ex cauſa dotis, videas quod reſpondit *Dec. conſ.* 547. circa quæſtionem, cum pater vult diſponere plus ad beneficium vnius ex filijs, quã alteri, & quomodo procedat, & ad illationem Doctorum paternum eſſe officium dotare filiam per *Conſil. Theodor. alleg.* 70. *nu.* 23.

Nũm. 3. iuramentum non firmare contractum prohibitum, nè alteri ſit nociuus adde in contractu præſumpto doloſo, ob prohibitionem per ſtatutum abſq; ſolemnitatibus, quod per iuram. non confirmatur, *Grat. diſcept. forenſ.* 531. *n.* 58. & 59. *tom.* 3. & *in diſcept.* 451. *num.* 23. de pacto iuram. vallato, quod non habeat aliquem effectum contra publicã vtilitatẽ, inde in *diſcep.* 722. *nu.* 38. & 39. nil operatur, quando actus eſt inualidus, hinc *Rot. deciſ.* 4. in antiquis, non firmare iuramentum ceſſionis bonorũ renunciatione decidit, & defectum inſinuationis non factæ in contractu phibito inter patrem, & filium, Viſconte in concluſ. iuramentum ſupplet defe-

ctum

Digitized by Google

ctum,&c.& eſt ratio; quia non debet eſſe vinculum iniquitatis,*Grat. diſcept.* 692.*num.*26.*tom.*4.& vide *Facbin.controuerſ.Iuris lib.*3.*cap.* 11.ſi contractus inualidus iuramento firmetur,*& Guido Papa q.*350.*& Crauet.conſ.*216. quod contractus iuramento non firmetur, quando lex prohibet directo pręcepto *contract.vt in tit.ne fideiuſ. vel mandat.* dotium dentur,& de contractu, quando prohibetur ratione rei, vel formæ, quod iuramento non firmetur, *Ozaſc. dec.*132.*num.* 23. hinc iuramentum nunquam extenditur ad ea, ſuper quibus non eſt iuramentum faciendum, *cap.*2.*ext.de renunc.* ſed an efficiatur periurus iurans in caſibus, in quibus iuramentum non obligat,*Caſ. de actionibus,*§.*item ſi quis poſtulante num.* 69. *&* 70.inde obiter videas qualiter periurus à periurio excuſetur,per *Menoch. conſ.*84.*num.*69.*vol.*1.& aduertas in tranſactione iuramentum quatuor cōcurrentibus illud dicere ſeruari nempe, Primo ſi poterit ſeruari ſine peccato iurantis, ſi non ſit contra publicam vtilitatem principaliter ſi non ſit contra bonos mores, & non tendat in præiudicium tertij,*Caſſan.in conſuet. Burgund.tit.de dioret.*§.7.*gloſ.*15.*nu.*60.*Guido Pap.ſingul.*491.& eſt ſeruandum iuramentum præſtitum ſuper actu à l.infirmato principaliter fauore iurantis, & ſecundario fauore publico, ſi nō vi, aut dolo fuerit pręſtitum,& in alterius præiudicio principalirer non tendat *c. cum contingat* 28.*extra de iur.iuran.quē tex. his allegat* Dominus meus patruus, & ſi vis addere plura de effectibus iuram.penes,*Rice.coll.* 205. 2053. *&* 2170.& quando propriè iuramentum non ſit ſeruandum, vide *text. in capit.* 1. & quod contra temerarium iuramentnm, quis propria authoritate venire poſſit,*Barto.in* §.1.*auth.ſi enic. non ſolum ſi fideiuſ.praſt.num.*4.*&* 5. & quando periculum,eſt in mora,*Per Ronit.ſingul.*499.

Num. 4. inferas ſi teneat pactum, quod actus non valeat probari niſi per iuramentum,& ſcripturas, & affirmant *Vrſil.ad Affl.dec.*398.*num.*4.vbi refert per S.C. Neapol. ita deciſum, & ſequitur de *Franch.dec.*361.*num.*4.*vbi Viſconte* latiſſimè addit licet contrarium tenentes aliquos D.alleget, & vide *Marſil. ſing.*157.*poſt Cyn.& alios*,quos allegat quod ſi ſtatutum prohibeat probationem fieri in aliquibus caſibus, niſi per publicum inſtrumentum,tamen non obſtante tali ſtatuto poteſt probatio, per teſtes fieri,& erit plena, & valida, quia loco inſtrumenti poterit per quinque teſtes fieri, vt ibi per eum, qui ſubdit hoc dictum non eſſe obliuioni tradendum tanquam lucroſum, & habuit in facto, & ſequitur *Foller. de cenſib. ſol.* 229. *numer.* 66. nec prætermictas *Conſiliar. Theodor. allegat.* 13. *num.* 15.

Num. 5.de *concluſ.in hoc num.allata,& infra in num.*8.*&* 9.circa pactum vnius ſi proſit alteri,vel noceat,*Surd.dec.* 102 *num.*1.*&* 301.*num.*2.*& tract. de alimentis tit.*1.*q.*38.*num.*32.*tit.*2.*q.*7.*nu.* 9.*& quaſt.*9.42.*num.*15.& ſic conuentio facta in aliquo contractu inter me, & Titium alijs non prodeſt,nec præiudicat idem *Surd. dec.*256.*num.* 11. *& dec.*291.*num.*5.inde infertur renunciationem iuris hipothece factam per mulierem in beneficium vnius ad alium non extendi, nec nocere ſecundum eundem,*Surd.dec.*163.*num.*10.*de Frāchis* 477.*num.*2.*eund.Surd.dec.*10. *Viu. dec.*342.*nu.*2.

Num.6.de ratione appoſita in Prohemio ſcripturæ promiſſionis, quod declaret mentem promittentis,addas,ſicut corpus ab anima, ita diſpoſitio à prohemiali ratione regulatur,ex *Iaſ.in l. qui quadraginta col.*2.*ff.ad trebell.inde inferas prohemium declarare deciſionem l. vltima,ff.de hered.inſtit.l.cum pater,*§.*dulciſſimis,ff.de leg.*2.*Anton.reſol.*15.*nu.*8. *Molin.de primogen.lib.*1.*cap.*5.*n.*6.*Armend.in prohem.addit.ad recopilat.legum Nauarra num.* 207. & ex prohemiali cauſa colligi cauſam, & intentionem diſponentis ipſe *Anton.lib.* 2.*reſol.* 43. *num.*

Digitized by Google

num.3.& lib.3.reſol.1.num.59.& d.reſol.15.num.8.Maſcard.de probat.concl.1284.nota Guttier.pract.quaſt.lib.1.q.69.num.3.& vide plura per Rot.Roma. apud Farinac.dec.186.nu.4.in fi.& 5.& 6.tom.1.par.1.& dec.491.num.5.tom.2.par.1.& per Camill.de Medicis in conſ.160.num.4.& 158.num.22. vbi mens, & intentio ex prohemio colligitur, & inde Rouit.in prag.fol.1.num.5.vbi plura circa prohemium legis.

Num.8.& 9.diximus in num.5.ſupra abundantiſſimè Phebus dec.luſit.102.num.34 tom.2.

Num.10 quod omiſſio ſolemnitatis parum importantis actum non ſubuertat pendet ab additis infra in nu.15.cũ caret ſollemnitas ratione,prout appoſitio ſollemnitatis ſuper actu non neceſſario,&c.Camil.de Medic. conſil.85.num.31.& in conſ.150.num.34.ſollemnitas adhibita minus legitimè, vbi non eſt neceſſaria actum non vitiat,& in hoc aduertendum duco,quia in tali caſu,cum non vitiet omiſſio,nequè vitiat erronea expreſſio, ſecundum Maſcard.concl.540.num.6.& ad tractatum non diſpliceat videre Theo.alleg.46.n.20.& in ommiſſione debitæ diligẽtiæ, quæ & qualis vitiet actũ, cõmiſſũ, &c.

Numero vndecimo, de declaratione mentis teſtatoris,quæ obſeruanda eſt magis quam verba,Soccin.de appell.q.4 num.21.Arrienda. in prohemio Additio. ad legum recopil.Nauarra n.19.cum ſit potentior l.labeo in fin.ff.ſuppellectili legata,l. nominis, & rei, 9.verbum.ff.de verbor.ſignificat. Addas,vt D. Patruus hic mentem qualis fuerit inter viuos declarari ex his,quæ in vltima voluntate,quis fecit,quia voluntas durare præſumitur,niſi contrarium probetur,Tuſcus tom.8.lit.V.concluſ.286.Grat.deciſ. Marchia 43.num.23. Vaez. in ſuis locis com.& princip.verbo voluntas durare, &c.& idem de Medicis conſ.44.num.2. ex præceden. ſubſequentibus argui mentem, & quod præualeat verbis mens in 138. num.12.& ſeruari in omnibus diſpoſitionibus,tam inter viuos, quàm in vltimis volunt. Rouit.in prag.1.de Iuris num.77.inde dixit Maſcard. mentis noſtræ nullum maius eſt teſtimonium, quàm qualitas expreſſa verborum, ſecundum Maſcard. de probat. concluſ.1046.num.8.& in concluſ.1047. num.1.probari ex ipſius verbis,vel antea, vel poſtea prolatis mentem tacitam,& vide num.7. vide Mantic.de tacit.& ambig.conuent.lib.1.tit.17. num.39.& plura per Theod.latiſſimè alleg.8. num.12.& 61.num.49.de mente legislatoris,alleg.20 num.11.

Num.12. accuratè, de interpretatione verborum,&c.adde ſecundum D. patruum ſecundum veriſimilitudinem eſſe intelligenda,quando de mente non conſtat Tuſc.tom.8.lit.V.concluſ.94.inde veriſimile dicimus,quod legibus,& iuri communi conuenire Meno.conſil.1.num.418.& 380.num.7.& de arbitr.caſ.85.num.5. aliter ſecundum mentẽ eſſent interpetranda Gonzal. ad regul. 8.Cancel.gloſ.48.num 55. Franciſ.Molin.de rit.nuptiar.lib.3.q.85.num.10.

Num.13.& 14.circa ordinem verborum, & ſcripturæ non prætermiſſam,& pateat patruus meus non poſſe inficiari, quin ordo ipſe verborum nõ deſignet ordinem intellectus, Surd. de Aliment. tit.5.q.4.num.17.Melchior.Phab.deciſ. luſit.38.num.10.Ricc.dec.275.num.4. part. 2. & ordinem ſcripturæ ſemper attendi in diſpoſitionem,Pichar. ad §. ante haredis 33.num. 5. inſtit. de legat. Tuſc.tom.5.lit.D.concluſ.196.Garz.Giron.de priuil.ſeu exempt. explicat.numer. 117.& ordinem voluntatis demonſtrare Anton.Menoch. dec.lucenſ.63.num. 51.niſi aliter conſtare de certa intentione ſcribentis, per tex.expreſſum in cap.auctoritate Martini de conceſſ. prabenda in 6.quem addo allegatis,D.mei patrui hic imo ordinem ſcript.denotare affectionem, & ordinem mentis,id. Menocb.dec. lucenſ.64.num.38.vbi nu.39.dicit vltimorum vocatorum cenſeri in ſubſidium priorum nominat.& inde ipſum Monach.deiſ.Florent.1.nu.63 ad l.quoties,ff.de vſufruct.C.mandat. in

fine

ſine de preben. in 6. C. pen. in primo de electio.eodem lib. Nec prætermictas ad allegata per Conſiliar. Theodor.allegatio.56. num. 29. quod ſi ſcripturæ plures appareant circa eandem rem, quod attendatur poſterior, ſi autem prioritas non appareat attendatur, illa quæ minus tribuit, & de ipſa ordine ſcripturæ D. Rouit.de feud.in prag. 11. num. 28.

Num. 15. circa ſollemnitatem leuem notes ſecundum D. patruum eſſe, quod qdē à ratione non dependet, cum ratio eſt anima legis, l. cum ratio, ff.de bonis damnatorum, Ioan.Franciſcus Leo in Theſau. fori Eccleſiaſtici parte 2. capitul. 9. numer. 136. Bartholomeus Ferre. ad extrauagan. ambitioſè de rebus Eccleſ.non alien. in initio, text. num. 41. vnde, quod caret ratione inutile dicitur Ludouic. Rodalphin. variar. quæſtion.lib.2. quæſtio. 46. numer. 2. & vide quæ dixi ſupra nu. 10. cum ſollemnitas, ſeu forma, quando effectu conſiderato nihil, aut parum importat, eius ommiſſio actum non ſubuertit.

Num. 16. de conditione per æquipollens adimplendo, &c. aduertas conditiones deberi impleri in forma ſpecifica concluſ. 666. Maſcard.num.7. & concluſ.75. numer. 20. ſed verum eſt æquiparatorum eandem diſciplinam eſſe l. 1. ff. de leg. 1. gloſ. in l. ſi quis ſeruo, Cod. de furtis, & in capitul. ſi poſtquam de election. in 6. Menoch. arbitr.caſ. 88. numer.8. Ricc. deciſ. 223. num. 4. part. 2. Anton. Monac. deciſ. bonon.68.num.19. Tuſc. tom. 3. litt. E. concluſ. 308. & Marc.Anton.lib.3.var. reſol.25.nu.25.

Numer. 17. de forma adimplenda per æquipollens de ipſa retractare addas ad leg. Iulian. §. ſi quis, ff.ad exibb. formam dare eſſe rei, ita, & taliter vt conuentio, vt forma non ſeruata per expreſſa, ac edhibitio habeatur nihil operetur, nec valeat actus, ſecundum Viuium deciſ.383. qui in deciſ.334. & 336. nam denunciatio infra 30. dies in iure congrui ſit de forma, ita vt eam ſcientibus ſit facienda, quod nota pro his, quę ſumunt in praxi.

Numer. 18. quando validas poſſit eſſe in pendenti, adde non poſſe eam pro parte ſuſpendi, Papon.conſ.36.num.48. Nouar.de priuileg.miſerab.perſon.priuil. 111, num.2. & neque principi permiſſi Soccin Iun conſ.69. volum. 2.num. 11. Abbas conſ 143. Mantic.de coniect.lib. 11.tit.3.num.9. Monald. conſ. 31. num. 24.vol.2. Raudenſ. de renalog. cap. 34. num.117.& 124.Molin. diſputa. 249. Mareſcott.lib.2.reſol.88.num.5.Couar. tertia reſol.cap.6.num.4.& 7.Spinol.in rub.par.1.n.20. de teſtam. inde voluntatem teſtatoris ſeruari debere neceſſe eſt, quis dubitat, §. diſponat autent. de nuptijs vltima volunt. 13. q. 2. adhuc, quod dura fuerit Crauet.conſ.1.num.1. Soccin.Iunior.conſ.128.num.81.num.1. & ex hoc dixit Maſcard.de probat. concluſ.1186.num. 11. voluntas teſtatoris ita eſt interpretanda, vt reuocatio euitetur, & in concluſione 532. num. 49. pro lege haberi.

Sed in concluſione 40. num. 30. in mente retentam nihil operari, &c.

## SVMMARIVM.

1 *Verbis ſententia antiquæ, ab arbitrio lata ſtandum eſt. Et quid in ſententia lata præſentibus partibus, num.2.*

3 *Verba enunciatiua emiſſa propter ſe probant.*

4 *Præſumitur pro ſententia arbitri, ſicut pro ſententia ordinarij.*

5 *Scriptura priuata non facit fidem: etiam ſi talis ſcriptura priuata habeat ſigillum.*

6 *Sigillum non facit ſcripturam priuatam authenticam, niſi habeat teſtes, & num.7.*

8 *Sigillum vitioſum, & corruptum non probat. Et inibi quid debet continere ſigillum ad hoc vt probet.*



Digitized by Google

9 *Sigillum debet eſſe conſuetum. Et inibi de intellectu, l.113.tit.18.part.3.*

10 *Scriptura priuata præſcriptionem minime interrumpit.*

11 *Scriptura nunquam obſeruata, nec accepta ta non probat. & vide num.16.*

12 *Donatio ante acceptationem mutari poteſt, etiam extante, l.3.tit 8.lib.3.ordin.quæ habetur lib.5.noua recopil.tit.16.l.2.& inibi an abſenti quis poſſit obligari, & nu.15 quod idem erit remiſſione.*

13 *Voluntas potius facto, quam verbis apparet.*

14 *Acceptatio non poteſt fieri poſt mortem donantis.*

16 *Vſus contrarius ſcripturæ derogat ſcripturam, & ſupra num.11.*

17 *Immemorialis conſuetudo non excluditur ex ſcriptura non obſeruata.*

18 *Immemorialis non ceſſat: etſi in contrarium producatur inſtrumentum, per quod conſtet de aliquo initio.*

19 *Præſcriptionis interruptio non cauſatur per litis conteſtationem, vel litem motam aduerſus obtinentem in illa lite.*

20 *Ratificare quis videtur ſcripturam, quando ſecundum eius tenorem ſoluit.*

21 *Actio oritur ex arbitrorum ſententia emologata.*

22 *Emologatio ſententiæ arbitrorum ſufficit, etſi aliquem haberet defectum. Et inibi: quod talis emologatio habet effectum tranſunctionis.*

23 *Sententia nulla dat cauſam præſcribendi.*

24 *Arbitria redacta ſunt ad inſtar iuditiorum.*

25 *Intellectus l. Madriti, qua loquitur de præſcribendis impoſitionibus contra vaſſallos & ſequent.*

26 *Titulus cum quadraginta annis tantum operantur ſicut immemorialis.*

27 *Immemorialis ſi non excluditur, nec etiam reiicitur præſcriptio centum annorum, & fortiori præſcriptio.200 annorum.*

28 *Verbum* Conducho. *appoſitum in priuilegio quid ſignificet.*

## ARGVMENTVM.

**Dominus oppidi impediri an poſſit ab oppidanis, vt ne ab eis ius quodam tritici exigatur, non obſtante ſententia arbitralis prolata in beneficium Domini, vigore compromiſſi inter eos habiti, prætextu cuiuſdam ſcripturæ aliàs factæ per vxorem alterius Domini antiqui, qua ipſi liberabantur à ſolutione iuris prædicti, ſi** ſigillum vitioſum præſupponeretur, ac alios defectus, ita quod ex ea præſcriptio impediri non poterat, vti longeua diſſeritur.

## CONSILIVM XXXIII.

PRæterea quæ in fauorem Domini Comitis Venauentani aduerſus eius oppidum Turris Mormojòn conſcripta ſunt, à nobis ſupra in 15. conſilio incipien. in hac litè Venauentani ſequentia ſunt aduertenda.

1 Primum † quòd verbis ſententiæ antiquæ ab arbitrio late ſtandum eſt, vt conſuluit, *Abb: in conſ.18 in cauſa, & quæſt.col.3.lib.2.* Quin, & eſt vera concluſio, quòd, & ſi ſententia de antiquo non ſit, eius enunciatiuis verbis ſtetor, ſi partibus præſentibus ſit lata, translatavè ſit in rem iudicatam, vt eſt ſententia arbitraria hæc in lite producta, quæ à partibus fuit emologata vt probatur in *cap.cùm intèr.* & inibi *Doct. de re iud. & in cap. qui contra. de probat. & illic ſcribent. Imol. in clem. prima ad fin. de probat. Moder. in l. ſciendum ff. de verb. obli.* cum aliis quæ in hac re citat, *Card. Paul. Pariſ. in conſ.88. quòd ſententia, col.2.nu.16. lib.4. & nuncupatim Carolus Ruyn. in conſ.* 121. *in dub. col.3. num.6. verſ. Quæ verba. lib.5. citans Angel. in conſ.* 198. Quo loco
2 conſuluerunt † verba laudi enunciatiua aduerſus emologantem, ſeu præſentem probare, & ſatis conſtat *in l. optimam C. de contra. ſtipul. Et late Aym. Crauet. in conſ.* 54. *quæritur. num.* 12. *lib.* 1. &
3 ex maxime hæc obtinet † quia, & ſi dicta verba enunciatiua eſſent, ſunt tamen emiſſa propter ſe, & ob id probant, *ff. de donat. lege ex hac ſcriptura.* cum aliis. Item, & quia per modum cauſę prolata ſunt: quo in caſu ſemper probant, *l. emptor. §. Ancillā ff. de rei vendic. cum ſimilibus in quibus Iaſon in l. ex his verbis in 9. limita. C. de teſta. milit.*

Et ſicut pręſumitur de veritate ſententię
4 iudicis ordinarii † ita, & ſententiæ iudicis arbitri, & contentorum in ea, vt per *Abb.* & alios in *d. cap. quoniam contra. de probat. cum aliis quorum meminit inibi Deci. col.22. poſt Paul. Caſtr. in conſ.19. col.1. lib.1. & Aym. Crauet. in d. conſ.54 quæritur d. nu.12. col.3. verſ.4. probatur, poſt Dec. in conſ.375. num.1.*

**Nec dicti Comitis iuri nocet ſcriptura,**



Digitized by Google

quæ dicitur facta à D.Eliſabeth D. Ioan-
nis Alonſi de Alburqueque vxore, qua
oppidanos dicti loci à certis ponderibus
tritici annuis liberat.

5 Primo, quia hæc ſcriptura eſt priuata †
nullamque ob id fidem facit, *cap.2.* & illic
*Doct.de fid.inſtrum. & in l.inſtrumenta.ff.de*
*probat.* cum alijs ad hoc citatis *per Socin.in*
*conſ.258.in cauſa Vicariæ,col.2.lib.2.* Et fa-
cit, *l.ſcripturas,C.qui pot.in pig.hab.* & latè
*Aym.de antiquitate temp.1.part.num.* 104.
*&* 105. Quod,& obtinet,& ſi dicta ſcrip-
tura ſigillum habeat.

6 Tum,quia † ſigillum non facit ſcriptu-
ram priuatam authenticam, vt conſtat ex
traditis *in d.cap.2.de fid.inſtrum. & in cap.*
*inter dilectos eodem titulo,* cum ſimilibus,
de quibus *Socin.* meminit *in dict.conſ.258.*
*col.3.*

Tum etiam, quia in caſibus in quibus
7 ſcriptura habens ſigillum probat † eſt cum
teſtes in ea ſunt ſcripti (vt non ſunt ſcrip-
ti in dicta aſſerta ſcriptura) vt notat
*Anchar.in cap.vt circa de elect. in 6.* & te-
nent *Ioann. And. Anton. & alij in cap.poſt*
*ceſſionem,de probat.*

Tum item, quia ſigillum in d.ſcriptura
8 in poſitum vitioſum,corruptumque eſt † &
ob id etiam,in caſibus, in quibus ſigillum
fidem præſtat ſcripturæ, non probat,vt ſat
conſtat,*in d.cap.poſt ceſſionem,* & illic *DD.*
*& in d.cap.inter dilectos,* quo in loco habe-
tur,in ſigillo ſigillantis nomen expræſſim
imponendum,legibileſque literas habiturũ
quod,& *Card.* tradit,*in clem.2.vt lit.pend.§*
*notab. Abb.in cap.cùm cauſam,de probat. &*
*Scribentes in cap.quod ſuper.de fid.inſtrum.*
*Socin.in d conſ.258. col.3.* & probatur etiã
*in l.ad teſtium,§.ſignum,ff.de teſtam.* & facit
optimus *text.in cap.inter dilectos de fid.in-*
*ſtrum.* vbi ſigillum,quo literæ non apparẽt,
non meretur dici ſigillum,quem ad hoc al-
legat, *Guid.Pap.in quæſt* 481.*num.3.* vbi
plura citat videnda. Quin,& ad proban-
9 dum neceſſe eſt † quòd ſigillans illo ſigillo
vti conſueuerit,authore *Ioan. Fab. in §.poſ-*
*ſunt,inſtitut.de teſtam.* etiam ſi à tabellione
ſubſcriptum ſit,vt tenet, *Imol.in d.cap.poſt*
*ceſſionem.* Nec oberit *text.in l.113.tit.18.p.*
*3.* quæ ſancit,inſtrumento ſigillato ſtandum,
nam quidem conſtat loqui,cum ſigillum
ſigillantis erat,& ab eo conſuetum.

10 Rurſus,& dicta ſcriptura priuata † præ-
ſcriptionem minimè interrumpit,*ex text.in*
*l.[illegible] C.[illegible] de ſtat.defun. & text.cum gloſ.in*
*authentica offeratur, C.de lit.conteſta. text.*
& illic *Bart.in l.accuſaturus,ff.de adulte.* cũ
alijs,quorum memores ſunt,*Moder.in cap.*
*illud de præſcript. & alibi ſæpe.*

11 Proinde,nec contenta in d. ſcriptura †
nunquam obſeruata fuerunt: nec à dicti
oppidi ciuibus acceptata:& ob id,illis mi-
nimè prodeſt,*ex text.in l.abſenti ff.de dona.*
*& in cap.ſi tibi abſenti.de præbend.in 6.DD.*
*in l.fin.ff.de conſtit.princip.* & illic *Iaſo. nu.*
12 50.& † ante acceptationem donatio mu-
tari poteſt,vt traditur in dicta leg. abſenti,
& plerique ſic tenuerunt,quos refert *Pau.*
*Caſtr.* & alij citati à *Dec.in l.contractus col.*
*4.ff.de regul.iur. & in conſ.432. col. penult.*
cum alijs, de quibus ſupra memores fui-
mus *in conſ.14.in præſenti num,20. & ſeq.*
Quod non mutat ſanctio *ordin.* (ſcilicet,*l.3*
*tit.8.lib.3.ordi.* quæ habetur *lib.5. nouæ re-*
*copilat.tit.16. l.2.*) quæ diſponit, abſenti,
quem poſſe obligari,vt in proprijs termi-
nis in ſimili decreto, ſeu ſtatuto loquens
conſuluit *Curt.Iun. in conſ.120.* & prius
*Ioan.Miles in eius repertorio,in verb.abſenti*
& faciunt, quæ diximus, *in dicto conſ.14.*
*num.20.& ſequentib.* tantum enim prædi-
cta *l.ordin.* corrigit iura antiqua,quibus
ſtabilitum erat, ſtipulationem abſenti fieri
non poſſe,nec obligationem obrogat, vltra
quod ob id non poteſt fieri extenſio, *C.de*
*appellat.l.præcipimus & C.de teſtam.l.ſan-*
*cimus,cum alijs.* Et ſat dicta D.Eliſabeth
reuocauit contenta in dicta ſcriptura,cùm
ſemper poſt dictam ſcripturam omnia pon-
dera panis (quæ antè perſolui conſueue-
runt) exegit ipſa, & alij D. dicti oppidi:&
quòd hoc reuocationem inducat, ſat quidẽ
percipitur,*in l.rem legatam.ff.de adi.lega.et*
13 *in l.legat.§.pater.ff.eodem tit.* potius † enim
volũtas facto,quàm verbis apparet, *ff.rem*
*rat.habet.l.Paulus,cum ſimilibus.* Nec dictæ
14 ſcripturæ † acceptatio poterat fieri poſt-
mortem dictæ Eliſabeth,donantis,authore
*And.de Iſern.in cap.1.§.donare,col. penul.in*
*fin.in tit.qual.feu.pote.alien. Deci. in conſil.*
*432.cum ſit,col.fin.num.25.* & latè *Alciatus*
*in cap.cum contingat de iure iur.in pag.365.*
*num.233.& Gregor.Lup.in l.4.in verb. No*
*lo puede fazer,col.fin.verſ. ſed quid ſi donat.*
*tit.4.part.5.*

15 Et in † remiſſione etiam prædicta obti-
nent,*ex gloſſ.in l.idem in duobus, ff.de pact.*
*Bart.& alij in l.non ſolum. §.liberat. ff. de*
*libe.leg.Bald.in l.reſcriptum,§.fin.ff.de pact.*
*& in l.tale pactum in princip.ff.eodem tit.&*
*Iaſon.in l.naturaliter,§.nihil commune, ff.de*
*acqui.poſſ col.12.*

16 Quid multa † & contrario vſu eſſet di-
ctæ ſcripturæ derogatum, (quãdo alia quæ
diximus,ceſſarent) prout in priuilegio cõ-
tingit.*ff.de iud.l.1. & 3.part.titul.18.l.42.*

quibus

quibus optimè conducit *text. in cap. contingit de tranſact.* & al bi ſæpe traditur.

17 Nec conſuetudo † immemorialis abijcitur ex ſcriptura non obſeruata, *ex text. in l. euidenter, ff. de except rei iudi.* & ex alijs quę tradit, *Aym. Crauet. in tract. de antiq. tempo. 4. part. num. 167. & egregiè Socin. Iun. in conſ. 76. cùm diebus, nu. 68. & ſequent. lib. 1.*

Nec iuri dicti Comitis obſiſtit compromiſſum, & ſententia arbitraria in hac lite producta, facta anno Hæræ. 1374. & etiam

18 firmamus † quòd nec illa èxcludit immemorialem.

Primo, quia vt in alia iuris allegatione diffiniuimus (ſcilicet, ſupra *in d. conſ. 15. nu. 19. & ſeqq.*) non quidem contenta in dictis ſcripturis initium ſunt percipiendi dicta annua pondera panis.

Secundò, quia vt & ibidem deſcripſimus ex quo dictæ ſcripturæ 200. annis ante litem editæ fuerunt, illis ipſa immemorialis minimè diruitur, & præter ea, quæ in alia allegatione (citauimus, inſignè docet *Soci. iun. in d. conſ. 76. num. 68. & ſeqq lib. 1. poſt gloſ. & Bald. in c. cum nobis de præſcript. & Aym. in d. eius tract. de antiq. temp. 4. p. num. 125. et palam Lapus in c. 1. de præſcrip. in 6.*

Cæterum & cùm dictæ ſcripturæ fuerit in fauorem dominorum, & illis ſit cautum quod dicta pondera panis perſoluantur, ex his nulla immemorialis, nec alterius præſcriptionis interruptio potuit ſuboriri, ex *tex. notab. in d. l. euidenter. Euidenter enim* (inquit) *iniquiſſimum eſt proficere rei iudicatæ exceptionem ei, contra quem iudicatum eſt.* Et ideo Doctorum commune aſſertum

19 eſt † item præſcriptionis interruptionem aduerſus obtinentem in lite non cauſari, vt expreſsè tenet *Paul. Caſtr. in conſ. 291. viſo primo dubio, col. pen.* ſecundum antiquam impreſſionem, *& Fein. in d. c. illud, prope finem, de præſcript. & Balb. in tract. præſcrip. 3. p. 6. partis, col. 20. limit. 5.*

Verum ex quo dictum oppidum ſecundum contenta in dictis ſcripturis, dicta panis pondera exoluerit, præter emologatio-

20 nem à principio factam † ratificare omnia in ipſis ſcripturis contenta cenſetur, ex *l. litibus, C. de agric. & cenſit.* cum alijs, de quibus meminit *Dec. in l. ſemper, qui non prohibet, col. 2 ff. de reg. iur. & priuatim Abb. in conſ. 18. in cauſa, col. 4. lib. 2. & Aym. Crauet.*

21 *in conſ. 40. propo itur, col. 2.* Ex qua † arbitrorum ſententia, vt poteque emologata, actio oritur *c. ab arbitris, de offic. d. leg. in 6. l. cùm antea. C. eod. tit l. fin. C. de iudi. 3. p. tit. 4. l. 24. & in l. fin. in ordine iudiciario Madr. in vol. pragm. quæ habetur lib. 4. noua recop. tit. 21. l. 4.*

22 Et dicta † emologatio ſufficiebat, & ſi aliquem haberet defectum, ex *text. in cap. niſi eſſent, de præbend. notat Ang. in l. ſciendum. ff. de verb. oblig. cum alijs*, de quibus inibi recentiores memores ſunt, *ex glo. notiſſima in l. 2. C. commu. vtriuſque iudi.* ipſaque emologatio tranſactionem inducit, vt inibi, & alibi ſæpè traditur.

23 Quin † & ſententia nulla dat cauſam præſcribendi, vt notatur *in cap. ſi ſacerdotes, 10. q. 3.* & ad præſcriptionem idem quidem operantur ſententia iudicis, arbitrique & ordinarij, vt *in l. cum antea*, & illic notat *Bald. col. fin. & DD. in d. c. illud*, nam arbi-

24 tria † ad inſtar iudiciorum ſunt redacta, *l. 1. ff. de arbitr. auth. ſi verò, C. de iudi.* & inibi traditur, *& eſt bonus text. in l. 23. in princip. tit. 4. p. 3. in verbis, Tambien como ſi fueſſen Iuezes ordinarios.* ad idem *eſt tex. in l. 32. in medio*, & ibi *Montal col. 1. in fi. eod. tit. & par.* cum alijs, de quibus meminit *Iaſ. in l. de quibus, nu. 84. ff. de legib.*

25 Nec ad hoc negotium pertinet † lex edita *Curijs Madri. anno* 1528. *petit. 20.* (quæ habetur *lib. 4. nou. recopil. tit. 16. l. 8.*) qua ſancitur, impoſitiones tempore immemoriali præſcribendas.

Tùm quia dicta lex in impoſitionibus loquitur, at non in dictis ponderibus panis, quæ pro terris, quæ ante erant dominorum ſoluuntur, ex traditis *in l. cum de in rem verſo, ff. de vſur* & illic *Bart. col. fin.* qui loquitur in penſione, quæ ſoluitur pro laborerio, *& in l. ſi certis annis, C. de pact. cum alijs.*

Tum, quia & dicta lex non habet locum cum præcedit titulus habilis ad præſcrip-

26 tionem, vt in præſenti † quia tantùm operatur titulus cum 40. annis, prout immemorialis, *de præſcript. in 6. c. 1.* & tenet notanter *Paul. Caſtr. in l. ſeruitutes, ff. de ſeruit.* quo cenſet loco in his, quæ immemorialem exigunt præſcriptionem, titulum cum ordinario tempore ſufficere, & etiam idé tenet *Cæpol. in tract. ſerui. vrban. præd. c. 19. & Io. Fab. in §. eque ſi agat, inſtit. de act. col. 5.* & *Balb. in d. ſuo tract. præſcript. 2. p. 4. par. q. 1. col. 2.* Et licet prædicta conſtit. Madri. de immemoriali agat, non tamen ob id negat, titul. cum 40. annis non ſufficere, ex *tex. iuncta gloſ. in l. ob es alienum tantum, C. de præd. min. cum alijs.*

Tùm etiam, quia ſicut d. l. immemorialis

27 non excluditur † ita nec centum annorum præſcriptio; & à fortiori 200. annorũ, ex his, quæ habentur *in authent. vt de cætere colla. & illic gloſ. & Ang. in l. vniuerſas C. de rei domi. vel templo. idem Ang. in l. non ſolum, in princ. ff. de vſucapion.*



Digitized by Google

Denique quia in hac cauſa dubitari contingit, quid verba priuilegii in hac lite producti (in quo dicitur. *Y conducho*) ſigni-
28 ficent. Et dicimus † verbum. *Conducho*, de re, quæ ad edendum præſtatur, intelligendum, vt conſtat *ex l.2.tit.22.p.1. & ex text. in 6.7.& 10.& 11. in fin. & 18.& 19. tit. 11.lib.4.ordinam.quæ habentur libr. 6. nouæ recopil.tit 3.l.6.7.10. 11.16.& 17.& tenet Montal. in ſuo repertorio legum ordinam. in verb.Conducho.* Et hoc inſtruitur, quia dictũ verbum.*Conducho.* A condo condis ſuboritur, ex quo conditus ſumitur, pro eo, quod ad edendũ paratur, vt ait *Colum.lib.1.c.22.*

Et hactenus de dicti Comitis iure dixiſſe ſufficiat, pro quo, vt alias ſupra *in d.conſ.* 15. explicuimus, tandem pronunciatũ fuit.

Doct. Burgenſ. Marcus Salon de Pace.

# ADDITIO.

NVm.1. Stari verbis ſententiæ antiquæ ab Arbitro,&c.de effectu ſẽtentiæ Arbitri infra cum D.Patruo hic nu.4.& adde præſumi ſemper pro ſententia antiqua, *Rot.Rom.dec.*1303.*lib.3 vol.3.&* 1323.*eod.lib.3.* & dicitur ſententia antiqua poſt biennium, *Borrell. in ſum.dec.tit.30.nu.328.p.2. Menoch. de arbitr.iudic.lib.1.caſ.4.nu.3. Apicell. alleg 7.in fin.* inde ſententia antiqua, valida,& vera præſumitur, etiam ſi aliquo legitimo proceſſu non iuſtificetur, *Gabriel.com.concluſ.lib.2.tit de ſent. concl.4.nu.34 Gratian.deciſ.197.nu.1. Rot.Rom.dec.1289.lib.3.vol.3.*

Num.2.& 3. De verbis enunciatiuis,& eorum probatione, *Grat.conſ.143.nu.15.vol 2.Paris conſ.77.nu.30. Cephal. conſ.608.nu.51.vol.4. vbi iura deducit Decian.conſ.32.num.75.vol.2.Cornaz. dec.Lucenſ.212.nu.9.Bardellon.conſ.49. nu 10.in* 1.vbi concordantes deducit, & quod non diſponant verba enunciatiua, *Vaſq.lib.1.ſuarum controuerſ.c.30. nu.8.Feller.de iur interpetrat.lib.2.c.11 nu.6.& Gallin.de verb.ſignif.lib.5.c.14 nu.8.*niſi ad pias cauſas, *Maſcard.concluſ 388.nu.3. Raudenſ. deciſ.46. nu.8. p.1.Fachin.conſ.30.nu.10.vol.1.Trentacinque var.reſolut. lib. 1.tit. de verb. ſignif.reſol.2.nu.91.& Durante in ſuis quæſt.c.24.& Ricc.coll.*189.

Num.4.Pro ſententia arbitri præſumendum, ſicuti pro ſentẽtia Ordinarij adde, quia eius ſententia dicitur tanquã ſententia Iudicis ordinarij, *Angel. & Paul.de Caſt.in l.apertiſſimi,C.de iudic. Steph.Grat.deciſ.March.82. num.3.& Borrel.in deciſ.2.num.42.*

Nu.5.circa fin.ſcripturæ priuatæ, & nu. 10.& 11.circa effectum ſcripturæ priuatæ,& quæ eam faciant publicã,&c. adde etiam ſi fuerit ſcripta à Notario publico tãquam amico,& vti priuato, *gloſ.in l.1.verb.inſerenti,in fi C.de apoc. public.lib.10.c.ſcripturas,C.qui pot.in pign hab.Capoll.caut.89. Grat.dec.*104. ſed an talis ſcriptura priuata ſubſcripta tamen à tribus teſtibus præferatur publico inſtrum. poſt eam celebrato, *de Franch.dec.*644. qui affirmat, dum fuerint ratificatæ qualitates, & circũſtantiæ *in d.c.ſcripturas, Tuſc ſing. 13. lit.S.Marta voto 53 de Franch.dec.95 nu.6.Maſcar.concl.1294.vol.3.* verùm ea non recognita,nec probata nullam fidem facit, *Affl dec.85.ad fin. Marta vot.182.nu.2.& vot 45.nu.6.* inde recognita habet exequutionem paratã, *Vrſill.d.dec. Affl.Magon dec.Lucen.15. nu.19.& 31.& uide Viſcont.concl ſcriptura priuata, Cala de modo articul.gloſ. vn.8.2 nu.645.Mareſc.var reſol.79.in 1.lib.1.nu.2.&* 3.& ſi vis videre,quando in apoca priuata non ſunt ſubſcripti teſtes, quomodo fiat recognitio per *Mari ad Gram. deciſ. 83. per totam eius addit.*

Nu.6.7.8.& 9. De effectu ſigilli,& qñ eſt vitioſum, & quæ debeat continere, cũ omnibus ad materiam ſigilli per *Ludou.Rom.conſ.303.num.2.*& quod plus operetur ſigillum,quam ſubſcriptio, *l. diſtrahente,C.de reb.alien.non alien.poſt*

Cato.

Digitized by Google

*Catonem Saccum in l.admonendi nu.*54. *ff.de iur.iur.Paris conſ.*19.*nu.*108.*vol.*2 & quod debet tamen eſſe ſigillũ factũ ex auro,argento,ere,ferro,vel calybe, cum armis,& inſignis illius,ac cum nomine, & cognomine illius in literis, *Menoch de arbitr.caſ.*113.*num.*3.*Surd. deciſ.Mant.*137.*num.*2.3.*&* 7. *& vide Borrell.de magiſtr.edict.lib.*2.*cap.*13.*per totum, Maſuer. in prax. tit.de literis notis,& notatis num.*6.

Nu.12.circa donationem abſenti factam, quomodo quæratur,& quando ante acceptationem mutetur, latiſſimè *Gizzarell.dec.*51.latiſſimè,& quam ibi copioſiſſime addidit *Baldaxar de Angelis, Caual pract.quæſt.lib.*1.*q.*54.*nu.*10.

Num.13.voluntas potius facto, quam verbis apparet, adde de eius materia, & quod ſeruari debet, *per Nouar. de priuileg.miſerab.perſon. priuileg.*71. *per plures num.* *&* 111.*nu.*2. & nota declarationem voluntatis fieri pariter ex diſpoſitione inualida, *Boer.deciſ.*172. *nu.*22.*Mantic.de coniect. vltim.volunt. lib.*3.*c.*20.*nu.*3.*Matthieuſ.l.*1.*tit.*4. *lib.*5.*recop.gloſ.*10.*n.*9.*Morot.reſp.*34.*n.*18 *Menoch.de præſum.lib.*4.*pr.eſ.*167.*n.*12.

Nu.14.acceptatio poſt mortem donãtis, an fieri poſſit, adde proinde neceſſariã acceptationem in nonnullis caſibus,vt in donatione *Mart.voto* 167.*Ricc.coll.* 672.quam materiam poſuerunt *DD.in l.abſenti,ff.de donat.& l.nec ambigi*, *C. de donat.* Hinc an in præiudiciũ hæred. donatoris poſſit donatarius donationem acceptare, *de Franch.deciſ.*339. *Surd.deciſ.* 101.*&* 206.*& id. Ricc. collect.*43.

Num.16.vſus contrarius ſcripturæ an deroget ſcripturam, vide quid in priuilegio,&in alijs caſibus *per Baldaxarem de Angelis in addit.ad Gizzarell.dec.*70. vbi late quid in priuilegio,dum fuerint actus contrarij, *ex Anna alleg.* 11.*Grat. diſcept.st.*302.*nu.*2.*tom.*2.*& alij.*

Num.19 De hac materia cum num.ſeqq. 18. 19. 25. 26. & 27. vide quomodo probetur immemorialis præſcriptio, *per Capyc. deciſ.*193. *Ricc.collect.*233.& ad id, quod dicit Dom. Patruus,quod immemorialis conſuetudo non excluditur ex ſcriptura nõ obſeruata, addas contra immemorabilem non admitti probationem in contrarium per *Minſinger.obſeruat.*30. *cent.*1. inde,&ſi per ſcripturas probari poſſit, *Farinac.deciſ.* 570.*idem Ricc.collect.*1266. & plura de interruptione præſcriptionis per *Pegue. deciſ.*157.vbi & ſi per citationem interrumpatur præſcriptio, & ex quibus actibus propriè interrumpatur præſcriptio, per *Surd. deciſ.*5. *Marc. deciſ.* 326.*par.*2.

Num.20. Adde circa ratificationem, vt D.Patruus meus,quod illa ſit facto,vel verbis, *& l.paulus,ff.rem ratam haberi,* & ſit per ſolutionem debiti contenti in inſtrumento,*Alex.conſ.*127.*vol.*5. *Tiraquell.tract.de conſt.par.*3.*limit.*30.*nu.* 12. *Caualc.de tutor.& curat.num.* 147. *Surd.deciſ.*267.*num.*3.& inducitur per obſeruantiam ſubſequutam, *Marta voto* 103.*num.*7. *& Viſcont.concluſ.Ratificatio.*

Num.21.de actione, quæ oritur ex arbitrorum ſententia emologata,& de emologatione ſententiæ arbitrorum, adde eam oriri, etiam ſuper fructibus ſi Arbitris fuerit data poteſtas laudandi ſuper fundo, *Iaſ.in l. Aquiliana num.*8.*ff. de tranſaction.Arnon Epithome* 35.*Anna ſingul.* 36. vbi addidit abundè *de Angelis*, vbi refert ita iudicaſſe Arbitros in cauſa Marchionis Piſcariæ cum Dom. Marchioniſſa eius matre.

Num.23. Sententiam nullam tribuere cauſam preſcribendi mihi ſatis apparet cum verum ſit eam eſſe nullam, *Cauen. in pragm.omnia num.*49. *Viſcont.concluſ. Arbiter, & Arbitrator.*

Num.24. Arbitraria eſſe redacta ad inſtar iudiciorum,abundè hoc *eod. conſ.ſupra in num.*4.diximus,& allegauimus.

Num.26. *Adde Dominum meum Regentem Valenzuel.conſ.*18 *num.*14.

Num.28. De priuilegijs quomodo debeant eſſe,&c. *Rolan. à Valle conſil.*45. *num.*17.*volum.*4. *Surd.de aliment.tit.*1. *quæſt.*44.*num.*21. *cum ſeqq.*

SUM

Digitized by Google

## SVMMARIVM.

1 EXecutio fieri poteſt contra heredem.
2 Pater non poteſt venire contra dotem inofficioſ. m, per eum filiæ ſuæ conſtitutam & vltimis ſequentibus.
3 Fraus non præſumitur.
4 Dotis titulus eſt honeroſus.
6 Intellectus l. 29. Tauri, quæ habetur lib. 5. nouæ recõpil. titul. 8. l. 3. & ſequent. Et inibi late, an filij poſt mortem patris poſſint reuocare dotem inofficioſam.
7 Pater non poteſt reuocare alienationem à filio factam contractu honeroſo, etiam confectam in ipſius patris fraudem. Et inibi, quid erit e contra.
8 Dicta l. 29. Tauri. eſt correctoria, & non declaratoria, & num. 9.
11 Intellectus, l. 6. Tauri. quæ habetur lib. 5. nouæ recopil. tit. 8. l. 1. Et inibi late: quãdo ſucceſſio parentum æquiparetur ſucceſſioni filiorum.
12 Teſtator quod non loquitur, velle non præſumitur, & num. 20.
13 Subſtitutio de vna perſona facta ad aliam extendi non debet, etiam ex teſtantis veriſimili mente, & ſeq. numeris.
14 Subſtitutio quod de te non loquatur, nec in hoc caſu locum habet, ſemper dici poteſt, & nu. 21. quod contrarium dicenti incũbit onus probandi.
15 Diſpoſitionis verba ſemper ſolent interpretari ex ratione appoſita in diſpoſitione.
16 Subſtitutis primo onus impoſitum, non cẽſetur adiectum alijs poſt ſubſtitutis.
17 Subſtitutio fideicommiſſi onus eſt, & ideo non debet extendi niſi ad perſonas expreſſas.
18 Scriptura circa eius limites minime eſt trahenda.
19 Maioricatus ſcriptura non debet ampliari, ſed ſolerter eſt reſtringenda.
20 Diſponens non ſufficit, quod aliquid velit, niſi diſponat.
22 Subſtitutio alicui facta ſi deceſſerit ſine fratre expirat, ſi obit cum fratre.
23 Minus dilectus in ſubſtitutione, quando ſit melioris conditionis quam magis dilectus.
25 Verbum vos impoſitum in aliqua diſpoſitione raſtringit diſpoſitionem.
26 Verba reſtrictiua reſtringunt diſpoſitionem etiam fauorabilem.
27 Dictio Vero aduerſatur in iure, & in facto.
28 Subſtitutio expirat, vbi ſit Titio ſi ſine filijs, vel fratribus deceſſerit, ſi Titius cum filius aut fratribus obierit: & ſi filij ſine filijs deceſſerint: & non extenditur ad filios, fratres ne fratrum, & ſi vocati ſint.
29 Intellectus l. tale pactum, §. fin. ff. de pact. Et inibi late, quando non ſit conſiderandum, quod diſponens ita voluiſſet, ſi interrogatus fuiſſet, & num. 30.
30 Verba diſpoſitionis vbi ad aliquem adaptari non poſſunt ad illum diſpoſitio non eſt trahenda.
31 Honoratus ex quo quis fuit, non exinde cẽſetur oneratus.
32 Intellectus iurium quæ diſponunt, quod ex eadem ratione diſpoſitio extenditur.
33 Caſus cum omittitur, de eo non idem quod de expreſſo eſt iudicandum: etiam ſi in caſu omiſſo adſit maior ratio diſponendi.
34 Intellectus doctrinæ Bartol. in l. centuri. col. 12. verſic. quæro vlterius: ff. de vulg. & pup.
35 Subſtitutus poſtremo bona alienari prohibita, libere alienare poterit.
36 Heres tenetur ſtare facto defuncti: etiam ſi ſit hæres in ſola legitima: maxime ſi nullum fecerit inuentarium. & nu. 37.
38 Lex cum a matre, C. de rei vendic. procedit in hærede ſucceſſore bonorum maioricatus, & ſequentibus.
39 Intellectus doctrinæ Bartol. in l filiusfam. §. cũ pater. ff. de lega. 1. Et inibi etiam de intellectu, l. 1. & 2. C. ſi quid in fraud. patro.
40 Iudicandum in dubio eſt pro dote, & contra producentem inſtrumentum, & pro reo, & poſſeſſore.

## ARGVMENTVM.

Mater dotando filiam, atque conſtituendo pro ea dotem ſuo genero mediãte publico documento, exequutionem paratam habente, an poſſit illud impugnare, prætextu inofficioſæ dotis, ex pluribus rationibus comprobatur in beneficium mariti ius fouere.

## CONSILIVM XXXIV.

DIuino auxilio poſtulato. In hac lite qua inter Petrum Fernandez Nieto, & D. Catharinam de Oualle contenditur, ſuppoſita facti narratione, iure probauimus ſententiam primò latam eſſe confirmandam.

Et

Et hoc ex eo, quia dictus Petrus ex ſcriptura producta, (quæ paratam habet executionem) executionem petit † quæ contra hæredem fieri poſſe non eſt dubium, ex tex. in l. 2. §. ex his, ff. de re. bor. oblig. & in l. 1. C. de hære. actio. & in l. vnica C. vt act. ab hæred. & con. hæred. & tenent expreſſe, Barto'us, & magis communiter DD. in l. poſtulante, ff. ad Trebel. Alexand. in conſilio 115. attentis colum. 2. num. 14. lib. 6. & Feli. in cap. quia. V. de iudi. col. 3. num. 4. & ibi Dec. colum. 2. num. 7. & Caſſene. in conſuet. Burgund. rub. 3. gloſ. 2. fol. 209. col. 1. num. 6. & ſequent. & rub. 11. §. 6. gloſ. 7. fol. 362. colum. 4. num. 2. & Matthæ. de Afflict. in capit. 1. col. 10. num. 225. in titul. ex quib. cau. feud. ami. & Catte. Cota. in memorabilibus in verb. hæres cenſetur eadem perſona, vbi bene loquitur, & idem tenet Suarez in repetit. l. poſt rem iudicatam, ff. de re iudic. in 1. extenſio, l. Regia, char. 131. colum. 1. & 2. Carol. Ruin. in conſ. 58. ſuper eo num. 6. lib. 5. Calcan. in conſ. 18. num. 8. cum ſequent. & Bened. de Bartol. de in tracta. de quarenti. 1. par. quæſt. 9. Anton. à Canar. in tract. de execut. inſtru. quæſt. 30. & Arias à Talabe. in l. 64. Tauri. num. 60. & inibi melius, Anton. Gomez. num. 5. poſt Pet. Rebuff. 1. tom. conſti. Galli. titul. de lite. obliga. art. 3. gloſ. 2. num. 3 & ſequentibus, & fecit de hoc regulam Dueñas in regul. 277. executio, & hæc ſententia ſuadetur ex pluribus quæ congerit Ioan. de Neuiz. in conſil. 20. per totum conſilium, & ſi circa hoc plura requirantur de quibus meminit Anton. Maſſa. in tracta. ad formulam cameralis obligationis 2. p. quæſt. 1. per totam.

Nec dicere oberit, quod dotis aſſignatio dicto Petro, & Melchiori Rodriguez

2 confecta inofficioſa fuit † & ob id, quod dicta Catherina tanquam mater dicti Melchioris poteſt venire contra eam, ex ſequentibus.

Primo, quia prædictus Melchior, qui dictam conſtituit dotem, complura habuit bona ex quibus præter dictam dotem bona remanent, quibus legitima dictæ Catharinę integra manet: itaque dicta dos non fuit inofficioſa, l. 2. C. de inoffic. dot. cũ alijs quæ citat, Ioan. Lup. in repe. cap. per veſtras. de donat. int. vir. & vxo. §. 22. in con. itueuda tamen col. Char. 96. col. 3. num. 14.

Secundo, quia dicta dos non fuit data

3 in fraudem dictæ Catherinæ † nec ipſa fraus præſumitur. ff. de proba. l. quotie s. §. qui dolo. cum ſui ſimilibus, maximè quòd dictus Melchior cum dictam dotem promiſit, non erat ſciens, quòd dicta eius mater plus quàm ipſe victura erat: quim legis præſumptio erat in contrarium, ff. de inoffic. teſta. in l. nam etſi parentibus, & quia ex dotis promiſſione conſanguineæ facta dolus, nec fraus non præſumuntur, l. 1. §. at qui tranſegit, ff. ſi quid in fraud. patro. & alibi ſæpè.

Quo fit, dictam dotem à dicta Catherina, & præcipuum durante matrimonio dicti Petri impugnari non poteſt, vt inof-

4 ficioſa † quia reſpectu dicti Petri titulus prædictus dotis eſt oneroſus, C. de iur. dot. l. pro oneribus. & illic Bald. l. 1. §. luctari, C. de imponen. lucra. deſcript. lib. 10. notant Baldus, Alexan. & alij in l. ſi donaturus, ff. de cõdi. ob cauſ. cum alijs, de quibus Iaſon. in §. item ſi quis in fraudẽ. colum. 4. verſ. an autem dos inſtitu. de act. bonus etiam tex. in l. 25. tit. 11 par. 4. cum alijs de quibus, Ioan. Lup. in d. capitulo per veſtras, §. 22. num. 7. & ſequen-

5 tibus. & cum fuerit oneroſus † conſtante matrimonio pater non poteſt reuocare dictam dotem, ex tex. in l. non vſq. adeo, ff. ſi quis à paren. fue. manu. & optimè conſtat in l. fin. §. ſi à ſocero, ff. de his quæ in fraud. cred. & inibi palam, Bartol. & DD. maximè moder. in d. §. item ſi quis in fraudem, poſt Bartol. in l. Meuius, §. duobus, ff. de leg. 2. col. 9. verſ. 3. quæro, & idem tenent alij quos refert & ſequitur Didac. de Segur. in rep. in l. cohæredi, §. cùm filia char. 11 colum. 3. & 4 ff. de vulg. & pup. quo in loco hanc partẽ pluribus ſuadet rationibus, & iuribus, eſt quæ DD. commune votum. quod, & copioſe tradit Io. n. Lup. de Pal. Rub. in d. repe. cap. per veſtras, d. §. 22. num. 6. & 10. car. 96. colu. 3. dicentis ſic in practica obtinuiſſe, & idem tenet idem Palat. Rub. in l. 17. Taurina. num. 44. & Matthæ. de Afflict. in dec. 86. fuit dubitatum per totam, & Bernar. Diaz in ſuis regul. & fallen. in reg. 143. dos filiæ, & hanc ſententiam ſuadet etiã, tex. in l. qui autem, §. ſimili quæ, ff. de his quæ in fraud. cred. & in l. dotis quidem, C. de collat. & in l. 7. tit. fin. par. 5. & faciunt tradita per Bart. in dote data filiæ ſpuriæ in d. l. fin. §. ſi à ſocero, ff. quæ in fraud. cred. quem ſequitur Bald. in authent. ex complexu. C. de inceſt. nupt. & Angel. Aret. in d. §. item ſi quis in fraudem inſtit. de act. & Capic. in dec. 181 num. 2. & Campe. in ſuo ſolemni tractat. dotis, 1. par. q. 48. quibus, & accedat, ꝙ tenet Io. Andr. in dote conſtituta ex vi iuris, in additio ad Specul. titulo de executio. ſenten. §. ſequitur col. verſiculo hinc legatus ſequitur, Iaſ. et alij ab eo citati in l. ſi eum ſeruum num. 5. ff. ſi ce t. peta. Et plerique contrarium teneant vt nos copioſè ſcribemus in repeti.

Digitized by Google

peti. *l. 29. in legibus Taurinis*.

6 Cui rei non obſtat † *d.l.29.Taur.* (quæ habetur *lib.5.noua recop. tit.8.l.3.*)qua ſtabilitur,dotem inofficioſam matrimonio conſtante à filijs mortuo patre poſſe reuocari,& ita *Ioan.Lup.*inibi cum alijs ſic pronunciaſſe adſerit.

Tum,quia dicta *l.29.* loquitur in filijs volentibus reuocare:at non in parentibus;vt in præſenti caſu agitur,quàm ſolutionem ſubſtentat *Bartol. ſententia, in d. l.non vſque adeo,& Paul.Caſtren.in rub.C. ſi in fraud.patro.& Iaſo.in authenti.nouiſſima,C.de inoffic.teſtam.num.40.& inibi Fabian.in relect.num.123.& Pet.Raue. in eius Alphabeto aureo.in verb. pater.char.135.colum.1.& Ioan. Lup.in eadem l.29.Taurinarum ſanctionum,nu.23 & in d. eius relectio. c.per veſtras, §.22.num.4.& ſequentib.char.*
7 96 quibus in locis firmant † patrem alienationem contractu oneroſo à filio etiã in ipſius patris fraudem confectam reuocare minime poſſe ait, quòd filius poteſt alienationem etiam ex contractu oneroſo effectam reuocare, quibus accedat regula *tex.l.ſi poſt mortem, & ibi DD. ff. de adoptio.& in reg.quod ſemel.de regul.iur.li.*
8 *6.*Quæ & ſuadentur † quia prædicta,*l.29, Tauri.correctoria eſt*: ſi quidem ante durante matrimonio reuocatio inhibita erat, & in correctorijs extenſio nequaquam locum habet etiam ex rationis maioritate,vt in authentica quas actiones, & inibi DD. *C. de ſacroſanct. Eccleſ. & præcipuum moder.in l.ſi conſtante in princip.ff.ſo-*
9 *lut. matri.* & alibi ſæpe. Quid plura † & ſi prædicta,*l.Taur.*declaratoria foret,nec in parentibus obtineret,*ex text. proprio in l. ſcripto,ff.vnd.libe.*ibi.*Non ſic parentibus liberorum,vt liberis parentum debeatur hæreditas: cum parentes ad bona liberorum ratio miſerationis admittit liberos naturæ ſimul, & parentum commune votum.*Quod & fulciunt ea, quæ *Iaſo. congerit in d. authentic. nouiſſima num.39.* & alijs. Denique reperimus legem nec DD.in quibus conſiſtet
10 † parentem cõſtante matrimonio inofficioſam dotem etiam extraneæ datam, reuocare poſſe:igitur nec id eſt dicendũ. *C.de collat.l.illam,& l.ſi ſeruum, §. prætor verſiculo non dixit prætor, ff. de acquirend. hæredi.*

11 Nec his † aduerſatur,*l.6. in legibus Taurinis* (quæ habetur libro.5.*recopil. titul.8. l.1.*quæ parentum ſucceſſionem filiorum aſſimilat ſucceſſioni, ibi *Como lo ſon los deſcendientes a ellos.*Nam dicta verba non ſunt inibi expreſſa,vt anteriora corrigantur iura,ſaltem in caſibus quibus in ſucceſſione parentum diuerſum eſt conſtitutum,& ſat conſtat in *l.non eſt nouum ff.de legibus*,quod & ſuadetur quia & priſtinis ſanctionibus ſtabilitum erat,parentes filijs ſicut filios parentibus ſucceſſuros: & dicta verba dictæ legis, quim & ampliora antiquioribus legibus ſunt collocata, præſertim in *in authent.quibus mod.natu.eff. ſic.ſui.§.diſcretis,colla.* ibi, *In quibus enim caſibus naturales filios vocauimus ad ſucceſſionem:hi quoque,& ipſi decentem naturalibus patribus deuotionem ſeruent: eadem quæ neceſſaria,ſicut parentes proſpiciunt naturalibus filijs,ſecundum noſtram legem, & ipſi parentibus compenſent.* Quæ verba inibi *gloſ.*ad hoc appendit quòd parentes filijs ſuccedunt: ſicut & filij ipſis parentibus,& probatur etiam *in l.nam & ſi parentibus,ff.de inoffic.teſtam.* Nihilominus tamen diſcrimina,quæ iura reperiuntur inter dictas ſucceſſiones non ob id abrogata ſunt,quæ diſcrimina congerit,*Iaſ.in dicta authentica nouiſſima,& ſat probatur in l.ſancimus,C.de teſtam.& in l. præcipimus, C.de appella.*cum alijs.Verùm,& hæc ſunt ob id manifeſta,quòd eadem,*l 6.* & dicta verba ſubijciat filijs omnia paterna bona citra quintam ipſorum bonorum partem filijs pro legitima conſtituit:at parẽtibus tantum ex tribus duas partes.Denique dicta *l.6.* dictaque eius verba de bonis quę à parẽtibus reuocari poſſunt,explicanda ſunt:non vero in his quæ reuocari non poſſe alijs cauetur iuribus.

Nec dictæ Catherinæ dicere ſuffragatur, quòd ex ſcriptura hac in lite producta conſtat,bona ſuper quibus controuerſia eſt,ad eam maioricatus iure pertinere, quam ſcripturam dux Aluenſis edidit illa quæ videtur ſubſtituta in caſu quo dictus Melchior ſine liberis decederet, prout deceſſit.

Nam quidem ſi totam legamus ſcripturam,non ineſt in ea ſubſtitutio, qua (quando dictus Melchior ſine liberis deceſſerit)dicta Catherina ad ſucceſſionem
12 ſit vocata † & quòd non loquitur diſponens,nec velle præſumitur,*l.Labeo,ff. de ſuppell.leg.*notat *Baldus in l.voluntatis,ad finẽ, C.de fideicommiſſ.*cum alijs à nobis traditis *in relect l 3.1 auri nu. 231. & ſequentibus*, & ſi voluiſſet faciliter expreſſiſſet, *l.1.§. ſin autem ad deficientis,C.de caduc.tollen. c. ad audientiam.de decim.* nec aliud quàm ſcriptum inquirẽdum eſt *l.1.C.de fal.cau. adiect.l.& illic Baldus notat, l. proſpexit, ff. qui & à quibus.*& omiſſum pro omiſſo debet

bet

bet haberi, *ff. de liber. & poſthu. l. commodiſſime cum ſuis ſimilibus.*

Præterea ſubſtitutio prædicta de Gaſpa
13 re facta † ad dictum Melchiorem non debet extendi, vt probatur in *l. ſi pater filium, & inibi DD. ff. de vulg. & pup. DD. in l. Gallus in princip. ff. de libe. & poſthu. text. in l. ſi vnus, §. ante omnia, ff. de pact. optimus tex. in l. quæ conditio, ff. de condit. & demonſtrat.* quam inibi *Soccin* ad hoc appendit, quod diſpoſitio reſpiciés vnam perſonã, ad aliam extendi non debet. Quim, & fortius ait *Aretin. in d. l. Gallus, §. & quid ſi tãtum, ff. de libe. & poſthu. colum. 3. verſ. 3. adde. ex tex. in l. ſi quis ita ff. de teſt. tutel.* quod ſubſtitutio nunquam debet extendi de perſona ad perſonam, etiam ex teſtantis veriſimili mente quæ optime probat, nã inibi ſancitur, quod ſi pater in teſtamento filijs dederit tutorem, quòd ad eos quos habere ignorauerit, minimè extenditur: & ſi ſat eſt veriſimile, quòd ſi filios habere ſciuiſſet, quòd illis etiam tutores dediſſet quod palam & tenet *gloſ. in l. Titius in princip. ff. de libe. & poſthu. & quæ Curt. & DD. notant in l. ſi pater, C. de inſtit. & ſubſtit. & Aretin. in d. loco ſequitur, Dec. in conſil.* 218. *col.* 3. alijs quę in locis, & his accedat,
14 quia ſemper dici poteſt † de te non loquitur ſubſtitutio, nec in hoc caſu loquitur ſubſtitutio, vt ait *Soccin. in conſ. 62 colum.* 3. ante medium, *lib. 3. quod etiam tenet idẽ Soccin. in alijs conſilijs, quorum meminit Aymon Crauet. in conſ. 161. verba nu. 16. lib. 1. & in conſil. 147. num. 8. eodem libro, & late Ioan. Neuizan. in conſ. 31. anceps, num. 21. & Lauren. Siluan. in conſ. 64. diuino, numero 14. lib. 2.*

Tertio illud prædicta plurimum comprobat, ex ratione diſpoſitionis dicti du-
15 cis † ex qua diſpoſitionis verba explicari conſueuerunt, ex *l. cùm pater. §. dulciſſimis, ff. de leg. 2. cum alijs notiſſimis de quibus meminit, Andr. Tiraquel. in tract. de ceſſante cauſa, 1. par. num. 149.* nempe, quia dictæ diſpoſitionis ea eſt ratio, vt genus, *Alfonſi Roderici conſeruetur,* cuius generis prædicta D. Catherina non eſt.

16 Quarto idem etiam ſuadetur † quia onus primo ſubſtitutis appoſitum, non eſt cenſendum alijs poſt ſubſtitutis adiectum, *ex tex. in l. cùm vxori. C. quando dies lega. ced. & ita Oltrad. conſuluit in conſil. 21 thema. & alij plerique à Decio citati in dicto conſ. 218. num. 7. & ſequentib. & conſil. 288. in ciuitate col. 4.*

17 Quinto idem munitur † quia fideicommiſſi ſubſtituti onus eſt, *ff. de vulg. & pupil. l. cohæredi. §. cùm filiæ,* ergo non debet extendi niſi ad perſonas expreſſas, *vt in authentica de reſtitu. fideicommiſſ. §. nos igitur.* Et illic *gloſ. & DD. colla. 9. & in l. filiuſ fam. § diui, ff. de leg. 1.* cum alijs de quibus meminit, *Ioan. Lup. in repet. d. cap. per veſtras, de donat. int. vir. & vxor. § 26. reſtat*
18 *nunc numero 20. char. 101.* † ſcriptura .n. citra eius limites minimè eſt trahenda, *ff. de fideiuſſo. l. fideiuſſores magiſtratuum, & ff. de pact. dicta l. ſi vnus, §. ante omnia,* &
19 quod maioricatus ſcriptura non ſit amplianda, ſed ſolerter reſtringenda, *conſtat in l. inter filios, C. famil. her. & inibi Baldus, & optime idem Baldus in l. omnes populi. colum 5. ff. de iuſt. & iur. & in cap. 1. de fil. nat. ex matri. ad morga. cont. & traditur in l. ſtipulatio hoc modo concepta ff. de verb. oblig. & facit bonus tex. in authent. de reſti. fideicommiſſ. §. nos igitur collat. 9. & alibi ſæpe traditur.*

His & congruit, quia non quidem ſat
20 eſt † diſponentem ſic voluiſſe, niſi diſponat, *ff. de hæred. inſti. l. quidam cum filium,* & illic *Imol. & Bald. & in l. ſi non repetendi, C. de cond. ob cauſ.* cum alijs de quibus meminit, *Aym. Crauet. in d. conſ. 191. num. 14. & alibi ſæpe reperies.*

Hęc veritas & conualeſcit & ſi primo, quia aſſerens ſe in ſcriptura ſubſtitutum, probare id aſtringitur, & qui dixerit, de hoc non loquitur ſubſtitutio, habet ſuam intentionem probatam. *ex tex. in l. ei qui, ff. de probat.* & ita nuncupatim conſtat ex *Ioan. Andr. in Specul. tit. de teſtam. §. 1.* & tenet expreſſe *Soccin. in d. conſ. 62. viſo capitulo num. 7 lib. 3.* quem refert & ſequitur *Aym. Craue. in conſ. 161. num. 15. lib. 1. & in conſ. 147 num. 8. eod. lib. 1. & latè Ioan. de Neuizan. in conſ. 31. num. 21. & Lauren. Silua. in conſ. 64 refricatur num. 14. & ſequen. lib. 2.* igitur conſequens eſt, aduerſariam ſuam intentionem ex dicta ſcriptura probaturam. & hoc probatione non ambigua. *c. in præſentia de probat. l. veteribus, ff. de pact. cum ſimilibus.*

Rurſus, & eadem ſententia inſtruitur, quia cum dicta ſubſtitutio facta fuerit, ſi dictus Gaſpar ſine fratre deceſſerit, expi-
22 rauit † ex quo cùm fratre obit, *l. ſi quis hæredem, C. de inſtit. & ſubſtitut. l. ex facto, §. penul. ff. ad Trebel. l. cùm vxori, C. quand. di. leg. ced* etiam ſi ipſe frater poſtea ſine filiis deceſſerit, *vt per Oldrad. in conſ. 21. & Dec. in conſilijs ſupra citatis, & alijs pleriſque, & Iaſon. in d. l. ſi quis hæredem, num. 5. Rip. in d. l. ex facto, §. pen. col. 1. & Chaſſan. in conſuetud. Burgund. rub. 6. §. 5. in verb. & ſi pare.*



Digitized by Google

219.*col.2.num.2. poſt Iaſo.qui notabiliter lo quitur in conſ.228.in iſto.col.1.verſ.ſed præmiſſis,& ſequen.lib.2.& opinio Old.* communiter eſt approbata teſte *Aym. Craue.*
23 *conſ.98.num.4.* † quod & obtinet. etiam ſi ex eo quod ſubſtitutio expiret, ſuboriatur quod minus dilectus melioris efficiatur conditionis,& ſat conſtat ex dictorũ iurium generalitate & ſic conſuluit, *Alex in conſ.139 circa primum col.2.lib.6.Carol. Ruin.in conſ.153.viſo.num.5.& 6.lib. 2. & late Soccin.Iun.in conſ 4.in occurrenti,* per totum,*lib.3.*& faciunt tradita *per Paul.Caſtrenſ.in conſ. 164. in præſenti cauſa num. 4.lib.2.*

Sane ex quo diſponens dixit. *Si vos el dicho Gaſpar.* Sat videtur denegare voluiſ-
24 ſe † quod idem ſit in Melchiore,*ff.de iud. l.cum prætor,& in l.marinus, C.de procur.* & limitata cauſa limitatum debet producere effectum,*l.in agris,ff.de acquir.rer. domi. cum ſimilibus.* Et dictum verbum *vos* ipſū
25 † reſtringit diſpoſitionem ad ſolum dictum Gaſpar vt notatur *in l.qui liberis, §. hæc verba,ff. de vulg.& pup.& traditur in l.fin.C.de hæred.inſti.notat Bartol.in d.l.Gallus.§.inſtituens,& Dec.in conſ 291.viſis,&* diligenter *co. antepen. verſ. his præmiſſis n. 6.* & traditur *in l.fin.C de ed.d. Adriā. tol.*
26 & vbi ſunt verba reſtrictiua † etiam fauorabilis diſpoſitio reſtringitur.*C.de leg. l. pen.*cui rei accedat *tex.in l.1.§.hoc edicto. ff.de poſtul* cum aliis de quibus meminit *Aym.Crauet.in conſ.98.nobilis num. 14.lib. 1.*Item cum loquitur in dicto Gaſpare cũ dictione aduerſatiua *Pero* quæ aduerſatur in iure,& in facto, vt traditur *in l. nam cũ vterq. ff. nequis eum, & inibi Bartol. & in l. patris,& filij,ff.de vulg. & pup.& Iaſo. poſt gloſ.in l.1.ff.eod.tit.& ſic ſat conſtat,* ad dictum Melchiorem voluiſſe eius diſpoſitionem trahi.

Verum in expecificis terminis notamus *Card.Paul.Pariſ.in conſ.31.conſiderato num.27.& ſeq. lib 2.*nempè, quia inibi
27 concludit † quòd vbi Titio ſit ſubſtitutio ſi ſine liberis, vel fratribus deceſſerit, ſi Titius cũm filiis obierit,ſeu cum fratribus,& ſi illi fratres liberi quæ ſint alias honorati,& in diſpoſitione vocati (quando ſubſtitutio ſit cum prædicto verbo ſi dictus Gaſpar)quòd ex hoc ſubſtitutio expirat,& ad fratres filiosve fratrum non extenditur: niſi tantum ad Titii perſonam, & maximè ſi Titius ſpeciatim nominetur(vt in præſentia)citat quæ *Soccin. Iun. in conſ 104.num.9.lib.3.* Et illic ipſe *Card.* ait,quòd per vocationem actiuam non quippe paſſiuè quis oneratus videtur: & quod licet frater actiuè ad ſucceſſionem vocetur, non ob id grauatus cenſendum eſt,quod etiā inſignè conſuluit, *Aym.Crauet.in conſ. 98. nobilis,num. 5. & ſeq.lib.1.* & inibi priuatim ſequitur *Guid. Pap. & Deci.*& ſequacium ſententiam qua voluerunt,quod licet ſubſtitutio facta ſi Titius ſine filiis deceſſerit, mortuo Titio cum liberis expiret,& ſi ipſi filii ſine filiis moriantur, quod hoc locum non habeat, ſi ipſi filii ſunt honorati & diſpoſitiuè ſubſtituti temperant niſi his verbis *Dictus Titius* Seu aliis reſtrictiuis ſubſtitutio ſit cōfecta,& ait dictus Doctor, quòd hoc palā *Dec.* tenet *in conſ.63.colum.2.& in conſ 89. col.2.& in conſ.287.colum.4.& in conſ.291 col.ante pen.& in conſ.384 col.fin.*
29 Ex quibus ſatisfit † iuribus( ſcilicet, *l. tale pactum,§.fin.ff.de pact.* & ſimilibus volentibus, conſiderandum id quod veriſimiliter diſponens dixiſſe, ſi interrogatus fuiſſe,haberi pro diſpoſito.

Tum quia hæc iura potius dictæ D.Catherinæ refragantur, ex quo ſat exiſtimandum eſt,dictum ducem illi dicta bona iure maioricatus, vtpotè non generis dicti Roderici non daturum.

Tum etiam,quia in diſpoſitione nulla adſunt verba,quibus veriſimiliter in fauorem dictæ Catherinæ dictus dux diſpoſuerit: & ita de dicta ueriſimilitudine aduerſaria agere nequit,*ex d.l. quidā cūſiliū* & ob id *Paul.Caſtren.in l. in ambiguo, ff. de*
30 *reb.dub,*notabiliter cenſet † quod vbi diſpoſitionis verba ad aliquem adaptari non valent,quòd ad illum diſpoſitio non eſt trahenda; & ſi apud nos veriſimile ſit, aliud teſtamentum voluiſſe, vt probatur in *l non aliter,ff.de leg.3.& in l.ſi cui, ff.de vſufruct.leg.*quæ recentiores tradunt; *in l. 3.C.de libe.præte.& prius Bald.in l.in multis,ff.de ſta. homi. & DD. in Clemen. ff.de hæred. inſtituen.*

Præterea ex ſupradictis etiam confluit,
31 quòd nec dici poteſt † quod ex quo dictus Melchior honoratus fuit, igitur & honoratus cenſendus eſt.

Primo, quia nulla lex eſt,quæ hoc probet.

Secundo,quia non ſequitur,quis eſt honoratus, igitur & grauatus,imò potius cōtrarium,vt vltra iam dicta probatur *in l. vnum ex familia.§.ſi rem ff.de leg 2.in l. ab eo. C.de fideicommiſſ. & in d.auth.de reſtit. fideicommi.§.nos igitur, colla.9.*quod & ſuadetur,quia contrarium eadem eſt diſciplina,*ff.de acqui.poſſe. l. quemadmodum cum ſimil.*

ſimilibus,ſed non ob id,quòd quis ſit oneratus, cenſetur honoratus, ff.de leg.3.l.ſed & ſi ſic.& ff.de fideicommiſſ.liber.l.cum quaſi.§.ſi plures,ergo nec ex eo quòd quis honoretur,grauatus debet cenſeri.

Denique & tertio,quia Card.Pariſ.& Aym.Crauet.in dictis conſilijs expreſſe,contrarium optimis rationibus conſuluerunt.

Nec ſubinuitant nos in contrarium
32 † iura quæ diſponunt,quòd ex eadem ratione diſpoſitio ampliatur, & quod in dicto Melchior eadem videtur ineſſe ratio, quæ in Gaſpare.Si quidem vt dictum eſt, eadem non ſit ratio. Item, quia dictus dux limitatiuè (vt explicuimus) eſt loquutus,& ita expreſſe Dec.reſpondet in d.conſilio 291.col.pen.Denique, & quia cũ
33 caſus omittitur † de eo non idem quod de expreſſo eſt iudicandum etiam ſi in caſu omiſſo maior ſit diſponendi ratio, vt egregie,Cin.palam tenet, in l.quod fauore, C.de legibus cuius Deci.conſilijs ſupra citatis meminit,& præcipuum in d.conſilio 218 num.11.

34 Verum & facile,Bartol.ſententiam † in l.cẽturio,col.12.verſ.pro vlterius,ff.de vulg.& pup.euademus.Siquidẽ loquatur cũ dictum fuerit, ſi Titius ſine filijs obierit, vel eorum filij ſine filijs,quod hic dictum non reperitur.Denique & quia, commune placitum eſt contra Bartol.in d.l.centurio,vt moder.docet inibi,& plenius Dec.in conſil.422.& pro tenui num.2.verſ.his tamen,vbi etiam loquitur,& ſi alienationis prohibitio in ſcriptura inhibita.Et ait inibi Dec.quod contra Bart.eſt communis opinio.

Ex quibus deducimus prædicta bona apud dictum Melchiorem libera manſiſſe. & ita de eis libere diſponere potuiſſe, l.in rem mandata,C.manda.authen.de nupt.§.diſponat teſtator collat.4.cum ſimilibus,nã
35 † qui poſtremò ſubſtitutus eſt etiam bonorum alienatione prohibita.bona alienare,prout libuerit poterit,ff.de leg.2.l.qui ſolidum,§.pen.l.cùm pater,§.libertis,ff.eod.tit.bonus tex.in l.agrum.& ibi Corn.C.quand.di.leg.ced.cum aliis de quibus,Gregorius Lup.in l.2.titul.15.par.2.in verb.Al mas propinco.col.2.vnde ſi aliquis, & Roland.à Valle in conſil.25.num.18.& 19.lib.1.

Quid multa,& ſi quæ diffiniuimus,iure non ſubſiſterent(vt inficiamur)ex quo dicta D.Catherina eſt hæres dicti Melchio-
36 ris † eius factum, dictumque dotis contractum ſeruare eſt obnoxia(ſaltem dicto matrimonio dotante)C.de rei vend.l.cum à matre.ff.de reg.iur.l.ex qua perſona, optimus tex.in l.24.tit.13.part.5.cum ſimilibus
37 † quæ iura ſubſiſtunt etiam contra filiũ hæredem in ſola legitima,vt eſt communis Doctorum reſolutio in d.l.cũ à matre, & inibi gloſ.& hanc dicit comm nem Iaſon.in l.fin.§.in computatione, C.de iur.delibe.& optimus tex.in d.l.24.tit.13.part.5.& eo præcipuum cum hic nullum inuentarium reperitur,niſi tantum de bonis mobilibus,quod iure diruitur, vt in l.fin.in princip.& ibi Iaſon.copioſe, C.de iu.deliber.& addendus eſt text.6 parti.titul.6.leg.5.

38 Nec dici poteſt † in rebus maioricatus non obtinere,d.l.cùm à matre, & ſimiles,ſed hæredem defuncti factum poſſe impugnare,ſiquidem iure contraria opinio crebior, receptiorque ſit, vt eſt text.expreſſus in d.l.filiusfam.§.cùm pater,ff.de leg.1.& in l.vnum ex familia,§.ſed ſi vno, ff.de leg.2.& illic Paul.Caſtr.& in propriis terminis,ita tenet Andr.de Iſern.in cap.1.§.ſi vaſallus in tit.ſi de feud.fue.controuer.int.domi.& agna.& Bald in cap.1.§.hoc quoque col.5.de ſucceſſ.feu.& Paul.Caſtr.in conſil.247.in cauſa quæ vertitur,Saonæ col.2.nu.1.col.2.lib.1.& in conſ.351.pro fundamento,col.3.num 4,verſ.pro iſtius eod.lib.1.Fulgoſ.in conſ.67.pater famil.& in l.quotiens, C.de fideicom.Roman.in conſ.18.viſa facti, col.fin.(& inibi loquitur etiam facto inuentario) Alexand.in conſ.32.viſo proceſſu,colum.fin.lib.3.& in conſ.3.col.2.eod.lib.Dec.in conſ.38.circa primum col.4.& palam idem Dec.in conſ.184.ad finem, & lucidè hoc tenuit Oldrad.in conſ.94.col.5.& optimè hæc inſtruitur ſententia in l.4.tit.15.par.2.qua diſponitur, ſucceſſorem regni prædeceſſoris debita ſoluturum, & ſi regnum ſit reſtitutioni ſubiectum, l.2.& l.3.eod.tit.& par.& hæc veritas conſtat in l.1.C.de bon.mater.iuncta d.l.cum à matre, & in l.ſiue poſſeſſio,ff.de euictio.nanque in d.l.a bona aduentitia filij à patre alienari prohibentur, nihilo ſecus tamen dicta l.ſiue poſſeſſio,& in d.l.cum à matre diſponunt filium patris hæredem eius factum, contractumque ſuper filiorum bonis geſtum obſeruaturum.

39 † licet Bar.in d.l.filiusfam.§.cum pater teneat l.1.& 2.C.ſi quod in fraud.patro.minimè obtinere,cùm filius in legitima hæres fuerit aduerſus eum,eſt DD.communis reſolutio in d.l.cùm à matre,& in



Digitized by Google

*d.§.in computatione*,vt iam diximus, quibus in locis ſcribentes poſt *gloſ.in d.l.1.& 2.C.ſi quid in fraud.patro.*reſpondent præterea *Bart. in d.§.cùm pater*, nec aduerſam tenet ſententiam, quandoquidem non ideo dicat hæredem non teneri ſtare contractui defuncti in caſu *tex.* ibi, quia in re reſtitutioni ſubiecta loquitur, ſed ob id quidem,quia vt ille cenſet, paterno contractu filius non obligatur. *Rurſus, Bartol.* loquitur in filio ſuccedente in ſola legitima: non autem in patre, in quo minor (vt adſeruimus)ineſt ratio.

Denique cùm iuxta prædicta aliquod
40 adeſſet dubium † pro dicto Petro iudicandum eſt.

Tum,quia pro dote,*ex l.1.ff.ſolu.matri. & ſimilibus.*

Tum etiam,quia pars aduerſa dictam produxit ſcripturam *ex tex.in c. inter dilectos de fid.inſtrum.*& illic *Bald.*& *conſta. in l.veteribus,ff.de pact* cum aliis ſupra à nobis citatis *in conſil. 2. in cauſa de quà nu.* 85.

Tum & denique,quia dictus Petrus eſt reus & poſſeſſor *ex l.fin.C.de rei vend. & l.28.titul. 2.par.3* cum ſuis notiſſimis. Et hæc in dicti Petri fauorem dixiſſe ſat ſit.

Doctor Burgen.Marcus Salon de Pace.

# ADDITIO.

NVm.1. Quod executio parata cõpetens ſcripturæ,contra defunctũ habeat locum contra hæredem concordat,& latè alios allegans teſtatur, ita eſſe de iure communi,*Carauita ſuper ritu* 178.*num.*4.5.*Boer.dec.*10.*nu.* 2.*multos allegat Bernardin.Pandus in tract.de executione inſtrumenti p.* 2. 3. *declar. num.*5. *& nouiſſimè Galder. in eius praxi criminali inſtrumentaria in* 2.*p.* 2. partis principalis in verbo aduertat inſuper ad debitorem *num.*38. *vbi poſt Foller.*& alios refert id ſeruari in pacto exequutiuo in inſtrumento appoſito,quod etiam contra hæredes executioni mandatur, & idem ſeruari etiam in obligationibus penes acta ſtipulatis,præuia tamen citatione teſtatur *Berard. Pannus vbi ſupra num.* 8. *& Galder. in loc. ſupra allegato numer.* 3233. quamuis iuſtrumentum via ritus contra hæredem liquidari non poſſit ex expreſſa diſpoſitione prædicti *Ritus* 178.*vbi Carauita rationem in eod.Rit.*aſſignatam declarat, quamuis etiam reſpectu liquidationis prædictæ contrarium in via diſputatiua defendere conetur, *Frecc.in tract. de inſtrumentorum exequutione parte* 11.*q.*1. licet opinionem negatiuam iuxta ritũ prædictum ſeruari teſtatur.

Ad nu.4.5.6.Quod dos inofficioſa non poſſit conſtãte matrimonio reuocari, adde quod hæc quæſtio eſt ſatis controuerſa, nam contrariam opinionem probat, & ſecundum eam per S.C.deciſum fuiſſe teſtatur, *Præſ. de Francb. dec.*104. per totam,eandem opinionẽ plenè comprobat,& ſequitur *Barboſ. in l.2.part.1.in fin.numer.*178. *ff.ſolut. matrim.*ſuper qua quæſtione poſt *Annam ſingul.*223.*Conſiliarius Anna eius filius* ibi in aditione refert quamplures DD.pro,& contra, verum eſt aduertẽdum,quod in vita patris,vel matris inofficioſè dotantis actio de inofficioſa dote abſque dubio non daretur, prout plenè declarat, & per S.C.deciſum refert idem *Præſ.de Frãcb. in dec.*170.

Ad num.12.quod ſubſtitutio non extẽdatur de caſu ad caſum adde *Tiraq. latè in repet.l.ſi vnquam in verbo libertis num.*28.*cum ſeq.Ioan.Vincent. de Anna alleg.*134.*nu.*3.7.8.*& alleg.* 137. *num.*1.*cum ſeq.*vbi etiam in pia cauſa, *Fab.de Anna conſ.*57.*num.*71.*Surd.deciſ.*202.*per totam*, *Caball. Milleloqui* 497.*Reg.Lanar.conſ.*60. *num.*74. *cum ſeq.Mantic.de coniect.vlt.vol.lib.* 3.*tit.* 19.vbi etiam,quod in pia cauſa ſubſtituta, prout etiam in pia cauſa loquitur,*Vrſil.dec.*141.*num.*3.& quod non extendatur,nec de caſu ad caſum,nec



Digitized by Google

de perſona ad perſonam plures ad hoc allegat *Thej. dec.*248. *num.* 8. & quod ſi adſit identitas rationis, vide *Conſiliarium Routt. conſ.*40.*num.*8.*&* 8.*vol.*1.& quod ad caſum ſimilem extendatur ex identitate rationis, vide latè per *Facchin.controuerſ.iur. lib.* 4. *cap.*46.licet contradictores plures ad ducat verum contrarium poſt alios te net *Anna in dicta alleg.*137.*nu.* 18.

Ad num.14.Vide Reg.Valenz. *conſ.* 23. *num.*5.

Ad nu.13 & 14.Quod ſubſtitutio non extendatur de perſona ad perſonam, vide *Annam in d.alleg.*134.*num.* 6. *&* *alleg.*137.*num.*24 *cum ſeq.* vltra DD. ſupra allegatos,nec non concluſio limitatur, quando ſequeretnr abſurdũ, vti probat *Surd.in dec* 319.*nu.*11.

Ad num.15.Quod in his,quæ relicta sũt ratione,vt in genere ſiue familia conſeruentur fœminæ excludantur, vide *Sfortiam Odd.in tract. de fideicommiſ.* per alienationis prohibitionem inducendis *q.*9.*num* 30.*verſ.*2.*& num.* 31. *& num.* 38.*& num* 50. *cum ſeq. & Regen.Routtum conſ.*30.*num.*6.*vol.*1.licet appellatione familiæ, etiam fœminæ veniant,vt probatur *in l.voluntas,C.de fideicommiſſ. & latè Conſiliar. Anna conſ.*106 *num.* 16. *cum ſeq. vol.* 2. *&* *Sforzia Oddo in d.q.* 9. *pertotm, Reg. Rouit.in d.conſ* 30.*num.* 4. *cum ſequen.* prout etiam generis vocatio denotat omnes deſcendentes maſculos, et fœminas vti latè probat *Pereg.in tract.de fideicomm.art.*22.*num.*28.

Et in maioratu ob conſeruationem familiæ expreſſe conſtituto, ſiue ob fauorem Domus,atque caſata fęminas ſaltem deficientibus maſculis eſſe admictendas latè probat *Molina de primogen.Hiſpan.lib.*3.*cap.*4. *num.*5. *cum ſequent.*

Ad n.16 ꝙ onus primo ſubſtitutis appoſitũ nõ ſit cẽſendũ alij poſt ſubſtitutis adiectũ eſt aduertendũ,ꝙ iſta cõcluſio intelligitur de onere ſiue fideicõmiſſo cõditionaliter facto in caſu forte, ꝙ ꝙ euenerit in perſona primi ſubſtituti idque in illius perſona poſtea ſecundum non fuerit tunc fideicommiſſum non erit extendendum de perſona in perſonam,vt ſupra,cum tunc conditio dicatur defeciſſe *iuxta Conſ.Oltradi* 21.*bic*,per authorem allegatum vbi conditio fideicommiſſi appoſita in caſu quando grauatus ſine liberis deceſſerit defeciſſe cenſetur ſi ille cum liberis deceſſerit quicquid poſtea de illis contigerit, prout è contra poſtquam conditio legati, vel fideicommiſſi extitit ſtatim ius inreuocabiliter quæritur,quicquid poſtea aliter contigerit *iuxta tex.in l.cum vxori,C.quãdo dies legati cedit*,per hunc autorem allegatum,ſi verò onus pure, & ſimpliciter ab hærede in fideicommiſſario relinquatur,tunc grauamen impoſitum primo fideicommiſſario, vel legatario etiam ab eorum ſubſtitutis, vel coniunctis,ad quos hęreditas peruenit erit præſtandum,*iuxta reg. text. in l.vnica, §. pro ſecundo, C. de caducis toll.*

Ad num.17.18.19. Quod fideicommiſſum, cum ſit onus non extendatur de perſona ad perſonam,ſed ad eius limites ſit reſtringendum, & maioricatus ſcriptura vltra expreſſe non extendatur adde vltra ſupra adductos in num. 12.13.14,*Molin.in d.tract. de Hiſpan. primogen.lib.*1.*cap.*4.per totum,vbi latiſſimè de hoc agit,& fundat concluſionem prædictam non extendatur,tã de caſu ad caſum, quàm de perſona ad perſonam.

Ad num.20.Quod non ſufficiat teſtatorem aliquid voluiſſe niſi id diſponat adde latiſs.de hoc per *Tiraquell.in repetitio.l.ſi vnquam in verbo libertis nu.* 20.21.*cum ſeq.*

Ad num.22. Quod ſubſtitutio facta alicui ſi ſine fratre deceſſerit extinguatur ſi cum fratre decedat,etiam ſi poſtea ille ſine liberis moriatur, adde in ſimili DD.tenentes fideicommiſſum conſtitutum in caſu,quando grauatus ſine liberis deceſſerit extingui ſi cum liberis moriatur,licet illi poſtea ſine

filijs

Digitized by Google

filijs deceſſerint, prout poſt *Oldrad. in d.conſ.21.* hic per authorem allegatũ tenent omnes DD. quos refert, & ſequitur *Reg Rouit.in conſ.34.n.1.*& per totum conſilium, vbi per S.C. iudicatum refert, & ante eum idem firmauerat *Preſ.de Franch. in dec. 92. in prin.* cuius concluſionis ampliationes, & limitationes, vide late per *Anto.Gabriel com.concl.lib. tit.de fideicom. conclu. 7.Pereg de fideicomm.artic.29.num.22. cum ſeq.*

Ad numer. 24. 25. 26. Quod nominatio nominis proprij eius cui teſtatur ſubſtituit inducat limitationem, e reſtrictionem ſubſtitutionis ad illius perſonam, & in ſpecie in ſubſtitutione prædicta ſi ſine liberis, vide *Pereg. in dicto art.29.num.36.& vide eundem nu.28.*vbi de alijs verbis reſtrictiuis.

Ad eundem nu.26. in fine, quod dictio vulgatis, però ſit reſtrictiua, & excludat alias perſonas, probat poſt alios, *Reg.Rouit.conſ.94.num.23.*

Ad num.28.quod ſubſtitutio prædicta ſi ſine liberis deceſſerit extinguatur, per ſuper exiſtentiam liberorum, quamuis ipſi poſtea ſine filijs deceſſerint, etiã ſi ijdem liberi fuerint honorati, ſiuè diſpoſitiue vocati, vide eundem, *Pereg. in eod.art.29.nu.26.*

Ad eundem num.in fine qñs dicit, quòd verba dictus Titius, ſiuè alia reſtrictiua operentur, quod ſubſtitutio non extẽdatur ad aliam perſonam, vide latiſſime per *Sur.dec.85.* & in ſpecie in ſubſtitutione prædicta ſi ſine liberis, per *Pereg.vbi ſupra num.36.*

Ad num.29.30. quod regula legis tale pactum, *§.fin.ff. de pactis* nõ habet locum omnino deficientibus verbis reſpectu alterius perſonæ, itaut nõ operetur extentionem de vna perſona ad aliam, vide *Tiraq.in l.ſi vnquam io verbo libertis nu.28.cum ſeq.*

Ad num. 33. quòd diſpoſitio teſtatoris nõ extendatur ad alium caſum omiſſum, quamuis in eo maioratu ſit ratio diſponendi, adde *Molinam de Hiſpan. primogen.lib.1.cap.4.num.3.vbi num.4* id multo magis procedere ꝓbat, quãdo tractaretur de extentione fideicõmiſſi de perſona ad pſonã, verũ in cõtrariũ, quod ex identitate rationis fiat, extenſio de perſona ad perſonã, plures adducit *Peregrin. in d.art.29. num. 32.* licet in caſu prædictæ ſubſtitutionis ſi ſine liberis teneat non extendi ad nepotes *num.32.*vbi declarat quomodo dictum prædictorum DD. intelligi debeat.

Ad num.35. quod vltimus ſubſtitutus poſſit bona alienari prohibita libere alienare, adde *Pereg.in d.tract. de fideicommiſſis art.14.num.49.& artic. 52. num.2.*

Ad num.36.Quod hæres non poſſit impugnare alienationem factam per defunctum, vide late per *Pereg.in d.tract. dè fideicommiſſis ar. 33. per totum, & Conſil. Paſcalem in tract.de Vir.pat.poteſt.par.1.cap.2 num.43.cum ſeq.*

Ad num.37 Quod filius etiam in legitima hæres teneatur habere ratum factum defuncti, aduerte, quod iſte articulus eſt ſatis in iure controuerſus, de quo latè tractant DD.hinc inde adducens prædictus *Conſil.Paſcalis vbi ſup. n.53.verum iuxta opin.auth.Molin. de Hiſpan.primogen.lib.4.cap.1.nu.26.*

Ad num.38.quod etiam in maioratus hæres non poſſit reuocare alienationem factam per defunctum, vide *Molin. vbi ſupra latiſſime num.20.cum ſeq.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Litigioſa res non efficitur, & ſi actio hypothecaria ſit intentata.*

2 *Actio litigioſa efficitur taliter quod bona ſuper quibus eſt lis, vendi non poſſint durãte lite.*

3 *Actio hypothecaria, & ſi litigioſa fiat, illud operatur, quod ipſa actio durante lite cedi non poſſit, & an vendi poſſit.*

4 *Litigioſi vitium non conſideratur, cum bona venduntur ad ſolutionem dotis.*

5 *Titulus,* C. de lice. poten. qualiter procedat.



Digitized by Google

6 *Bonæ fidei ad probationem coniectum ſufficit.*

7 *Titulus,* C. de aliena. iudi. mutã. cauſ. fact. *qualiter procedat.*

## ARGVMENTVM.

**Res litigioſa, an iure legitimo efficiatur per propoſitionem actionis hypothecariæ in iudicio dilucidè examinatur.**

## CONSILIVM XXXV.

IN hac lite donni Michaelis Chacon (diuino implorato auxilio) punctus nunc ſe offerens tantum eſt, quod & ſi actio hypothecaria ſit intentata, non ex hoc
1 res litigioſa efficiatur. † vt probatur in *auth. litigio.* §. 1. & inibi, *Ang. & DD. & ſcribentes in auth. litigioſa, C. eod. tit. Bald. & cæteri DD. in l. lite pendente. co. fin. eod. Abb. & alij in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ col. 3. de cõſti. Neapol. lib. 2. rub. 41 num. 8. & 13.* quo in loco abundè litigioſi materiam diſſertat, & hoc latius fundauimus ſupra in fauorem dicti D. Michaelis *in conſ. 4.* in cauſa quæ veutilatur, *num. 25. & 26.* tamen
2 † quòd actio litigioſa efficitur, ita quòd bona ſuper quibus eſt lis vendi nequeat lite durante: quia imò optimo æſtimans
3 iure † quòd & ſi actio hypothecaria litigioſa fiat; illud quidem operatur, quod ipſa actio durante lite cedi nõ poſſit *ex tex. in l. lite pendente,* & prædictis in locis DD. *& Abb. in dicto capitulo Eccleſia ſanctæ Mariæ de conſtit.* at non tamen operatur, quod res principalis vendi non poſſit citra litigioſi vitium, & ita conſtat ex dicta *auth. de litigio.* §. 1. & §. *ad hoc,* & ita etiam intelligit *Abb. in dicto cap. Eccleſia ſancta Mariæ columna tertia poſt Specul. in titul. de appell.* §. *nouiſſimè col. penul. ver. ſ. item,* quia vitium, Pet. de Bellaper. in authentica nũc ſi hæres ad finem, *C. de litigio. Baldus in l. 2. C. eodem tit. ſuper gloſ. in verb. deducto. Fab. de Monte, de empt. & vendi. num. 33. qui inuenitur in 5. volum. tract. diuerſo. DD.* itaque iura quæ agunt de vitio litigioſi ad noſtrum negotium non pertinent, & faciunt quæ citauimus *in d. 4. conſil. num. 25 & 26.*

Præterea & dictum vitium litigioſi in
4 hoc caſu expendi non poteſt † quia dicta bona ad dotis ſolutionem vendita fuerũt *ex te. in l. fin. C. de litigio. quam & Angel. ad hoc appendit in d. Authentic. de litigio. colum.* 4. etiam pro dote reſtituenda illam intelligens.

5 Nec obſiſtit dicto Michaeli † titulus, *C. ne lice. potentio.*

Tum, quia & plerique tenuerunt, dictũ titulum in reo non obtinere, vt per *gloſ. in l. 1. ff. de alie. iud. mutan. cau. fact.* cum ſuis concordantiis. Et ſi alii contrariæ ſententiæ adſtipulentur.

Tum etiam, quia ille titulus tantum tractat de potentiori ratione officii, vt ex eodem titulo conſtat, & traditur *in l. 1. C. eodem titul. de alie. iud. mu. cau. fa.*

Tum & denique, quia ille titulus non habet locum, cum alienatio fit bona fide *ex l. ſtipendia, C. de procu. & tenet Specul. in tit. de ceſſio. act. §. 1. & DD. in l. 1. C. ne lic.*
6 *poten. & inibi Iacobi. num. 14.* † ad probationem bonæ fidei in hoc caſu coniecturam ſufficere, & probatur *in l. pe. C. de euictio.* & alibi ſæpe traditur.

Proindè nec in contrarium vrget † titulus, *C. de alie. iudi. mutan. cau. fact.*

Tum, quia non obtinet, cùm dolus ceſſat, *l. 1. §. item ff. eodem tit. Cin. & DD. in d. l. ſtipendia, & ibidem Cin. ait,* in hac ſpecie bonam fidem præſumendam, & conſtat *in d. l. pe. C. de euict.* Et optime probatur *in l. quotiens, §. qui dolo ff. de probatio. cum alijs.*

Tum etiam, quia ille titulus tunc quidem procedit, quando alienatio fit cauſa mutandi iudicium, vt in *d. §. item, & illic Bartol. & alij, & Angel. in d. l. 1. C. de al. iud. mutan. cau. fact. col. fin.* quod hic ceſſat.

Tum, quia ille titulus etiam non militat aduerſus alienantem, cum iuxta cauſa *l. non ſolum, §. ſi quis autem, ff. de alie. iud. mu. cau. fact.*

Tum & denique, quia exigitur, quòd in duriorem aduerſarium fiat alienatio, vt ſat patet *in rub. & nigro. C. & ff. de alie. iud. mu. cau fact. & expendit Angel. in l. 1. C. eodem titulo.* Quibus hoc finitur conſilium, & pro dicto Michaele demum eſt pronunciatum.

Doctor *Burgen.* Marcus Salon de Pace.

ADDI.

Digitized by Google

# ADDITIO.

NVm. 1. quod actione hipothecaria intentata res non efficiatur litigioſa, & proinde vendi poſſit adde, *Pereg. in tract. de iure fiſci lib. 4. tit. 6. de litigioſis num.* 4. vbi poſt alios aſſignat rationem, quia de dominio non agitur in huiuſmodi iudicio, ſed tantũ de aduocanda poſſeſſione.

Verum prædicta concluſio limitatur in Regno Neapolitano, per Capitulum Regni conuentus, vbi ſtatuitur, quod etiam ſi de poſſeſſione agatur, & lite pendente alienatio ſequatur, Iudicium poteſt continuari cum alienante, & ſententia poſtea lata exequi cõtra emptorẽ, & ideo cũ in hipothecaria agatur de poſſeſſione aduocanda habebit locum diſpoſitio huius capituli, ita declarat *Preſ. de Franch. dec.* 464. 2. & fortius ꝓcedit hæc limitatio quando non agitur ſola hipothecaria, ſed fuit etiam petita aſſiſtentia, quia tunc cum tractetur etiam de aduocãdo dominio, abſq; dubio iudicium ceptum, cum alienante, poterit cum eo cõtinuari, & poſtea ſententia exequi cum emptore.

Ad num. 4. Quod alienatio facta ex cauſa dotis rei litigioſę valida ſit, adde *Capic. dec* 128. *nu.* 7. *ſed Regens de Ponte in conſ.* 101. *vol.* 2. tenet adhuc habere locum in huiuſmodi alienatione diſpoſitionem capituli prædicti.

Ad num. 5. 6. Quando intelligatur titulus nè liceat potentioribus, & quis dicatur potẽtior in hac materia, & quod debeat eſſe perſona, quod habeat Iuriſdictionem, & an Eccleſia, vel Clericus cenſeatur potentior, vide *Crauet. conſ.* 205. *nu.* 43. 44. *&c.*

## *SVMMARIVM.*

1 *Remedium, quod durante lite datur, ad tuendum poſſeſſorem in ſua poſſeſſione (quod interim nuncupatur) tantum illi competit, qui tempore initij litis poſſidebat.*
2 *Præſumitur pro rectitudine ſententiæ.*
3 *Remedium poſſeſſorium non competit contra habentem pro ſe iuris præſumptionem.*
4 *Remedium poſſeſſorium non datur, quando difficilime poſtea executio fieri valeret contra miſſum in poſſeſſionem.*
5 *Poſſeſſio generalis non extenditur contra tertium in particulari poſſidentem.*
6 *Teſtes in ſpecie deponentes præferuntur teſtibus in genere deponentibus.*
7 *Intentionem ſuam in genere probans, non debet obtinere in remedio poſſeſſorio.*

## ARGVMENTVM.

**Remedium poſſeſſorium, quod durante lite conceditur poſſeſſori lite pendente in ſua poſſeſſione, (quod interim nuncupatur) quibus poſſeſſoribus legitimo iure permittitur enucleatur.**

## CONSILIVM XXXVI.

Diuino poſtulato ſuffragio. In hac cauſa Comitis D. Petri ad nos trãſ-
1 miſſa. Breui dicimus † remedium, quod durante lite datur ad tuendũ poſſeſſorem in ſua poſſeſſione (quod *Interim* vulgo nuncupamus) tantum illi qui tempore initii litis poſſidebat competit, *ex text. in cap. cum veniſſent de inſtitu. & illic Innocen. Abb. & DD. & habetur in l. 1. §. 1. ff. de iti. act. qua priua. & docentes in cap. conſultationibus de offic. deleg. & conſtat in §. retinendæ inſtit. de interd. & ibidem DD. & in cap. cum Eccleſia Vulterana de elect. & inſigne, Paul. Caſtren. in conſ.* 3. in cauſa quæ vertitur coram domino *col.* 2. *nu.* 2. *per totum, lib.* 2. & plenè dominus, *Couar. qui alios citat in cap.* 17. *prat. qq. num.* 1. *colum.* 3. *& Thom. Gram. in dec.* 67. *exort. 1. num.* 7. *& ſequentibus.* Quod remedium etiam ceſſat, quia ſi aduerſario concederetur, eſſet auferre contra ius comiti noſtro poſſeſſionem

Digitized by Google

nem, quàm ſemper habuit, *C. ſi per vim, vel al. mod. & in d. c. cùm veniſſent, & in d. c. 1. vt lit. penden. & in cap. cùm per ſonã, §. quòd ſi tales de priuileg. lib. 6. cum ſimilibus.*

Proinde & dictum remedium non habet ex eo locum, quòd dictus comes habet pro ſe duas ſententias regio conſilio
2 latas. Pro quarum † rectitudine præſumendum eſt (& ſi ab eis ſecundo ſit ſupplicatum.) *ff. de inoffic. teſtam. l. ſi inſtituta, §. de inofficioſo teſtamento, & illic Paul. Caſtren. probatur in cap. in præſentia, de renunc. & illic Anto. & plenius Felin. in cap. quoniam contra colum. 10. de proba.* & alibi ſæpe, ſed dictum remedium non quidem concedendum
3 eſt † aduerſus habentem pro ſe iuris præſumptionem, ex notatis in *cap. ad decimas de reſtit. ſpol. lib. 6. & in d. cap. cùm dilectus de cauſ. poſſ. & proprie. & notabiliter Ioan. Fab. in d. §. retinendæ col. 10. verſ. item nota, quod agens,* & faciunt, quæ tradit *Couar. in d. c. 17. prat. qq. n. 6.*

Sanè, & dictũ remedium locum non habet, quia ſi dictum concederetur interim, & aduerſarijs efficiendi oppida daretur locus, difficilimè poſtea executio fieri va
4 leret contra partes aduerſas † quare dictũ remedium non eſt concedendum, *ex tex. in cap. ſignificaſti de diuort. & optimè Paul. Caſt. in d. l. ſi de vi, col. pen. ff. de iudi. & ibi Iacob. de Sancto Georg. & in l. 2. C. de edict. di. Ad. toll. quem ſequitur Alex. in l. naturaliter, § nihil commune, col. 16. ff. de acquir. poſſ. & Anton. in c. ex parte, de reſt. ſpol.*

Et licet aduerſarii dicant, quòd habeãt poſſeſſionem efficiendi populos, non eſt in locis, quibus nunc eos facere prætendunt. Nec in dicti comitis terminis ab eo
5 poſſeſſis † & ob id eorum poſſeſſio extendi non valet, ad ea quæ petierunt *cap. auditis de præſcript. & ibi Imo. col. 4. tex. in l. ſi ab eo, §. fin. ff. de acquir. poſſ. Innoc. in cap. dilectus, de capel. monacho. & DD. in d. cap. cum acceſſiſſent, et illic Enric. de conſtitu. et latè Soccin. in conſ. 74. col. 3 lib. 1. optimus tex. in cap. cum contingat de decim. & in c. cum in tua eod. tit. notatur in l. 1. §. ſi quis hoc interdicto, ff. de iti. act. qua priua & faciunt notata per Bald. in rub. ff. de contrahẽ. empt. q. 22.*

Quid plura, & dicti comitis teſtes ſuper dicta poſſeſſione in ſpecie deponunt:
6 at aduerſariorum in genere † & ob id teſtes comitis ſunt præferendi *ex tex. in cap. generi per ſpeciem, de regu. iur. lib. 6.* & expreſſe optimèq; *Ioan. Imol. in d. c. auditis, col. fin. & Aret. in c. licet cauſam, col. 5. de probat. & illic Barba. col. 16 Aret. etiam in cap. ex tenore de teſtib. & Dec. in conſ. 448. vis tota num. 37. & idem Dec. in conſ. 302. & pro tenui, num. 18 & ob id Paul. Caſt. in conſ. 113.* in cauſa quæ vertitur inter cõmunitatem *Lrazani nume. & ſequent. lib.*
7 2. ait † quod in dicto remedio dicti interim (cui aſſimilatur remedium vti poſſidetis, obtinere non poteſt, qui ſuam intentionem in genere probauerit, cui rei conducit *tex. in l. ob carnem, §. fin. ff. de teſtibus, & in cap. non eſt veriſimile de præſumptio. cum ſimilibus*

Ex his igitur conſtat, dictum remediũ locum non habere.

Doctor Burgen. Marcus Salon de Pace.

# ADDITIO.

NVm. 1. Quod remedium poſſeſſorium ad finem manutenendi poſſeſſorem in poſſeſſione pendente lite competat, tantum illi, qui tempore litis motæ poſſidebat, adde *Reg. de Ponte dec 40. num. 37.* vbi latiſſimè poſt alios DD. per eum allegatos tractat materiam huius poſſeſſorij ſummariſſimi.

Ad num. 2. Quod præſumatur pro ſententia addo *Crauett. conſ. 202. num. 8.* vbi plura iura, & DD. ad hoc adducit amplians procedere etiam in laudo, *Reg. Valenzuel. conſ. 68. num. 16.*

Ad num. 3. quod remedium prædictum poſſeſſorium non concedatur ei, qui contra ſe habet Iuris præſumptionem adde *Menoch. de poſſeſſ. retin. remed. vltimo num. 21. 24.* vbi poſt alios diſtinguit an præſumptio ſit leuis, vel vehemens; Et ꝙ prohibitio generalis in remedio poſſeſſorio interim non ſufficiat, addo idem eſſe in remedio recuperandæ, prout probat *Menoch. de recuper. remedio 1. num. 358.*

Ad num. 4. Quod non conceditur poſſeſſo-



Digitized by Google

ſorium,quando tr actatur de oppido, vel alia rè cuius eſſet difficilis reſtitutio,adde hoc procedere,etiam quando tractaretur de ſpolio, nam aduerſus ſpoliatum poſſet, tunc etiam opponi exceptio dominij, vti poſt alios declarat *Anton.Gabr.com.concl. lib.* 5. *tit.de reſtitut, ſpoliat.concluſ.* 1.*nu.*134. *cum ſeq.*

Ad num.5.quod poſſeſſio generalis nō extendatur contra tertium particulariter poſſidentem, alias verò ſufficeret in vna rè,vel actu capere poſſeſs. adde *Iacobum Antonium de Mauro,latè hoc declarantem in alleg.* 27. *num.* 5. *& ſeq. & alleg.* 55.*num.*4.etiam ratione loci, vide eundem *alleg.*36.*num.*3.

Ad num.6.videas *Reg.Valenzuel.conſ.*8. *num.*17.

# SVMMARIVM.

1 *Retractus,quando locum habeat.*

2 *Dolus,& fraus coniecturis probari poteſt.*

3 *Fraus,& dolus probantur, cum contractus clam fit.*

4 *Cautela nimia dolum, fraudemque probat.*

5 *Veriſimilitudo conſideranda eſt.*

6 *Dolus & fraus conſtant,quando contractus fit loco non conſueto.*

7 *Contractus venditionis fraudulentus præſumitur ex loci qualitate, & quia fit coram perſonis certis,& ſuſpectis.*

8 *Ignoranti non currit tempus ad retrahendum, & ſequentibus maximè numer.* 11. *&* 14.

9 *Fraus,& dolus adhibitus,in contractu probatur ſolo dicto,& depoſitione venditoris, deponentis de ipſa fraude,& dolo,*

10 *Impedito agere non currit tempus.*

12 *Tempus decurſum propter factum aduerſarij non nocet,& plenius nu.*15.

13 *Ad retrahendum non ſufficit habere notitiam venditionis , ſed requiritur habere ſcientiam pretij,& clauſularum ſcripturę venditionis.*

15 *Intellectus,*l.7.tit.7.lib.5.ordi.quæ habetur lib.5.nouæ recopil.tit.11.l.8. *Et inibi late quando tempus nouem dierum ad retrahendum aſſignatum non currat abſenti,ſeu ignoranti.*

16 *Fraus,& dolus conſtat, quando quis non vult parere iudicis præcepto.*

17 *Iudex propter dolum, & factum aduerſarij iubere poteſt,quod terminus legalis non currat.*

18 *Vendens aliquam rem ſi eam non poſſidet, eius poſſeſſionem tradere non poteſt.*

19 *Tempus ad retrahendum aſſignatum, currit à tempore traditionis, non verò à tempore venditionis.*

20 *Intellectus,* cap.13.titul. 10 lib.3.fori legum.

## ARGVMENTVM.

Retractus,an competat conſanguineo pro re uendita,quæ fuerat ſuorum anteceſſorum,& quid ſi pretium non fuerit ſolutum infra nouem dies, iuxta edictum forte ad clandeſtinitatem actus celebrati diſſeritur copioſè.

## CONSILIVM XXXVII.

Diuini nominis auxilio poſtulato.In præſenti cauſa, quæ verſatur inter Andr. Calderon,& D.Philippam de Morales eius vxorem aduerſus Ioannam de Morales.Breui iure fulciemus,retractum bonorum à dictis Andrea,& Philippa petitum locum habere.

Nam quidem dicto Ioanni Morales, Franciſcus Morales dictæ Philippæ frater prædicta vendidit bona, quæ vt conſtat
1 ex ſerie proceſſus † fuerunt Antonij de Morales patris dictæ D.Philippæ, ſuique aui, pretiumque venditionis fuit conſignatum, ex pluribus à nobis traditis ſupra in *conſ.*30.*per totum.*

Nec dicere oberit,dictum pretium infra nouem dies,prout legibus regijs exigitur,non fuit conſignatum.Siquidem dicta venditio clam & fraude, doloque cōfecta eſt,ut dicta Philippa dicta bona non
2 extraheret † de quo dolo, fraudeque etiā coniecturis probari poteſt, *C.de dol.l. dolum*

lum cap. 2. de renuncia. lib. 6. cum ſimilib.
3 Quin ex quo clã f ĉta eſt † ipſa fraus, doluſque comperiuntur, *l. ſi qui, C. de adulte. l. cum ipſe de contr. empt. gloſ. & inibi Bart. in l. forma, C. de interd. matri. & probatur in l. ab Anaſtaſio verb. non occulte, C. mand.* cum aliis quorum meminit *Andr. Tiraq. in tract. de vtroq. retractu in præfatio. nu. 3.*
4 *æqualiter, & nimia cautela* † dolum, fraudemque probat, vt traditur *l. ſi quis ſub conditione ff. de condi. inſti. Bald. in l. etiam col. 2. C. de execu. rei iudi.* & alibi ſæpe. Ad quid enim uenditor, emptorquæ ad aliud oppidum ſe tranſtulerunt, ut inibi uenditio conficeretur, & in loco occultiſſimo, niſi ut dictam uenditionem occultarent;
5 & ita uerisimile eſt † quæ uerisimilitudo, & hiſce in rebus conſideranda eſt, *c. quia verisimile de præſumpt.* Quin ex quo in loco inſueto cõfecta fuit uẽditio, & in agro, nonquè in oppido, vt magis ipſa vẽditio
6 tecta eſſet † ipſa conſtat fraus, doluſque elucet, *C. de curſu publi. l. ſi quis, & ibidem Bartol. & in l. 2. C. eodem titul.* cùm alijs quorum, *Rip. meminit in tract. peſtis, parua impreſsione cha. 94. q. 7. nu. 311. & ſequentib.* quibus & alludit † quia ex loci quali-
7 tate contractus fraudulentus pateſcit, *cap. quia propter, §. fi. de elect. & quæ Bartol. notat in l. non intelligitur, § ta ita ff. de iur. fiſci*, & etiam ex eo, quòd coram certis perſonis ipſa venditio facta eſt, *ff. de rit. nupt. l. fi. Bar. in l. 2. C. de his quæ ex publi. ratioci. lib. 10.* cum alijs adductis, *per Io. Lup. in ſuo conſ. in materia hæreſis in* §. 10. per totũ, *Hipol. in rub. ff. ad l. Cor. de ſica. nu. 4. cum plurib. ſeq. & late Tiraq. in materia noſtra retractus, in tract. de vtroq. retractu tit. de retract. conuentio. in præfatione nu. 12. cum ſeq.*

Cum igitur vendentis dolus conſtet. Item & emptoris qui vt eſt probatum, in dicto dolo, fraudeque etiã particeps fuit, eorumquæ fraude, & praua ſolertia tempus nouem dierum à venditionis die fuerit elapſum dictis Andrea Calderon, eiuſq. vxore inſcius, eis dictorũ tẽpus decurrere
8 nequiuit † ſiquidem ignoranti non currat tempus, *l. cùm ſex menſes, ff. edil. edict. & illic, glo. & in l. ſciendum, § tempus, ff. eod. tit. & tex. in l. 2. §. fin. C. de annal. except. cũ ſimilib. à Tiraq. abundè citatis in d. eius tract. de vtroq. retract. tit. de retra. lignag. §. 35. nu.*
9 *1. & 2. & pleriſq ſeq.* † quem dolum fraudemque venditoris ſolo dicto probari iuris eſt: & ita prædicti venditoris aſſertioni dicentis in agro propter ipſam fraudem, & dolum venditionem factam, ſtandum videtur, vt expreſſe tenet *Alex. in conſ. 197 col. 2. ver. nec obſtat, lib. 7. & Matth. de Affl. in tract. de iure protomi. in verb. niſi quis verſic. ſed quid & probatur in l. quæro, §. ff. de edil. edi. cum aliis.*

10 Proinde; & his accedat † quia impedito agere minime currit tempus, *d. l. 1. in fi. C. de annal. excep. & in l. 1. C. de bon. mater. & illic, DD. l. in rebus, C. de iur dot.* erant enim dicti *A*ndreas, & Philippa impediti agere, nec poterant pretium certum conſignare ex venditoris, emptoriſque dolo, nec ſciebant prætij quantitatem.

Cæterum, & in noſtris proprijs termi-
11 nis † quòd tempus retractus impedito minimè currat, tenet *Matth. de Afflict. in d. tract. prothomi. in verb. vt intra 30. dies, & vide quæ infra dicemus in hoc conſilio nu. 14*

Quæ omnia maxime ex eo obtinent, quòd ipſum tempus ob aduerſarij factum eſt tranſcurſum impedimentum, quæ ex ipſius aduerſarij facto prouenerit: & quia ipſe à proprio oppido ſubterfugit cũ uen-
12 ditore † cùm in hoc caſu tempus ipſum non poſſe currere, iuris eſſe exiſtimandũ eſt *ex tex. in l. intra vtile, & ibi Bald. ff. de mino. & in l. petenda, C. de tempo. in int. reſt. cum alijs citatis à Tiraq. in d. tract. de vtroq. retractu tit. de retract. lignag. §. 12. gl. 2. n. 1.*

Nec ſufficeret, dictum Andream eiuſq. uxorem, & ſi dictam ſcirent uenditionẽ
13 † niſi eius clauſulas, pretiumquæ nota ſibi eſſent *ex tex in l. in totum, ff. de reg. iur. & ita tenet Andr. Tiraq. in d. tract. de vtroq. retract. tit. de retract. lignag. §. 36. nu. 31. 32. & ſequentib.* nam ut quis alicuius rei ſciẽtiã habere conſtet nõ tantũ illius rei, ſed eius qualitates, & circũſtãtias noſſe oportet, *gl. in c. concernentibus, de appel lib. 6.*

Verum, quòd ignoranti uenditionem
14 † dictum tempus non currat tenet *Montalu. in l. 13. tit. 10. li. 3. for. legũ. in verb. Nueue dias, & Dec. in conſ. 88. co. 1. & probatur in cap. Titius, in tit. ſi de feud. fue. contr. int. domi. & agna. & inibi Alber. & DD. & etiam conſtat in c. venerabilis, de iudic. & Chaſſan. in conſue. Burg. rub. 10. § 5, in prin. fol. 338. col. 4. nu. 4. & ſequen. et ſi Montalu. reprehendat Pal. Rub. in l. 70. Taur. nu. 34.*
15 Cui rei non refragantur regiæ leges † & præcipuum, *l. 7. tit. 7. ordina. lib. 5.* (quæ habetur *lib. 5. recop. tit. 11. l. 8.*) quæ ſancit, quòd tempus dictorum nouem dierum ad rem à coniuncto retrahendam abſenti currat. Quandoquidẽ hic à iudice hoc tempus ex cauſa ſuſpenſum eſt, quod fieri potuit, vt ſtatim dicemus. Ruſus, & ſi dicta lex, ſeu alia regni diſponeret, dictũ tempus aduerſus ignorantem decurrere



Digitized by Google

(ut inficiamur)in hoc tamen caſu nō procederet,in quo ignorantia, & uenditoris, emptoriſque facto dolo, & fraude ſuboritur,ex iuribus ſupra citatis, & *ex tex. in l.cùm proponas,C. de nauti.feno.l. cum tutoribus.§ cum per fallatiam,ff. de tranſact.* cū aliis de quibus *Tiraq.in d. tract. de vtroq. retract. titul.de retract.lignag.§. 35. gloſ. 4. num.29.30.& 31.* quo in loco priuatim hanc dirimit rem, & inſigne, *Arna.Ferr. in conſuetudi.Burdiga.tit.de retractu, §. 5.* ubi tenet, quòd conſanguinei ignorātia emptoris, uenditoriſuè fraude, aut dolo proueniens,facit quòd tempus retractus ipſi conſanguineo minimè pertranſeat, & *Tiraq* hoc etiam tenet,& ſi conſuetudine cautum ſit, tempus retractus abſenti ſeu ignorant currere, ut palam ex eius uerbis apparet in *eod.tract.tit. de retractu lignag,§.35.gloſ.3.& 4.in princip. in quo loco num.1.*fatetur conſuetudine (ibidem ab eo explicata)decretum eſſe,ignorantibus,& abſentibus tempus retractus currere.& inibi prædictam temperat conſuetudinem,niſi ex facto aduerſarij ipſa enaſcatur iguorātia,quod etiā tenet,*Car.Molin.in conſuet.Pariſ.tit.1.§.5.gloſ.12.num.6.* quo in loco conſuetudinem(de qua inibi agit,ſancientem tempus retractus ignorāti percurrere) locum non habere dicit ſi opera,ſeu uenditoris ſolertia ad conſanguinei notitiam uenditio peruenire non ualuit:quia tunc tempus ipſum illi currere(firmat)non aſſerendum.

Cæterum ex alio dicti nouem dies minimè decurſi fuerunt,cum infra eoſdem nouem dies dictus Andreas,eiuſque uxor Philippa coram fori dictorum uenditoris & emptoris iudice maiori comparuerūt, ab eoque petierunt,quòd uenditori præciperet,quod illius uenditionem oſtenderet ut ſecundum in ea contenta bona uēdita retrahere poſſent,ut uolebant, quod ſic factum eſt à iudice,eiuſq.præcepto pa-

16 rere ipſe uenditor noluit † ex quo & dolus ipſe,frauſq. conſtat, ut probatur *in l.ſi procurator,§.dolo ff. mand.& ex gl.& DD. in d.l.dolum,C.de dolo, & ob id*, dictæ regiæ leges nullo modo ad hoc pertinent negotium, ut iā dicta manifeſtè inſinuāt.

17 quod & conſtat † quia iudex ex cauſa dictæ fraudis, & doli pronunciare iure ualuit ne dicti noue dies currerent *ex tex. in c.paſtoralis,de except.& in l.infamari,C. de inge.& manu.Bar.in l.2.ff.de re iud.* & *inibi Alex.poſt gloſ.in §.ſancimus in auth.de exhibend. reis colla.5.& Anto. in c. præterea de dilatio cum aliis*, & eo præcipuum propter aduerſarij dolum,*ex tex.in d.l. petenda, C. de tempo.in integ.reſt.& in d.l. intra vtile, cum gl.ff.de mino.ib.* ne aduerſarius ex ſuo dolo cōmodū conſequatur aduerſus. *l. in fundo,ff.de rei vend.cum ſuis ſimilib.*

Itaque ſat conſtat dictum tempus dictis Andreæ,& Philippæ uſq. ad eorum ſcientiam minimè decuriſſe:

Sane,& animaduertendū, eſt, quod dictus

18 uenditor cū dictā fecit uenditionē † non poſſidebat dicta bona:nec ob id eorū poſſeſſionē tradere potuit.*ff de acq.rer.dom.l. traditio,& ſimilib.*Vnde ſit dictū tempus, etiā non fuiſſe translatū: cū id non quidē

19 à venditionis tēpore, ſed traditionis poſſeſſionis rei venditæ currat,vt ſat conſta-

20 re videtur,*ex d.l.13.tit.10.lib 3.fori legū* † quæ debet intelligi de uenditione cū effectu confecta,*ex tex.in l.gl.enatū,ff.de verb. ſign. & faciunt, quæ Collecta tradit in c.conſtitutus de integ.reſt.& Dec.in conſ.647.* ita expreſſe tenet *Vinc.Arias* (qui regium expoſuit forum) *in eadem l.13.tit.l.10.lib.3. fori legum.*

Ex his igitur cōſtat de dictorū Andreæ, & Philippæ iure,& hactenus dixiſſe ſufficiat.

*Doctor Burgen. Marcus Salon de Pace.*

## A D D I T I O.

NVm.2.quod dolus,& fraus cōiecturis probetur,adde *Boe.dec.101.n.4.et n.6.*vbi quod omnia alia, quæ directo probari non poſſunt per coniecturas probantur, & in quibus caſibus fraus præſumatur, vide *Cara.uo.ritu M.C.* 228.*n.*22. vbi enumerat 34. caſus, & quod ad probandū dolū,ſiue fraudē ſufficiant duæ cōiecturæ,vide *Craue.conſ.* 143.*n* 12.*& cōſ.*156.*n.*7,*& cōſ.*158.*n.*18.*Dec.conſ.659.nu.3.in fin.*

Nu.3.quod cōtractus,qui fit clā præſumitur in fraudē factus,vbi hic author allegat *Tiraq de vtroq retract.in præfatio.n.3.*aduerte,quod eſt in titulo de retractu cōuētionali in præfatione *n.*13.

Nu.4.quod abundās,& nimia cautela ſimiliter arguat fraudē adde,quod hoc latè probat idem *Tiraq.in eadem præfatione num.17.cum ſeq.*

Nu.16.*Reg.Valeuz.conſ.19.nu.46.*

Nu.18.19.20.quod tēpus conceſſū ad retrahendū non incipiat currere niſi à die traditionis aduerte,quod hoc fundat

dat

Digitized by Google

dat author, præcipuè vigore *tex. l. 13. tit. 10. lib. 3.* fori legũ, nã alias de iure regulariter intelligeretur currere à die venditionis, prout poſt alios latè probat in ſpecie huius retractus *Tiraq. in tract. de vtroq. retract. p. 1. §. 1. glo. 10. nu. 112. cum pluribus ſequentibus.*

## SVMMARIVM.

1 *PRincipis aſſertioni ſtandum eſt.*
2 *Exemplũ priuilegij quando faciat fidẽ.*
3 *Prothocollum tabellionis nõ exigit ſignum, nec ſubſcriptionem.*
4 *In breuiatura ſignum non habens, efficax eſt, vt ex ea inſtrumentum ſumi poſſit.*
5 *Filio ſi aliquid conceditur per priuilegium Regis, eius patri non acquiritur, & num. 6. quod idem erit, etiam ſi contemplatione patris filio fiat regia donatio.*
7 *Prodigus teſtari non poteſt: etſi ei non ſit interdicta adminiſtratio ſuorum bonorum.*
8 *Vſufructuarius non poteſt legare rem, in qua habet vſumfructum.*
9 *Iudici aſſerenti, aliquem fuiſſe citatum, credendum eſt.*
10 *Adminiſtratio bonorum ſi alicui ſit interdicta tanquam vero prodigo, valet, & tenet: & ſi vere prodigus non ſit.*
11 *Vſufructus reſeruatio tráſfert poſſeſſionem in aduerſarium.*
12 *Pater poteſt filijs ſuis legitimam in certis bonis aſſignare.*
13 *Filius præſumitur bona patris poſſidere titulo vtiliori.*
14 *Hæres filius quando poſſit facto patris aduerſari.*
15 *Hæres filius poteſt agere de inofficioſa donatione alteri filio facta.*
16 *Infanti quæritur plenum ius ex priuilegio Principis.*
17 *Infans conſentire videtur in his, quæ in eius fauorem geruntur.*
18 *Filius ſemper cenſetur eſſe præſens, vbi pater eſt præſens.*
19 *Princeps infanti concedendo priuilegium, defectum ſui conſenſus ſupplere videtur.*
20 *Minoribus plenius ſubuenitur, quàm alijs.*
21 *Actus qui non valeret reſpectu aliorum, firmus eſt fauore minoris.*
22 *Pater donans filio naſcituro ex tali matrimonio, licet nullus ſtipulatus ſit pro filio nondum nato, valet, & tenet talis donatio & num. 23.*
24 *Infantis ratificatio ſufficit, vt actus valeat, ex ipſius conſenſus defectu non firmus.*
25 *Infantis ratificatio tacita ſufficit.*
26 *Approbare quis videtur inſtrumentum petendo eius executionem.*

## ARGVMENTVM.

Redditus annui empti per filios cum reſeruatione vſusfructus patri eorum debito, an ſi fuerint relicti vni eorum à patre vti prodigo poſſit præiudicari iuribus alterius, ex multis probatur, in eius fauorem eſſe pronuntiandum.

## CONSILIVM XXXVIII.

DEi Optimi Maximi fauore poſtulato, eiuſque Glorioſiſſimæ Matris. Fauore domini Didaci de Fonſeca aduerſus eius fratrem D. Antonium, fulciemus in his quæ prætendit minimè læſum eſſe.

Si quidem dupondiorum redditus de quibus in hac lite agitur à dicto Didaco, & D. Ludouico eius fratre empti fuerunt, & ſi eorum vſufructus D. Franciſco eorum patri, vtpotè rerum aduentitiorum fuit reſeruatus, *ex toto tit. C. de bon. quæ libe.* & cum Reges eorum priuilegio aſſeruerint, dictos redditus amborum eſſe, ab eiſ-
1 què emptos † eius aſſertioni ſtandum eſt, *clement. 1. de probat. cap. cum nobis de teſtibus, & vtrobique Doctores, & in cap. fin. de ſucceſſ. ab inteſta. & in cap. poſt ceſſionem de probat. Bald. & alij in l. ex his verbis, C. de teſtam. milit. text. in cap. 1. de ſciſmat. lib. 6. & in cap. ad Apoſtolicæ de re iud. eodem lib. & in clement. Paſtoralis eodem titul. & in l. 32. tit. 16. part. 3.*

Nec dici poteſt, dictum priuilegium eſſe exemplum, & ob id fidem non facere
2 † cùm ex libris Regijs citata parte fuerit traductum, & ita fidem facit, *ex traditis in authentica ſi quis in aliquo, C. de eden. et ibi latè recentiores, & in authent. de tabellio. §. pen. collat. 5. Doct. in l. contractus, C. de fid. inſtrument. & 3. part. tit. 18. l. 55. & alibi ſæpe.*

Nec prædicti libri regales ſubſcriptionem, nec aliam ſolemnitatem quàm apparentem conſueſcunt habere: nec tẽpore quo ipſa prothocolla edita fuerũt ſignum, nec aliam habebant ſubſcriptio-
3 nem † nec tunc ſignum, nec ſubſcriptio exigebantur, vt tenet *Ioan. Andr. in tit. de inſtru. edit. §. breuiter prope finem, & Card.*
4 *in cap. cùm P. tabellio. de fid. inſtrum. & ibidem*

Digitized by Google

dem *Felin.num.5.Doct.in l.fideicommiſſa,§.*
*1.ff.de leg.3.cum alijs quorũ meminit Deci.*
*in conſ.447.in donatione, num.8. & Card.*
*Paul.Pariſ.in conſ.28.col.fin.lib.2.*& abun-
dè *Roland.à Valle in conſ.44. præſens num.*
40. *& ſequentibus lib.* 1. & ſi plures alij
contrarium teneant, *vt ſupra diximus in*
4 *conſ.14.in præſenti cauſa,num.6* Et † quan
do inbreuiatura ſignum non habet, effi-
cax quidem eſt,vt ex ea inſtrumentum
ſumi poſſit à tabellione, cui rogationes
ſunt commiſſæ,vt conſtat, *ex Cino in d.l.*
*contractus,cum alijs quorum meminit Ale-*
*xand. in conſil.* 14. *colum. 2. lib. 6. & nos*
*ſupra in dict.conſ.14.numer.7.* Et ex quo
dicti annui redditus dicto priuilegio præ
dictis Didaco,& Ludouico conceduntur
5 † dicto eius patri denegati cenſentur, *vt*
*in l.maritus,C.de procurat. l.ſi vero,§,de vi-*
*ro ff.ſolut.matr. eſt* optimus *text. in l.fin.§.*
*ſi ita ſtipulatus fuero ff de iud.& inibi Paul.*
*Caſtren.& text.in l.ſi vnus,§.ante omnia,ff.*
*de pact.l.ſi quis ita,ff.de teſtam.tute.& Are-*
*tin.in l.Gallus.§. & quid ſi tantum col.4. ff.*
*de libe. & poſthu.* Imo etiam ſi prædictis
filijs dicti ſui patris contemplatione à re-
gibus noſtris dictum priuilegium fuiſſet
6 conceſſum, adhuc dicendum eſt † quòd
patri bona illa non acquiruntur nec in
proprietate,nec etiã in vſufructu:ſed ple-
no iure fiunt dictorum filiorum, quibus
priuilegiũ conceſſum fuit,*ex tex.in l.cùm*
*multa. C.de bon.mater. & in l.6.tit.17.p.4.*
ita in noſtris proprijs terminis tenet ſin-
gulariter *Aretin.in l ſed ſi plures,§.in arro-*
*gato,col.2.ff.de vulg.& pupil.ſubſti.* cuius
doctrina celebris, atque valdè ſingularis
eſt, & eam per plura fundamenta refert,
& ſequitur *Anton.Gomet.in l.48.Taur.nu.*
4. etſi in effectu in hoc contrarium vi-
deatur tenerè *Pala.Rub.in repetitione rub.*
*de donat.int.vir.& vxor. § 45. num.19.* &
pluries cõſului ſecundum prædictã aureã
doctrinam *Aret. in d. §. in arrogato col.2.*

Verum cùm prædictorum pater prodi-
7 gus fuit,& notiſſimus † etſi illi interdicta
adminiſtratio minimè fuiſſet, teſtari ne-
quiuit (etſi dictorum redituum dominus
eſſet,vt non fuit) vt probatur *in §. furioſi*
*inſtitut.de curatoribus* & ita *inibi* tenet *Io.*
*Fab.*& eſt ad idem optimus, *text. in l.13.*
*verſ.Otroſi el que fueſſe.Et ibi Gregor. Lup.*
*tit.1.part.6.& eſt gloſ.in l.is cui, ff.de teſta.*
& hæc ſententia probabilior eſt, ac cre-
brior,vt teſtantur, *Alexand.& Moder.com-*
*plura citantes in d.l.is cui bonis, & tradit*
*Anton.Gomez in l.3.Tauri, num.14.* Præ-
ter hoc, quòd vt prodigo dicto eorum
patri curator fuit conſtitutus. Verùm, &
cùm tantùm dictorum reddituum prædi-
8 ctus Franciſcus fuerit vſufructuarius †
compertiſſimum eſt eos minimè dicto
Ludouico potuiſſe integrè legare, cum
eius morte fuerit finitus prædictus vſu-
fructus dictorum bonorum,*§.item finitur,*
*inſtit.de vſuf. uct.ff.de iu.doti.l.ſi vſufructus*
*authent.ingreſſi, C.de Sacroſanct.Eccleſ.* in
verbis *tex.ibi,Vtpote nec domini rerum.* Et
ibidem abunde *Dec.ccl.3.*

Nec dicere oberit, dictum curatorem
illi decretum abſque citatione dicti Fran-
9 ciſci prædictorum patri † ſi quidem in
actis dicta citatio enarretur, quibus actis
etiam minorum iudicium in his eſt qui-
dem credendum,vt traditur,*in cap. Alber.*
*de teſtibus, & in cap. quoniam contra de*
*probat. gloſ.in l.1.C. de fide.inſtrum. & iu.*
*haſt.fiſca.lib.10.& in §.ſed quia. inſtitut. de*
*fideicomm. hæred.text. in l.optimam, C.de*
*contra.& comm. ſtipu. cum alijs quorum*
*memores ſunt Moder. in l.ſciendum, ff. de*
*verb.oblig.& Aym.Crauett.de antiqu.temp.*
*2.p.nu.8.& 16.*

Verum nec iſtis obſiſtit, quod dictus
Franciſcus ſapiens erat,& non prodigus:
ſi quidem,& ſi ita eſſet,cùm ſibi fuerit ad
miniſtratio interdicta,talis interdictio va
10 let † & ſi ipſe prodigus verè non eſſet,
*gloſ.in l.ſi ab eo,§ fin.ff.de vſu Bart.in d.l.is*
*cui bonis,cum alijs quorum recentiores inibi*
*memores ſunt nouiores etiam in l.ſi probaue-*
*ris,C.de fideicommiſſ.*

Sane,& ſi dicti Franciſci dicti redditus
fuerant (vt inficiamur) cum tamen ipſe
conſenſit,quòd dictis Didaco,& Ludoui-
co emerentur, & priuilegium eorumca-
pitibus fieret,ſatis exiſtimandum videtur
quòd ipſe Franciſcus ipſam melioriam
mutare non poterat, & dicto Ludouico
11 tantum ipſos redditus aſſignare† nam ex
vſufructus reſeruatione prædicta, eos in
ipſorum reddituum poſſeſſione poſuiſſe
conſtat,*C.de donat.l.quiſquis,& 3.part.tit.*
*9.l.30.*& ob id abrogari ab eo non potuit
*l.17.Taur.(quæ habetur lib.5. recop.l.tit.6.*
12 *l.1.)* † potuit enim ipſe Franciſcus eius
in vita dictos redditus prædictis ſuis filijs
pro legitima conſignare,*l.ſi non mortis in*
*principio, ff. de inoffic. teſtament. & illic*
*Ang.& Bald.in l.cùm oportet,C.de bon.quæ*
*libe.cum alijs de quibus recentiores in auth.*
*nouiſſima,C.de inoffic.teſtam.& in l.frater à*
*fratre,ff.de condit.indebit. & alibi ſæpe tra-*
*ditur.*

Quibus nec refragatur aſſerere, quod
dictus Didac. dicti eius patris hæres fuit:
& quòd

& quòd ob id minimè potuit paterno teſtamento (quo dicti redditus prædicto Ludouico condonantur) non ſtare.

Tum, quia eius adijſſe hæreditatem nõ
13 conſtat, etſi aliqua patris bona recepit † id ex tit. vtiliori geſtum eſt, *ex text. in l. 1. & 2. ff. de ſolut. & in l. 10. tit. 14. part. 5. notat. Bart. in l. gerit. col. 6. ff. de acquir. hæred. & Alex. in l. 2. col. C. quod met. cau.* & eſt communis opinio *teſte Socin. in l. 3. §. ex pluribus, in 1. lectura, num. 9. ff. de acquiren. poſſeſſio.*

Tum etiam, quia, etſi eius fuiſſet hæres
14 † poterat geſtis paternis aduerſari, ſi quidem eius bona dicto Ludouico dederit, *ex l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. teſt. cum alijs quæ ibidem Suarez congerit in 6. ampliat.* Verum, & ſi hæres filius patris ſit
15 † de inofficioſa donatione alteri fratri confecta agere valet, *l. 1. §. pen. ff. ſi quid in fraud. patron. l. 29. Tau i. (quæ habetur lib. 5 recopil. tit. 8. l. 3.) gloſſ. in l. ſi patronus, §. patronum, ff. ſi quid in fraud. patron. Suar. in d. loco. 7. extenſione col. 17. poſt Iaſo. in conſ. 168. in cauſa, & lite, col. fin. num. 18. verſ. 3. reſpondetur lib. 4. & Dec. in conſ. 185. col. 4. & late Didac. de Segur. in repet. l. cohæredi. §. cùm filia, ff. de vulg. & pupill. ſubſti. char. 11. col. 3. & 4. & Pau. Rub. in repet. cap. per veſtras, §. 22. num. 6. & ſequentibus de dona. inter. vir. & vxor. & in l. 17. Tauri. nu. 44.*

Cæterum, nec ſuperioribus repugnat, quod cum dicti redditus empti fuerunt, prædicti Ludouicus, & Didacus infantes erant, & ita non potuerunt dictam conficere emptionem, nec eorum quærere
16 poſſeſſionem † quia cùm dictum principis fuerint priuilegium, ex eo ipſis dictorum redditũm ius fuit ipſo iure translatum, *cap. ad audientiam, & illic Bald. de præſcript. idem Bald. in prælud. feudorum, col. 9. & in cap. 1. quid ſit inueſt. Ang. in l. officium, ff. de rei vendi. cum alijs de quibus Modern. in l. quotiens, C. de rei vendicat. & Deci. in conſ. 689. viſo puncto, num. 19. cum ſequentibus,* & ob id, & infantibus prædictis ius eſſe translatum exiſtimandum videtur; cùm nullo exiſtente actu, ſed ipſo iure iuris contingat translatio. Verùm cùm dictorum Ludouici, & Didaci fauore dictum priuilegium ſit conceſſum, conſentientes ſunt reputandi; & ſi tunc infantes fuiſſent *ex text. commodo in l. iubemus, C. de emancip. lib ro. & inibi Bart. &*
17 *Bald. & docentes* tenent † infantem in his quæ eius ad commodum ſpectant; conſenſum præſtari videri, quod, & traditur, *in l. infanti, C. de iu. delibe. & in capit. paruuli de conſecrat. diſtin. 4. & Doct. maxime Bart. in final. verbis in l. fin. de his qui ſunt ſui, vel alien. iu.* & traditur *in l. qui in vtero, ff. de ſtat. hom. & cum dicta l. iubemus concordat tex. in l. 16. tit. 18. part. 4.* & prædictis adde quæ *Bald.* conſuluit *in conſ. 146. tit Principis num. 8. lib. 1.* vbi hoc maximè procedere dicit, cùm agitur de fauore infantis, & ad eius vtilitatem, quia tunc ait quòd intelligitur conſentire, idem, & tenet *ipſemet Baldus in conſ 204. ſuper primo, num. 1. lib. 2.* ad quod ibi citat, *d. l. ſi infanti, C. de iu. delibe.* & quòd infantis non requiratur conſenſus *per d. l. iubemus* tenet etiam *Barbat. in conſ. 34. præclare, col. 16. verſ. nec obſtat cùm opponitur, & col. 12 verſ. modo ſi ponderetur, & col. 13. verſ. & ſi dicatur, in medio, & ante verſ. item Baldus lib. 2.* & ante eum idem tenuit, *Paul. Caſtrenſ. in conſ. 41. viſo teſtamento, num. 1. poſt principium, lib. 2. & idem conſuluit Deci. in conſ. 316. in caſu propoſito, num. 6.* & late prædicta proſequitur *Laurent. Siluan. in conſ. 4*. filius enim ſemper intelligitur ratum habere factum ſui patris, cùm de eius fauore tractatur, *ex l. 2. §. fin. ff. ſolut. matri. & in l. ſi cùm dotem, §. eo autem ff. eodem tit.* traditur *in l. Titia, ff. eodem*, & ita dicit *Baldus in conſ. 131. lib. 3.* & hinc dicit, *Cur. antiq. in conſ. 50. memoriæ recolendæ, col. 41.*
18 *ante verſ. 4. reſpondemus* vbi ait † quòd filius ſemper cenſetur eſſe præſens, vbi pater eſt præſens, & hoc iuris interpretatione, cum vox patris ſit vox filij, *ex tex. in §. ei qui. inſti. de inutil. ſtipul. & ſimilibus.* Et hinc notanter dixit *Bald. in l. impetrata, C. ſent. reſcin. non poſſe. col. 2.* quòd Prin-
19 ceps infanti beneficium conferens † eius conſenſus defectum ſupplere videtur, ita quòd ipſum beneficium nequaquam diruatur, & idem tenet *ipſe Bald. in l. ſi quis ſeruo, C. commun. de manu. idem,* & traditur per *Doct in cap. 1. per quos fiat inueſtit. & Barbat. in d. conſ. 34. col. 2. lib. 2. & Dec. in dicto conſ. 316. nu. 6.* & probatur *in l. 2. & in ſimilibus, ff. de iuriſd. omni. iud. & Bald. in d. l. ſi quis ſeruo, refert, & ſequitur And. Tiraquel. in tract. de nobilit. cap. 6. num. 27. in fin.* vbi plura refert in hoc propoſito vi-
20 denda † plenius enim ſubuenitur infantibus, minoribuſquè, quàm alijs, vt conſtat *in rub. & nigro C. quando impe. int. pup. & vidu. & in toto tit. ff. rem pup. ſaluam fore cum ſimilibus,* de quibus meminit *Andr. Tiraquel. in tract. de iure conſtituti 3. part.*
21 *limitat. 30. num. 30.* & facit † quia actus qui non valet reſpectu aliorum, & eſt inutilis de iure, ſi tamen ſit factus in fauorem pupil-

Digitized by Google

pupilli,ſeu minoris valet,& tenet,*vt in l. non ideo minus,cum ſua materia,C.de procurat.& in l.11.in fine, tit.2. part.3.* & ideo eleganter (& infortiori caſu) conſuluit, *Guid.Pap.in conſ.12.ex facti narratione,nu.5.lib.1.*quòd ſi pater donat filio naſcituro
22 † ex tali matrimonio , quòd licet nullus ſtipulatus ſit pro filio nō dū naſcituro,valet,& tenet talis donatio,ad quod dicit eſſe *text.in l.quotiens,C.de dona.quæ ſub mod.* & vltra eum ad idem eſt bonus, *text. in l. diui Conſtantini, §. pactis,C.de natura libe. ibi,Vna cum fratribus ſuis poſtea ex eiſdem parentibus progenitis. Et in l.ſi inter virum ff.de pact.dot.cum ſimilibus de quib.meminit idē Guid.Pap.in deciſ.267.per totā*,vbi per
23 plura decidit † quòd parentes poſſunt facere donationem filio ſuo naſcituro: & quòd ei acquiritur plenum ius, maximè intercedente ſcriptura publica, *ex text.in dicto §.pactis,& idem tenet ipſe Guid. Pap in deciſ.505.* vbi, & ait, ſtatim acquiri ius ipſi filio primogenito , & facit doctrina *Bald.in dict.l.ſi quis ſeruo , C. commun.de manum.*

Quid plura, & ſi ex prædictorum conſenſu deficient, dictum priuilegium ſubuerteretur, ſat eſt poſt eorum ætatem integram eoſdem redditus eos percepiſſe: vt contenta in dicto priuilegio accepta ab eis ſint,*l.indebitum, C. de condit.indebit.cum alijs quorum meminit Deci.in re-*
24 *gul.ſēper qui non probibet,ff.de regu.iur.* † & infantis ratificatio ſufficit,vt actus valeat, ex ipſius conſenſus defectu non firmus , vt conſtat *in authentica quib.mod. nat.effi ſui,§.generaliter,colla.7.*& expræſſe ita tenet *Rom.in conſ.194.in propoſita conſultatione,col.3 ex tex.in l.1.C.ſi maior fact. rat.hab.& Dec.in d.conſ.316.col.3.& Tiraquel.in d.tract.de nob lita.cap.6.num.27 & ſequen.*quibus accedat *tex.in l.llicitè,ff.de reb.eor.& Tiraquel.in d.cap.6. num.30.citat,gloſſ.in l.in adoptionibus , in gloſ.fin.ff.*
25 *de adopt.*ad hoc † ꝙ in caſu quo requiratur ratificatio infantis, quòd non tamen requiritur expræſſa: ſed ſatis eſt,cùm rem ſciuerit,illum non diſſentire , ad quod,& facit,*tex.in l.2.§.voluntate ff.ſolut.matr.*

Quin ex quo dictus Antonius expoſtulauit tranſactionis priorem ſcripturam
26 executioni mandari † ex hoc quidem ſat conſtat,eam approbaſſe : & ſi alia approbatio minimè ineſſet, *C. de condit.indebit.l.indebitum , & in l.cùm fidem, C.de non num. pecun. & in l.ad ſolutionem,C.de re iudi & in l Paulus,ff.rem rat. habe. cum alijs , de quibus meminit Deci. in regul. ſemper qui non prohibet , ff. de regul. iur. col.3.*Et ex his conſtat dictum D. Antonium ius non habere aduerſus dictum D. Didacum : & ob id non condemnandum.

Doct. Burgenſ. Marcus Salon de Pace.

# ADDITTIO.

NVm.1. *Principis aſſertioni ſtandum,* quod quomodo procedat ex Modernis præter alios adde *Camillum de Medicis conſ.10.num.41.*vbi non credi in præiuditium tertij Principis Aſſertioni dicit quando per indirectum is lederetur, cui directè præiudicari non poteſt; Et *num.40.* neque credi Principis aſſertioni,quem eſſe rebellem,*ex Dec.conſ.544.num.* 11. 14. *&* 24. *Alexand. conſ.124. conſ.124. poſt num.3.* Sed de veritate *idem Medicis d.conſ.num.* 15.16. & quando credatur Principi aſſerenti alienaſſe pro bono pacis *in conſ.118.num.25.*

Num.2.quando exemplo credatur vide *de Angelis in ſuo prato ad auth. ſi quis in aliquo C.de edendo,* vbi omnes allegauit,& omnia cumulauit *ex text. in cap.1. de fide inſtrum.* ibi de exemplo, ſeù copia ſi fidem faciat,vide *Ricc.col. deciſ.516.*& de copia reperta in actis, quæ fidem facit,omiſſo originali dixit *Mobed.deciſ.1.de fid.inſtrum.& ſecundum Rot.deciſ.diuerſ.49.part.1.& 160. part.* 3. quando originale eſt pænes tertium, ſeù partem reſtituere recuſantem, &c. tunc pariter fidem facit prout in alijs dignis caſibus *idem Ric. coll.deciſ.185.*

Num.3.circa prothocollum,vt dicit *D. Patruus* aduerte,quod requirit teſtiū, & Iudicis ad contractum deſcriptionem pro ſui validitate , vt *Gaitus de credito cap.3.tit. 1.num. 393. & num. 725.*latiſſimè, qualiter deſcribatur, &

de

de ſollemnitatibus, quas requirit protochollum *num.*796.

Nu.4.de imbreuiatura, quam fidem faciat, &c. *Maſcard. concluſ.*4.*num.*1.*de probat. & ibi* quam fidem faciat, *& concluſ.*288.*num.*5.

Num. 5. circa articulum, quem ſpuit *D.Patruus*, quando filio, aliquid conceditur per Regem, ſi eius Patri acquiratur, & quid ſi contemplatione patris fuerit donatum, latiſsimè, *D.de Ponte tract.de potaſtate Proregis tit.*10. §.1.*n.*10.*& ſeq.*& quod in dubio non præſumatur donatum filio contemplatione patris, *Aponte conſ.*148.*num.*66.*vol.*2. & videas propriè, quando eius, vel patris contemplatione cenſeatur facta donatio, *per Iudicem Camillum della Ractba conſ.*9.*num.*15.

Num.7.circa Prodigum, ſi teſtari poſsit, &c. adde priùs definitionem prodigi *per D.de Ponte in tract.tit.*10.§.1.*num.*16.qui dat danda, & non danda, & ſubſequitur poſtea definire auarum *ibi in verſ.de limitatione expenſarum*, & latiſſimè *Tuſcus ſingul.*106.*lit.A.in fine*, vbi pariter eſſe contrariam prodigalitati dicit auaritiam, & ſucceſſiuè eidem curator dandus, prout prodigo licet in praxi hoc non ſeruetur, & vide *Marcell. Cancer. tract.de tutelis tit. de curatore*, eſt verum tamen ad reſtringendam ipſam auaritiam certa remedia dari ſolere, *vt per Aff.in coſtit.quã plurimum num.* 17. vbi exempl. ponit de hoc, & *ad quaſt.D.Patrui*, ſi teſtari valeat, vel nè prodigus, vide *Clar.de teſtam. q.*33. *Ferdin.Vaſq. controuerſ. Illuſtr.lib.*1.*c.*12. *& Michael. Craſ.de ſucceſſ.§.teſtamentum q.*22. & nequè ad pias cauſas teſtari valere *Alexan.conſ.*18.*num.*6. *vol.*5. *Emanuel Suarez in Theſaur.receptarum ſenientiarum §. teſtamentum num.*18 & declar. quod teſtamentum illius, cui in iuditio datus ſit, nullum erit, *Rota in antiquis deciſ.*866.*& Borrell.in ſua ſumma de teſtam. tit.*20.3.*part.num.*55.*& ſeq.*

Num.8.ad quæſt.*D.Patrui*, ſi vſurufructuarius poſſit legare rem, in qua habet vſumfructum, adde à fortiori, an poſſit alienare, vel cedere, *Caual. de vſufructu num.*66.*& ſeq.Pinell.in l.*1.*part.*2.*num.*37.*& ſeq. Surd.de Alim. tit.*8.*priuileg.*43.*num.*6. *& ſeq. num.*6. & *tit.*9.*quaſt.*22. *num.*2. *&* 9. quid in commoditate, quam habet, *Trentacinq.conſ.*61.*vol.*1.*Ricc. deciſ.* 118. 1. *parte.*

Num.9. Iudici aſſerenti aliquem fuiſſe citatum ad credendum, induc. ad qu. quando Iudex poſſit eſſe teſtis in cauſa in qua iudicat, *per Viſcontem in concluſ.Iudex non poteſt*, & ad propoſitum credi Iudici de geſtis in ſuo officio *Anna ſingulari* 522. ſi tempus officij finitum non fuit, & ita intellige concl. *D. Authoris patruj mei*, *vt Anna ſingul.*522.*& Carraba ſingul.*184.

Et ſi Principi aſſerenti aliquid credatur præter quæ poſuimus in *num.* 1. ac eodem loco adde *D.Ponte conſ.* . . . 2.*vol.*

Num.10.de adminiſtratione bonorum, quæ prodigis interdicitur, diximus *in num.* 7. & adde Prodigis vti minoribus ſuccurri, *de Franc.deciſ.*598.& quod ſi interdictio Prodigo facta ſtatim eum reddat ad ſanos mores, vt deſinit eſſe Prodigus, pariter, & curator ipſo iure abſque Iudicis decreto recredatur *deciſ.*62.*Ricc. collect.*179. *verſ.*2.*notandum*, vbi latè de interdictione, quæ prodigis fit.

Num.11.de vſusfructus reſeruatione, & quando transferat poſſeſsionem latiſſimè *Bochi.de vſufruct.fol.*527.*nu.*67.

Num.12.quod pater poteſt Filijs in certis bonis legitimam aſsignare, quæras quid ſi legitima filijs relinquatur in pecunia, an poſſint filij petere eam in ſingulis corporibus hæreditarijs contra poſitam quæſtionem, & vide *Afflict.deciſ.*162.*nu.*3.*Burſat.conſ.*84.*num.*22.*&* 92.*num.*11.*& ſequen.lib.*1. *Magon.deciſ.Floren.*35.*num.*5.*& conſ. Paſchal.de pat.poteſtat.part.*2.*fol.*182.*num.*14.

Nu.13. *Filium præſumi bona patris titulo vtiliori poſſidere*, indè filius perſonam patris repræſentat, & in eius locum ſubingreditur cum declarat, *per Paſca. de patria poteſtat. fol.*431. *num.*1. *cum ſequentibus*, & adde filium poſsidentē bona hæreditaria, & facientem aliquā quod citra ius, & nomen hæredis facere non poteſt, nihilominus condemnari non poteſt, tanquam hæres niſi ſpecificè allegata ſit per actorem, hæreditatis aditio, *Alexan. conſ.*94 *ſub n.* 8. *verſ. plus dico vol.*2. *id. Paſcal. fol.*370 *num.*23.

Num.14. de Filio hærede quando poſsit facto patris aduerſari, vide *de Angelis in Prato ad l. cum à matre C. de rei vendic.* vbi omnia, & quando ſucceſſor debeat habere ratum factum defuncti, & non moderniſsimè tamen ad rem hāc vide *D. Præſid. Reg. Cam. Fabium Capicium Galeotam, controu.*5. *lib.*2.

Num.15. Quando filius poſſit aggere de inofficioſa donatione alteri filio facta, latiſſimè tetigit, *de Angelis in ſuo prato ad l. primum C. de inoſſicioſis donationibus, vbi omnia.*

Num.16. Quod infanti quæratur Ius plenum ex priuilegio Principis, non difficultari poteſt.

Num.17. *minorem videri conſentire in his, quæ eius fauorem tendunt*, adde de ratione in allegatis *per addentes. ad deciſ. Gizarelli* 12. vbi ſententiam proinde pro minoribus in defenſis teneri.

Num.18. filius ſemper cenſeri præſentē, pendet à regula, quia vna, & eadem perſona cenſetur filius.

Num.19. quod Princeps non concedat defectum minoribus, dum tribuit priuilegium, legas *Paſcal. de patr. poteſtate p.*4. *vlt. cap. num.*12.

Num.20. & 21. *minoribus ſubueniri*, & licet actus nō valeat reſpectu aliorum, quod valeat tamen reſpectu ipſorum, vide quæ dixit *in prato ad l. non eo minus C. de procuratoribus de Angelis*, vbi valere ſententiam latam cum procuratore non legitimo in fauorem pupilli *ex Verall. deciſ.*147. *verbo ſententia*, & ſubueniri minoribus in damnis non in rebus proſperè geſtis, videatur etiam *D. Reg. Valenz. conſ.*60. *num.*60.

Num. 22. & 23. de donationibus quas faciunt patres liberis naſcituris, quod teneant, & acquirat eis ius, addas, *Bolognet. conſ.*6. *num.*14. *& ſeq.* vbi an ſi ſit ſtatim valida donatio filijs naſcituris, *Paſcal. de patr. poteſtat. fol.*48. *num.* 40. *in medio*, vbi ea an huiuſmodi donatio acquiratur filijs, vti filijs, vel vti patris hæredibus ex *Surd. deciſ.* 322. *Molfeſ. conſ.*2. *& Theſaur. in deciſ.* 70. *num.*15. & de iſta donatione facta filijs naſcituris *Theodor. allegatione* 28. *num.* 26. *Reg. Valenz. conſ.*7. *num.*33. *vol.*1. latius tamen alius *Caſtillus Maſtrillus, & alij* de quibus *D. Io: Iac. Anichinus* apud *D. Riccium part.* 9. *collect.*

Num.24. & 25. de infantis ratificatione, adde prius infantem dici vſque ad annos ſeptem, *l. ſi infanti C. de iure deliber*anda. vbi latiſſimè *de Angelis in ſuo prato, Sfor. Odd. de reſtit. in integrum q. ſecunda num.*14. *Montan. de tutelis cap.* 5. *num.* 23. *Tuſcus lit. E. concluſ.*335. *num.*7. *& Giurba in conſuet. meſſan. cap.* 7. *part.*1. *num.*4. & de ipſa ratihabitione quomodo inducatur, cum tota materia *idem de Angelis eodem prato ad l.* 1. *&* 7. *C. ſi maior factus ratum habuerit in tit.* 46. *ſecundum ordinem.*

Num.26. approbationem inſtrumenti induci per petentem eius executionem inferas in praxi, producentem ſcripturam venditionem rei eiuſdem producentis nullitèr venditæ per eum, vel eius procuratorem, aut alijs, ex defectu mandati, videri ratificare, *Bart. in l poſt legatum, ſub num.*2. *ff. de his, quibus, vt indignis, Mandel. albenſ. conſ.*17. *num.*3. *Gattus de credito, cap.*2. *tit.*8. *nu.* 2705. & de ratificatione *præter allegata in præcedentibus numeris Ricc.* plura ponentem videas *collect. deciſ.* 344.

per

*per totam, ad tex. l. licet ff. de iudicijs*, & quomodo fiat actus, vel contractus ratificatio per *D. Lanar. conſ.* 25. *num.* 15. *deciſ. Genua* 101. *Intrigliol. ſingul.* 155. *num.* 12. & induci per obſeruantiam ſubſequutam *d. Marta voto* 103. *num.* 6. qui deſeruit propriæ noſtræ concluſioni, & non omictas *Viſcont. concluſ. ratificans fol.* 244. *in medio.* &c.

# *SVMMARIVM.*

1 M*iſſio in poſſeſſionem ex remedio* legis Soriæ (quæ habetur lib. 4. reçopil. tit. 13 l. 3.) *in quibus bonis; & quando locum habeat, & num.* 11. *& ſeq.*

2 *Miſſio in poſſeſſionem virtute* dict. l. Soriæ *locum non habet quando conſtat de iure poſſeſſoris. Et nu.* 15. *quod idem eſt quando poſſeſſor eandem miſsionem poſſet petere.*

3 *Poßeſſor, ius ſuum ſtatim docere volens, audiendus eſt ad impediendam miſsionem in poßeſsionem.*

4 *Exceptio hæc* dolo facis, quia petis quod ſtatim reſtituturu es, *ſemper opponi poteſt.*

5 *Inſtrumenta faciunt rem notoriam.*

6 *Inſtrumenti, vbi eſt caſus, non videtur dubitandum, ſicut fit de caſu legis.*

7 *Via ordinaria intentata, actor non poteſt redire ad viam executiuam.*

8 *Poſſeſsio transfertur ex clauſula conſtituti.*

9 *Poſſeſſio transfertur ex reſeruatione vſufructus.*

11 *Miſsio in poſſeſſionem* ex d. l. Soriç *non habet locum contra voluntatem teſtatoris, & num.* 12.

13 *Miſſio in poßeſſionem impeditur, cum adeſt legitimus contradictor.*

14 *Contradictor legitimus quis dicatur.*

16 *Bona à patre aſſignata alicui filio pro melioratione tertij & quinti, præſumitur eſſe valoris illius tertij, & quinti, & non vltrà, ad impediendam miſsionem in poſſeſſionem, & ſequentibus numeris.*

17 *Actus validitatis præſumptio alijs præſumptionibus præfertur.*

18 *Intellectus*, gloſſ. in l. cum de lege. ff. de probatio. *Et in ibi plene an hæreditas præſumatur eſſe ſoluendo.*

19 *Paupertate ſe fundans, debet eam probare.*

20 *Fraus, quæ legi poteſt fieri, præcipuè euitanda eſt.*

## ARGVMEMTVM.

Miſſio in poſſeſſionem ex remedio legis Soriæ, in quibus bonis locũ habeat, & ceſſet, diffusè examinatur.

## CONSILIVM XXXIX.

DIuino auxilio petito. In cauſa quæ mota eſt inter Antoninum Beltran eiuſque primogenitum filium, ex vna parte; & ex alia eius filiam Catherinam, dicimus miſſionem in poſſeſſionem *ex Soriæ lege* ab aduerſaria petitam in bonis vxoris dicti Antonij Beltran minimè locum habere in bonis, in quibus ſe mitti poſtulauit.

Primò enim prædicta ceſſat miſſio in bonis proprijs, & capitalibus dicti Antonij, cùm dictæ ſuæ vxoris iam mortuæ non fuerunt, de cuius bonorum poſſeſſione nunc agitur, *ex prædicta, l. Soriæ. quæ eſt tit.* 14. *l.* 1. *lib.* 3. *ordi.* (*quæ habetur lib.* 4. *nouæ recopil. tit.* 13. *l.* 3.) hiſce eius verbis, *Los bienes que el tal defunto dexare*, & ita

1 in bonis † alienis ipſam miſſionem fieri inhibet, idem, & conſtat *in l. final. C. de eden. di. Ad. tollen. ibi, Mittat quidem in poſſeſſionem earum, quæ mortis tempore fuerunt. Et ibi, Non autem legitimo modo ab alio detinentur.* idem, & conſtat *in l.* 2. *titul.* 14. *part.* 6. *ibi, Deue ſer metido en la poſſeſſion de los bienes que el defunto tenia al tiempo que fino.* Et notat *Paul. Caſtrenſ. in d. l. final.* dicens, poſſeſſionis miſſionem tantum faciendam in bonis teſtantis, & ideo conſequens & dictam miſſionem in dictis bonis proprijs dicti Antonij fieri non poſſe. Quod & ex alio elucet, quia cùm prædicta bona dicti Antonij capitalia eſſe conſtent, eiuſquè propria, confeſtim fit, non eſſe dictæ ſuæ vxoris. Et ſtatim



Digitized by Google

2 de poſſeſſoris iure conſtat † & ob id dicta omiſſio *in d. .fin* impeditur, & optime *in l. 3. tit. 4. part. 6. ibi, E el que moſtraſſe que à mayor derecho en la heredad, à quel deue ſer entregado en ella*. Adeò quod ſi poſſeſ-
3 ſor † ius ſuum ſtatim docere voluerit, audiendus ſit, & eius iure probato, ipſa miſſio fieri non debet, *C. de edicto D. Adr. tollen. l. 2. poſt gloſſ. & in d. l. fin. C. eod. tit. Innocen. cap 2. de cauſ. poſſ. & proprie. Bart. & in l. ſi de vi. ff. de iud. Deci. in d. l. fin. C. de ed. di. Ad. toll num. 2.* & facit *text.* ſingularis *in l. ille à quo, §. ſi de teſtamento, ff. ad Trebell. & in l. 3. §. ibidem, ff. ad exhiben. & in l. ſi is à quo in princip. ff. vt in poſſ. leg.* optimus *tex.* ad prædicta *in l. 2. tit. 14. part. 6. ibi, Fueres ende ſi luego quiſieren probar lo que diſen, ſin alongamiento ninguno, ca entonces deue ſe detener la entrega, he oyrle, e recebir los à prueua deſta razon.* Habet enim in hoc iu-
4 ditio locum iuris regula, qua dicitur † dolo facis, quia petis quod ſtatim reſtituturus eſt; vt tenent *DD. in d. l. fin. & in l. ſi idem. ff. de iuris. Alb & alij in cap. ex literis de reſtit. ſpol. & in regul. dolo facit, ff. de reg. iur. & alibi ſæpe traditur.*

Et dicta bona eſſe capitalia dicti Antonij euidenter conſtat, ex inſtrumentis pu-
5 blicis hac in lite productis † quæ rem notoriam conſtituunt *C. de probat. l. cùm precibus optimus text. ad idem in cap. licet cauſam de probat.* vbi illum *text.* ad hoc valde commendat *Deci. col. 8. verſ. 13. nota.* vbi & refert plures concordan & vbi eſt caſus
6 inſtrumenti † non videtur dubitandum, ſicut dicitur de caſu legis, vt ait *Bald.* quē ſequitur *Aym. Crau. in conſ. 31. proponitur, num. 7. & ibi* etiam referendo eundem *Bald.* ait, quòd iam dici poteſt de inſtrumento publico, noli me tangere.

7 Verùm, & cùm pars aduerſa priùs † via ordinaria bona petierit, ad hanc viam ſummariam, & executiuam miſſionis in poſſeſſionem redire minime potuit, *ex text. in l. de pupillo §. meminiſſe, de no. ope. nuncia. & in l. minor. 25. annis cui fideicommiſſum ff. de minorib & eſt gloſſ in l. proindè, §. notandum. in gloſſ. vltim ff. ad l. Aquil.* & in proprijs terminis ita tenet *Bald. in l. 2. col. 5. quæſt. 10. C. de ſeruit. & aqu. idem Bald. in l. 2. col. 1. num. 2. verſ. item nota quod ab executione. C. de except. rei iud. & idem Bald. in l. diffamari, colum. 2. num. 13. C. de ingen poſt Specu. tit. de execut. ſenten. §. fin. col. 2. num. 2. verſ. 3. & Bart. in l. creditores, col. 8 num. 26 verſ. mihi autem, C. de pignor. Paul. Caſtrenſ. in conſ. 78 ſuper eo. col. 1. num. 3. lib. 1. Deci. in conſ. 146. col. 3. & in conſ. 400. viſo, num. 9. col. pen. verſ. 4. reſpondetur, Roder. Suar. in rep. l. poſt rem iudicatur quæſt. fin ff. de re iud. Pet. Rebuff. in 1. tomo conſtit. Gallica. tit. de lite. obliga. art. 6. gloſſ. 3 num 7. Andr. Tiraquell. in tract. de iure conſtitu. 1. part. num. 39. Capic. in deciſ. 119 col. 5. num. 19. Cattel. Cota. in ſuis memorabilibus, in verb ſtatuto, ſeu decreto Mediolani. col. 3. & Greg. Lup. in l. 7 in verb. poſſeſſion. col 2. in princ. tit. 4. part. 5. & idem Lup. in l. 19. gloſſ. fin. tit. 22. part. 3. quibus adde Roma. in conſ. 134. col. 2. & Thom. Gramat. in conſ. 91. in cauſa, num. 19. & Maran. in ſuo ſpeculo aduocatorum, in 6. part. tit de inſtrument. product. num. 14 fol. mihi 209. col. 4. & plenius inibi in diſputat. 6. num. 24. & Ant. Maſſa in ſuo tractat. ad formul. camera. obliga. 3. part. quæſt. 2. num. 4. & ſequent. & Arias Pinel. in repet. l. 2. C. de reſcin. vend. 3. part. cap. 3. num. 24. poſt Matt. de Affl deciſ. 60.* & videre etiam ad idem licet *Doctor. Auilem in cap. correctorum, cap. 10. in verb. executio, num. 2.* Et hæc opinio videri meo iuridica eſt, & ſequenda, & ſi contrarium teneat *idem Bald.* (ſibi non conſtans) *in l. ſi miles, col. 1. verſ in text. ibi renunciauit, ff. de teſtam. in l. ad quod ibi ponderat illum text.* & in contrarium videas etiam, *Iaſon in l. 1. num. 114. C. de iu. emph. & Felin. in cap. cùm ordinem, num. 3. poſt princip. de reſcript. & Ioann. de Neuiza. in conſ. 4. merito, col. fin. ad finem, & Roland. à Valle. in conſ. 79. lib. 1. num. 29. & 39.* & quæ adducit *Pet. Rebuff. in d. 6. art. gloſſ. 3. num. 7.*

Proindè nec ipſa miſſio fieri poteſt in bonis in quibus ab vxore dicti A. eius dictus filius primogenitus eſt melioratus, & ipſe filius poſſidebat tempore mortis dictæ eius matris ex conſtituto in ſcriptu-
8 ra dictæ meliorationis expræſſo † ex ipſo enim conſtituto poſſeſſio in dictum primogenitum tranſlata fuit, *ff. de acqui. poſſ. l. quod meo cum ſimilibus traditis à Tiraqu. in d. tract. de iu. conſti. 1. part. num. 2.* & etiā
9 ei fuit quæſita dicta poſſeſſio † ex reſeruatione vſufructus confecta in ſcriptura dictæ meliorationis, *l. quiſquis, C. de donat. tit general. & in l. ſi quis argentum, §. ſed ſiquidem, C. eod. tit. & text. in l. 9. tit. 30. part.*
10 *3. cum ſimilibus.* Quo fit † quòd dicta poſſeſſionis miſſio ex dictis iuribus in dictis bonis melioriæ fieri non poteſt, vtpote non repertis in bonis dictæ vxoris, iure enim optimo potuit fieri aſſignatiò bonorum dictæ melioriæ in fauorem dicti primogeniti, *ex l. 19. Taurin.* vbi plenius Deo duce deducemus, *quæ lex Taurin. habetur*



Digitized by Google

*betur lib.5.nouæ recopil.tit.6.l.3.*

Rurſus ſi bonorum dictæ melioriæ fie-
ret miſſio, eſſet aduerſus voluntatem di-
11 ctæ matris † & ob id non erit locus dictę
miſſioni in poſſeſſionem, *ex d.l.fin.C.de
ed.di Adri.tol.& illic Doct.*teſtatoris enim
voluntas ſequenda eſt, *ff.de cond.& dem.l.
in conditionibus, C.de fideicommiſſ. l.cùm
ſuis ſimilibus vulgatis.*

Quibus,& conducit,*text.in l.1.§.ſi quis
ex mortis,ff.quor.leg.*vbi diſponitur, quod
ſi aliquis ex cauſa mortis donationis à
defuncto confectæ aliqua poſſidet bona,
12 quod † in hoc caſu contra poſſeſſorem
interdictum quorum legatorum,ſeu aliud
adipiſcendæ non competit: quia ex quo
defunctus rem tradidit, hæres Falcidiæ
partem percipere non poteſt: ſed ipſam
donationem cuſtodire obnoxius eſt: cùm
eius hæres defuncti partem refellere non
poteſt. *C.de rei vendi.l.cùm à matre, C.de
hæred.act.l. pro hæreditarijs,*(*cum ſua mate-
ria,optimus text.ad idem in l.24.tit.13.p.5.*

Hęc,& ſuadentur,quia iure optimo re-
ceptiſſimum eſt, poſſeſſionis miſſionem
13 impediri, cùm legitimus † contradictor
comparuerit,*ex d.l.fin.C.de ed.di.Adria.
tol.& in d.l.2.tit.14 part.6.*notant,*Bart.&
in d.l.fin.& in l.2.C.eod.tit.*Et in dictis lo-
14 cis † ille legitimus reputatur contradi-
ctor,qui ex titulo à defuncto habito poſ-
ſidet( prout dictus filius primogenitus)
quod & abunde tradit, *Deci.in d.l.fin.nu.
41.& Gozad.in conſ 6.prima facie,num.89.*

Cæterùm ſi prædictus primogenitus
poſſet,*ex dicta,l.Soriæ,& dicta,l.fin.*prætē-
dere poſſeſſionem bonorum dictæ melio-
15 riæ † à forciori igitur à ſua poſſeſſione
non eſt amouendus, *ff.de his qui ſunt ſui,
vel alien.iur.l.patre furioſo, & in authent.
multo magis,C. de Sacr.Sanct. Eccleſ.& in
in authent.multo magis,C.de Epiſ.& cle.&
text.in l.1.tit.8.part.2.*

Nec dicere oberit, quòd non conſtat,
quod omnia bona expræſſa in ſcriptura
dictæ melioriæ,& dicto primogenito tra-
16 dita † illi tradi,aſſignarquè potuerint &
tertij,& quinti bona non excedant.

Tum,quia ex inuentario confecto con
ſtat, complura alia bona in dicto tertio
& quinto poſſe tradi: & donata ipſum
non ſuperare tertium, nec etiam quin-
tum.

Tum etiam, quia hæreditas dictæ ma-
tris tempore dictæ melioriæ ſoluendo eſſe
præſumitur:eiuſquè obitus tempore, &
meliorationis actum fuiſſe firmum,*ex tex
in l.quotiens,ff. de reb.dub. & in l.quotiens,
ff.de verb.obliga.* & validitatis actus præ-
17 ſumptio † omnibus alijs præſumptioni-
bus præponitur,vt ait, *Deci.in cap.quoniã
Abb. de offic. delegat. & in l. poſt quàm liti,
C. de pact.* & quod bona dictæ matris ad
dictam melioriam ſufficientia fuerint,no
tat *Bald.in l.filium quem habentem,col.12.
num.38.verſ.ſi vero non apparet, C.famil.
herciſcun.*etſi contrarium in terminis no-
ſtris,tenuerit,*Suar.l.quoniam in prioribus,
quæſt.7. col.8.verſ. prædictam, C.de inoffic.
teſtam.*

18 Nec his aduerſatur † *gloſſ. in l. cum de
lege,ff. de probat.* quæ palam vult, quòd
hæreditatem non eſſe ſoluendo ex ſola
allegatione hæredis, conſtat,ſiquidem
contrarium verius,probabiliuſquè ſit;&
quòd hæredi hæreditatem non fuiſſe lo-
cupletem,probandi onus incumbat, au-
thoribus,*Imol.Paul.Caſtr.Roman.Alex.&
recentioribus in l.ſi conſtante, in princip.ff.
ſolu.matrim. DD. in cap.fin. de præſumpt.*
quo in text.probatur, hæreditatem eſſe
idoneam præſumendum traditur *in l.2.ff.
de leg.2.*Verùm & ſi *glo.iam citatæ* ſenten-
tia probabilior ſit, cui, & plerique adſti-
pulantur ( præſertim Doctor. antiqui, &
*Iaſo.in l.fin.§.licentiam C.de iur. deliber.* &
latiſſimè *Aym.Crauet. in tract. de antiqui.
tempor. 2. part. num.31.* vbi ait dictam
*gloſſ.* eſſe communiter approbatam. Et
cum dicta *gloſſ.* eſt communis opinio,vt
refert idem *Aym.Craue.conſ.225.num.12.*)
id ideo eſſet,quia dicta *glo.*loquitur (vt il-
li aſſentientes explicauerunt) cum iuris
præſumptio ex inuentarij confectione
hæredi fauet,vt abunde docet, *Iaſo.in d.l.
ſi conſtante, num. 130. & Rip. num. 18. &
idem Iaſo.in l.fin.§.licentia.C.de iur. delibe.*
quod noſtro negotio diſſimile quidem
eſt,ſiquidem aduerſaria inuentarium mi-
nimè fecerit.

Tum item, quia aduerſaria actrix eſt:
19 & fundatur in bonorum paupertate † &
ob id,eam probare aſtringitur *l. ei qui, ff.
de probat.l.actor.C.eod.tit.cum ſimilibus,* &
in proprijs terminis,ita tenet, *gloſ. in l.ſi
vero §.qui pro rei qualitate,ff.qui ſat.da.cog.
& ibidem Doct.& in d.cap.fin.de præſumpt.*
eſt optimus,*text.in authent.de æquali,do.§.
autem colla.* ex quo *Paul.Caſtr.*elegan
ter *in l.meuia,§.fin.col.pen.ff.ſolut. matrim.*
dicit *gloſ.in d.l.cùm de lege.*tum obtinere
quando hæres dixerit, hæreditatem non
eſſe locupletem:at ſecus eſſe dicit,ſi actor
id affirmet, quia tunc hæres tenetur id
probare.

Tum,quia ſi ea quæ explicuimus,iure
non

Digitized by Google

non obtinerent,& aduerſariæ dictis locus eſſet.confeſtim ſuboriretur *dictæ l.*19.*tauri* aſſignationem bonorum me iorię permictentis facilimè fraudem fieri poſſe: & ipſius aſſignationis effectus paſſim abijceretur; & alijs filijs non melioratis tot bona aſſignari non potuiſſe dicentis aduerſus *d.l* 19.*Taurin.* optimum eſſet re-
20 medium † quæ legis fraus diligenter eſt euitanda,*ff.de legibus l.fraus*,ſatis enim filijs non melioratis eſſe debet,quòd inofficioſæ donationis remedium habeant *ex l.* 29.*Taurinarum legum. & in l.* 1. *& per totum C.de inofficio.dona.*& his huic allegationi ſit finis.

*Doctor Burgen. Marcus Salon de Pace.*

# ADDITTIO.

NVm.1.2.3.11.13.15.& 16.circa diſcurſum practicabilis materiæ miſſionis bonorum,vide *Oterum in miſcellanea diſput. Iuris diſputa.* 34. *num.*1.2.9.*&* 11. vbi quando miſſus in poſſeſſionem efficiatur poſſeſſor,& quando uere poſſideat,*& Muſcat.in prax.S.C.p.*3. *gloſ. adiudicantur num.*91.Si miſſus in poſſeſſionem ex ſecundo decreto efficiatur Dominus, & præſcribere incipiat, & quod iure communi introducta ſit miſſio bonorum contumacis, *Reg. Rouit in pragmat.* 3.*de ordine iudiciorũ, num.*8. & quod miſſio in poſſeſſionem,& reuocatio ipſius à pari procedant, per de *Franch.dec.* 136.*nu.*4 & vide ſi miſſus in poſſesſionem tãquam veniens ab inteſtato, cum adeſſet teſtamẽtum dicitur poſſeſſor,*per Gratian.diſcept.forenſ.* 558. *nu.* 15.*tom.*3.quidem tractatur *in diſcept.* 481.*num.*28.*eod.tom.*

Nu.4.de exceptione,dolo facis, quia petis quod ſtatim reſtituturus es,vide præter omnes alios *olim Præſidentem R.C.S.Anellum de Amato conſ.*1.*n.* 2. vbi abundè de ea tractat, plures cumulando.

Num.5. (*Ex inſtrumenti fieri rem notoriam*) addas quemadmodum ſentẽtia facit rem notoriam, *Franch. dec.* 279.*num.*1.*Marc.dec.*51.*num.*2. *volu.* 1.*&* 551.*num.*2.*vol.*2.*Bellon.dec.Gen.* 209.*num.*1.*cum Bartol.in l.*1.*q.* 1.*ff. noui operis nunciat.* inde per inſtrumentum fit realis probatio, & certa,& manifeſtiſſima liquida probatio,itaut vbi ſit inſtrumentum,non ſit dubitãdum. Hinc vulgo dici ſolet, vbi eſt inſtrumentum noli me tangere,vt promiſcue, *Bald.in l.quoties in fine,C.de iudic.in l.*2. *col.* 1.*verſ. ſed iuxta hoc quæro,C. quando fiſc. vel priuatus,Rol.à Valle conſ.*63.*num.*4.*volum.*4.*Crauett.conſ.*31.*in fine, Tiraq. de retract.conſanguin.§.*2.*gloſ.*1.*nu.* 22. *& ſeq.& Paul.de Caſtro conſ.*157. *vol.* 2. Habet enim habens inſtrumentum intentionem fundatam,*Alexã. conſ.*37.*num.*16.*uol.*2. *Milanenſ. deciſ. Sicil.*8.*num.*22.*lib.*2.*Bellon.dec.Genuẽſ.* 122.*num.*1.& dicunt eſſe miraculoſam probationem, quod credatur pelli mortuę,*Crauett.conſ.*56. *in fine,* de quo dicto ego ſubrideo, cum ſit dictum riſu dignum, non enim datur pelli mortuæ teſtimonij fides, ſed ſcripturæ in illa contentæ, & actui in ea ſcripto, quia vt inquit Poeta,ſcripta ferunt annos, & poſt omnes latius quàm alius *Doct. Ioan. Iacobus Anichinus in ſuo utili, & nouo tract.de prauent.inſtru.tit. de effectibus prauent.q.*3.*poſt princ.*

Num.6.facit dictum in numero præcedenti, quod vbi eſt inſtrumentũ non videtur dubitãdum,&c.& omnia,per *Borrell.in nou.dec.*2.*part.tit.*18 *per tot.*

Num.7.via ordinaria intentata actorem non poſſe redire ad viam exequutiuam, omnia videas *in additionem ad Gizzarelli deciſionem* 69. vbi declarat, ſed latius, *idem d. Anichin. loc.cit.q.*7.*nu.*16.

Nu.8.

Digitized by Google

Num.8.Poſſeſſionẽ transferri ex clauſula conſtituti, latisſimè ſcripſit, *Anna in allegat.* 147.

Num.9.Poſſeſſionem transferri ex reſeruatione vſusfructus,& inde vſuſfructuarium dici Dom.*Suarez lit. V. num* 92.*Viſconte concluſ. uſusfructuarius in fine.*

Num.14.Circa cognitionem contradictoris legitimi,&c. vide *Anellum de Amato citat. conſil.*1. & inferas ad terminos tertij venientis ad cauſam,vel vocati,&c. de quibus latiſſimè *Giurba in deciſ.Siciliæ prima,Reg. Valenz.conſ.*35 *num.*53.*Reg.Rouit.dec.* 1.*D.Conſ.Merlin.contr.*30.

Num.15.circa vnam præſumptionẽ, quando alijs præferatur iuxta caſũ, *d.patrui*, adde pro regula præſumi ſemper pro validitate actorum, vt acta potius valeant,quam pereant, *Bellam.deciſ.*135.*Ricc. collect.* 1789. vbi multa alia,&c. Et nota actum in dubio præſumi validum, *Caball. conſ.* 141.*num.*4.*Rimin. iun. conſ.*620. *&* 831.*num.*46. *&* 275. *num.* 15. *& Giurba dec.Sicil.*36 *nu.*18.

Num.18. Hæreditas, an præſumatur non ſoluendo,& nõ idonea, eſt maxima iuris contraria, quia cũ abſq. beneficio legis,quis adierit hæreditatem aliquam tenetur vltra vires eius,vt *Theſaur.q.forenſ.*10.*lib.*1.*Gratian diſcept.forenſ.cap.*34. *lib.*1 *Natta conſ.*574. *Gizzarel. in dec. & ibi addens*, vbi quomodo debeat fieri inuentarium nè inſolidum teneatur heres, *Craſſ.lib.*2.*de ſucceſſ.§.inuentarium,& Honded.conſ.*53.*uol.*1.

Num. 19. Qui ſe fnndat in paupertate,debet eam probare, *Afflict. deciſ.* 377 *& ibi Vrſill.*& eruditè *dicitur Io. Iacobus Antinianus in ſuis nouiſſimis adnotat.ad Aff. deciſionem illam,Couar.uariar. reſol. lib.*2 *c.*6. *Maſcard. concluſ.* 526 *uol.*1 *de probat.de Franch.dec.*565 *Roland.conſ* 92.*nu.*23.*uol.* 2. tu addas probari eam multis modis, ſecundum *Cauenſ.tit.*290.*num.*27.

Sed quando propriè, quis dicitur pauper *Cauenſ.rit.*10.*num.*3. *Menoch.de arbitr.caſ.*65.*de Franch.deciſio.* 410.*num.*2.*Farinac.dec.*409.& de vtilitatibus paupertatis cum aliquando ea proſit in multis, vt eſt videre à quo prodeſſe liberet nos Deus, vt exclamabat *Cyn.in l.ſi quis* §. 1. *C. de Epiſcopal.audient.Apicell.alleg.*6.*nu.*17. vbi quaſi omnia curioſa ad hanc materiam,& idem *Cauenſ.rit.*290.*n.* 4.vbi pauperi danda eſt copia proceſſus abſq.ſalario mitius quam diuites puniuntur,*Carauit.rit.*272.*nu.* 16.*& rit.* 103. *num.* 2. *& Cauenſ. rit.* 290.*num.*27.Quinquaginta ſeptem priuilegia ponit,& *in num.*24.& plura incommoda,& vide omnino ipſum *Apicel.loc.cit.*prçter omnes hos, vbi *nu.*16.pauperem debitorem petere alimenta à creditore,& an debeant prodeſſe priuilegia pauperi, ex ſua culpa cõſtituta,& nouiſſime vide *partic. tract. de priuileg. paupert. Aluarez noſtri hiſpani.*

Num.26. Quod fraus legi facienda euitanda ſit, adde regulam, Quod fraudibus via non ſit aperienda, *l.in fundo,ff.de rei uindic.clem.*1.*ubi Cardin.de uſuris clem.*1.§.*fin.* vbi etiam *Cardin.de conceſſ.præbend.c. porro de diuortijs,Tuſc.tom.*4.*litt.F. concl.* 475. *Mar. Anton.uar.lib.*1. *reſol.*50. *nu.* 51. *& reſol.*62.*num.*5. inde fraudem, & & dolum nemini debere patrocinari, dicunt *Menoch.de arbitr. lib.*2. *caſ.*182.*num.*60.*& conſ.*121.*num.*5.*&* 136.*num.*8.*& conſ.*198.*num.*13.*Couarruu.uar. lib.*1.*cap.*18.*num.*5.*Tiraquel. de retract.lignag.*§.1.*gloſ.* 9. *num.* 67. *Cardoſ.in praxi Iudic.& Aduocat.uerbo dolus* 3.*Capiblan.in pragm.*11.*de Baronibus num.*78.*& Garauit.rit.*67.*nu.* 20.qui *in rit.*228.*num.* 24. triginta quatuor caſus enumerat,in quibus fraus præſumatur,& vide de abbundanti materia,per *Tepat.uar.reſolut. tit.* 154. *per totum*, ibi de dolo, & fraude.

SVM-

Digitized by Google

# SVMMARIVM:

1 *Libellus alias non mutabilis ex cauſa ſuperuenienti mutari poteſt.*
2 *Remedium poſſeſſorium adipiſcendæ intentari poteſt poſt petitorium intẽtatum præſertim, ſi diuerſis agatur reſpectibus.*
3 *Iudicandum eſt hodie, apud ſupremos iudices veritate inſpecta; & iuris ordine, & libellorum prætermiſſo.*
4 *Sequeſtratio fructuum facienda eſt, quando aduerſarius poſſidens illegitimus pronunciatus eſt.*
5 *Appellari, quando poſſit ab executore.*
6 *Præſumptio maxima ineſt contra condemnatum ſententia tranſacta in rem iudicatam. Et in ibi late de ratione,* tex. in l. ab executore, C. quor. appe. non recip.
7 *Ex ſequeſtratione nemini tollitur ius, nec poſſeſſio.*
8 *Rota cognoſcere poteſt, tàm de iure canonico, quàm regio ſuper illigitimitate, quæ ſuboritur, ex matrimonio mala fide contracto.*
9 *Iudex laicus, quando cognoſcere poſſit de cauſa illegitimitatis, & ſequentibus.*
11 *Sententia præſumitur ritè, recteq. lata.*
12 *Iudex laicus non poteſt cognoſcere de cauſa illegitimitatis, poſtquam Eccleſiaſticus iudex pronunciauit ſuper illegitimitate.*
13 *Iudex laicus nõ debet examinare proceſsũ, & remiſſum ad exequendum a iudice eccleſiaſtico, & ſequentibus.*
14 *Intellectus* authen. de ſanctiſſi. Epiſcop. §. ſi vero, colla. *9.*
15 *Iudex eccleſiaſticus ſi præuenit in cognitione cauſæ (& ſi cauſa ſit mixti fori) ſententia iudicis eccleſiaſtici debet exequi citra proceſſus examen.*
16 *Mala fides parentum coniecturis, & ſola fama, & etiam vnico teſte probari poteſt.*
17 *Sententia, etſi in cauſa matrimonij, nunquam tranſeat in rem iudicatam, tamen ſententia quę fertur ſuper illigitimitate filiorum bene tranſit. Et quando ſententia lata ſuper matrimonio tranſeat rem iudicatam.*
18 *Sententiæ effectus debet ceſſare ceſſante cauſa ſententiæ, & ſequentibus.*
19 *Clauſula rebus, ſic ſtantibus ſubintelligitur in omni diſpoſitione, ſententia, & actis.*
29 *Satiſdatio ſi alicui ſit remiſſa, ex noua cauſa cogitur eam præſtare.*
21 *Exceptio rei iudicatæ non abeſt ex cauſa noua ſuperuenienti, & ſequentibus.*
22 *Exceptio rei iudicatæ vt obſtet, quæ requirantur.*
23 *Exceptio rei iudicatæ ſublata videtur, quãdo princeps iubet, condemnato fieri iuſtitiam.*

## ARGVMENTVM.

Remedium poſſeſſorium adipiſcẽdæ intentari poſſe affirmatur, poſt petitorium intentatum, eo maximè ſi diuerſis reſpectibus intentaretur, apud ſupremos Iudices, coram quibus ſola facti veritate inſpecta proceditur iuris ordine prætermiſſo, pariterq. eius cauſa fieri poſſe ſequeſtrum fructuum eo magis, quoties aduerſarius illegitimus declaratus eſſet.

## CONSILIVM XXXX.

IN hac lite Comitis. A. Gonſali. & D. Ioannis Puerto Carrero (diuino auxilio petito) duo ſunt videnda,

Primum, quòd potuit dictus Comes in hoc Pinciano regio prætorio cauſam poſſeſſionis tractare, proprietatis cauſa prætermiſſa.

Secundum, quod comitatus fructus iure optimo ſequeſtrandi ſunt.

Primum quidem iure probamus, cùm poſſeſſionis cauſa ad dictum Pincianum prætorium fuit remiſſa, vt cõſtat ex actis proceſſus, & ob id, ab re dictę poſſeſſionis proſequutio uetari non poteſt: nec libellus antiquus à dicto comite ante iudices remittentes, productus quidem fuit ante obitum prædeceſſoris comitis, quo in caſu dicto nouiſſimo comiti poſſeſſoria remedia nequaquam competebant, *ex l. 45 Taurin. quę habetur lib. 5. nouę recopil. titu. 7. l. 8.* Verùm. & quia ex cauſa ſuperueniẽ-
1 ti † libellus aliàs non mutabilis mutari poteſt, *l. non poteſt, & illic DD. ff. de iudi. Bal. in l. edita, col. 8. in 7. oppoſi. C. de edend. cum alijs de quibus inibi recentiores.*
2 Proinde, & hæc conſtant † quia poſt petitorium intentatum, adipiſcendæ poſ-

ſeſſo-

ſeſſorium intentari poteſt: & præcipuum ſi diuerſis agatur reſpectibus (vt hic) e x *text. in l. naturaliter, §. nihil commune, & illic Doctó. ff. de acquir. poſſ. text. etiam in cap. paſtoralis de cauſ. poſſe. & propriet.*

Et maximè hoc regio prætorio id per-
3 mittendum eſt † in quo veritate inſpecta, & iuris ordine, & libellorum prætermiſſo procedi poteſt, *vt in l. 11. tit. 1. ordina. lib. 3.* (*quæ habetur lib. 4. recopil. tit. 17. l. 10.*) *& in l. 25. tit. 3. ordi. lib. 2. quæ habetur lib. 2. recopil. tit. 4 l. 22.*) *ad idem text. l. 2. tit. 4. lib. 2. ord.* (*quæ habetur lib. 2. recopi. tit. 5 l. 6.*) & tenet inſigne *Guid. Pap. quæſt. 29. in ſuperiore, & Thom. Gram. in deciſ. 19 lata ſententia*, quo in loco *penul. & fin. col.* ait, regium prætorium (Pinciano ſimilem) neceſſe non habere ſecundum libellorum ordinem à iure datum cauſas definire, nec libellis petitiſquè tantum ſtare, & idem tradit *Franc. Marc. in ſuis deciſionib. in deciſ. 13. num 8. 1. part. poſt eundem Tho. Gram. in conſ. 91. in cauſa, num. 23.*

Quo ad ſecundum dicimus † dictam ſequeſtrationem faciendam, cùm ſat cō-
4 ſtet ex hoc proceſſu, aduerſarium illegitimum tribus ſententijs concordibus eſſe pronunciatum; quam ob rem aduerſario non eſt concedendum, tot fructus percipere, quos poſtea reſtituere non poſſit. Ad quod eſt conſiderandus *text. in l. ab executione. C. quorum. appe. non re-*
5 *cip.* ex quo in eo ſtabilitur † quòd & ſi ab executore modum excedente appellari poſſit: ꝙ tamen appellatio nō eſt admittenda, ni ſi fructus ſequeſtro recondantur: quia de re agitur iam iudicata: & ſi modum exceſſiſſe executorem allegetur, quod eſt fortius idem & conſtat *in l. imperatores. §. fi ff. de appella. & in capitu. fi. de ſequeſtra. poſſe. & fruct.* quæ & vnica tantum ſententia ſequeſtrū fieri conſtituunt.

Quæ & ſuadentur *ex Bald. in. l. 1. C. de probibi ſequeſtra. colu. 2.* quo in loco aſſignat rationem *dictæ. l. ab executore.* & nempè eam eſſe ait, quia maxima ineſt
6 præſumptio † contra cōdemnatum ſententia trāſacta in rem iudicatam: & quia ſententia ipſa condemnatum ſuſpectum inſinuat. *cui legi & Abb. in c. dilectus, 1. de ſequeſtra. poſſe. & fructus.* & rationem illam eſſe cenſet. quia quando ab executore appellatur, vtilitatis ſententiæ im-
7 pediendi cauſa fieri eſt exiſtimandum. quæ rationes ſat dicti comitis aſſertum iuſtificant.
7 Quòd etiam roboratur † quia ex ſequeſtratione nulli tollitur ius, nec poſſeſſio. *l. intereſſe puto. ff. de acqui. poſſe. c. examinata. & illic. gloſ. de iudi. & in. l. 3. §. fi. ff. eod. tit. dd. in l. 1. C. de ſequeſtra. poſſe. & fruct. Aret. in l. imperatores. §. fi. ff de appel. & doctó. in c. poſt electionem. de conce. præben. Ang. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. eum alijs de quibus Pet. Rebuf. in ſuo tracta. de pacificis poſſeſſoribus. num 86.* & hæc communis opinio ſecūdum *Gomet. in regul. cancellariæ, tit. de annal. poſſe. q. 46 col. 2. & 3.*

Nec aduerſus hæc dici poteſt, Romæ de aduerſi illigitimitate cognoſci nō potuiſſe, nec Rotam dictas proferre ſententias.

Primò hoc in proceſſu non eſt allegatum.
8 Secundò, quia haud dubiè eſt † Rota de dicta illigitimitate cognoſcere potuiſſe: quæ ſuboritur ex matrimonio ſuorum parentum mala fide contracto, vt conſtat, *in cap. referente, qui fil. ſint legit. & inibi Abb. & DD. & in c. ex tenore eod. tit. & in c. 1. & in c. lator, & in cap. cauſam eod. tit. & in cap. tuam de ordi cogni.* & horum regnorum legibus, ita eſt etiam definitum, *vt in l. 56. tit. 6. parti. 1.* ibi, *O ſobre naſcentia de hombre o de muger ſi es legitima o no.* Et *in eadem lege ad finem*, ibi. *Todas eſtas coſas ſobredichas y las otras ſemejantes della perteneſcen a juizio de ſanta Ygleſia.* Quibus accedat *tex. in l. 11. tit. 22. part. 3.* ibi, *O ſi el juzgator dieſe juizio ſobre coſa ſpiritual, que deuieſe ſer juzgada por ſancta Ygleſia.* Idem & conſtat *in l. 1. tit. 13 par. 4* ibi *Si fueſen accuſados algunos dellos ante juezes dela ſancta Ygleſia.*
9 Quinimò & iure eſt conſtitutū † quod & ſi ante laicum coram quo ſucceſſionis cauſa tractatur quæſtio illegitimitatis incidat, quod ad iudicem Eccleſiaſticum ipſa illigitimitatis cauſa eſt remittenda: & quod laicus cauſam ſuſpendere interim eſt obnoxius, *ex d. c. tuam, & in d. cap. lator, & in d. cap. cauſa, & alijs ſimilibus quorum recentiores memores ſunt in l. Titia. ff. ſ. lut. mat.* in quo loco etſi ſcribentes quidam dicant, iudicem ſecularem de illegitimitatis incidentis cauſa cognoſcere poſſe: id tantum concedunt; cùm de facto non de iure agitur: at non verò cū agitur de declarando ex probationibus facti, an de iure illegitimitas ipſa conſtet.
10 Quæ & præcipuum ex eo obtinent † quia ante ſucceſſionis cauſam ante laicum in hoc negocio ceptam, dicta cauſa

timitatis Rotæ erat præuenta, *ex text. in l. vbi cœp.um, ff. de iudi. & in l. ſi quis poſtea, ff. eod. tit. authen. de teſtibus, & quoniam colla. 7. text. in l. 17. tit. 4. lib. 2. ord. & l. 7. tit. 31. p.tr. 2. cum alijs de quibus meminit, Fel. in cap. ex tenore, num. 19. & ſequent. de reſcript.*

Ex prædictis patet, ridiculum eſſe aſsũptum, quo dicitur, poſt dictam cauſam Rotæ deciſam à laicis iterum decidendã: nanq. ſi id eſſet verum, dicta iura canonica, ſeptipartitarumque ſuperuacanea eſſent.

Cæterum, & ipſum ſequeſtrum rectè
11 petitur ſi quidem exiſtimandum ſit † dictas ſententias Rotæ ritè & rectè latas eſſe, *l. 1 ff. de re iudic. c. in præſentia de renunc. l. 2. C. de offic. ci. iudi. l. 1. §. his cunabulis, ff. de offi. præf præto. cap ſicut. & illic Abb. in fine, de re iud. DD. in cap. cum in iure de offic. deleg. & in cap. bonæ de elect. Bal. in l. rẽ non nouam, vbi probatur C. de iudi. cùm alijs de quibus recentio. memores ſunt in cap. quoniam contra de probat & Aym. in tract. de an. iq. temp. 2. par. num. 27. & ſeq. & præceden.* & eo maximè, cum in executorialibus Rotæ hoc ita enuncietur, *ex l. optimã & illic, gloſ. C. de contra & commi. ſtipul. & iur. baſt. fiſca. lib. 10.* traditur *in cap. Albericus de teſtib. & alibi ſæpe.* Et ob id *An-*
12 *ton. in d. c. l tor col. 2.* inquit † quòd poſtquam eccleſiaſticus iudex ſuper illegitimitate pronunciauit, ſæcularis iudex ab eo inhiberi valet: vt in cauſa ſucceſſionis niſi ſecundum eccleſiaſticorum iudicum ſententiam non pronunciet.

Quid plura, ſi ad iudicem laicum cauſa à iudice eccleſiaſtico exequenda re-
13 mittatur † iudicis eccleſiaſtici proceſſum laicus non eſt examinaturus, ritè an rectéue proceſſerit; ſed executio citra aliud examen facienda eſt, *vt in cap. fin. d. de except. in 6. & in cap. vt inquiſitionis de hæretic. lib. 6.* notat *Angel. in l. diuus, col. 1. ff. de cuſto reo. poſt Bald. in authent. clericus quoque, C. de Epiſcop. & cleri. cum alijs de quibus Iaſo. & Dec. col. fin. in l. magiſtratus, ff. de iuriſd. omn. iudi. & Anan. in cap. ad abolendam, co. fin. de hæret.*
14 Nec his oberit † *tex. in authen. de ſancti. epiſcop §. ſi verò colla. 9* quia loquitur, cùm reus ab eccleſiaſtico mittitur iudice, vt condemnetur: at ſecus ſi vt condemnatus, & ita *Doctores in dictis locis* explicauere, *& in leg. ea quidem, ff de accuſat. & recentio. in dict. leg. magiſtratus* cum enim rei iudicatæ exceptio apud eccleſiaſticum obeſt, æquabiliter, & apud iudicem laicum, *vt ait tex. in c. fi. de excep lib. 6.*

Verum & *Dec. in d. l. magiſtratus col. fin.*
15 † quòd etſi cauſa mixti ſit fori, ſi eccleſiaſticus præuenit citra proceſſus examẽ, definitum iudicis Eccleſiaſtici exequendum eſt, *ex d l. ſi quis poſtea, & in l. 1. ff. de offi. conſul.*

Quin, & ſi illegitimitatis probationes in hac cauſa apud ſæcularem factæ videãtur manifeſtè tamen dictam comperiunt illegitimitatem, & malam fidem parentũ
16 † quæ mala fides, etiam coniecturis & ſola fama & vnico teſte poteſt probari, *ex tex. in l. pe. C. de euictionibus*, & tenet *Anchar. & Præpo. in cap. veniens de eo qui dux. in matri. & Alexan. in conſ. 54. pen. num. 5. lib. 6. & in conſ. 46. colum fin. lib. 3. & Curt. Iun. in conſ. 64 præſupponitur num* 8. vbi ait, quod hæc eſt communis opinio, & prius tenuit *Abb. in conſ. 19. col 2. in fine lib. 2. & latè Socin. Iun. in conſ. 69. pro dilucidatione, num. 49. lib. 1.*
17 Nec prædictis dicere refragatur, quod nunc illegitimitatis cauſa iterum tractatur Rotæ.

Tum quia in hoc proceſſu minimè cõſtat, nec poſt tres ſententias hoc fieri exiſtimandum eſt, *ex tex. in cap. ſua nobis de appell. & in clem. 1. de re iud. & in l. 1. C. ne lice. tit. prouoca. & in l 25. tit. 23. p. 3.*

Tum etiam quia etſi ſententia in cauſa matrimonij lata nunquam tranſeat in rem iudicatam, tamen quæ ſuper illegitimitate filiorum fertur, ſic *tex. & ibidem Præpoſi. in d. cap. lator col. 1* Verùm & ſententia ſuper matrimonio lata in rem iudicatam transfertur, ſaltem ad hoc, vt quouſque de errore conſtiterit, illi ſtetur; incumbatque aduerſario probãdi onus eſſe, etiam *tex. adhoc & ini*bi *Abb. in d. cap. lator, & in cap. ex tenore eodem tit. & vtrobique DD.*

Cæterum nec quis ad prædictorum cõtrariam ſententiam ſubinuitandus ex eo eſt, quòd dicatur, regio ſupremo conſilio duabus ſententijs bonorum & ſtatus tenutam aduerſario conceſſam quouſque cauſa in proprietate poſſeſſioneque hoc Pinciano prætorio dirimitur, & quod ſi dictum fieret ſequeſtrum dictæ abrogarentur ſententiæ.

Tum quia dictarum ſententiarum cauſa fuit: quia tunc rotæ non erat illegitimus aduerſarius pronunciatus, prout nunc tribus ſententijs eſt, itaque nunc
18 ipſa cauſa ceſſat † debet, & dictarum ſententiarum effectũ ceſſare, *de appellatio. cap. cùm*

Digitized by Google

*cap. cum ceſſante inſtitu. de nupt. §. affinit.* & expreſſi hoc probat, *tex. in l. ſi fullo, ff. de condi. ſine cau. quē inibi Bald.* ad hoc expēdit, quod ſi poſt ſententiam aliquod nouum enaſcatur, ex quo ipſa ſententia ex cauſa ceſſante impediatur, quod illa ſententia illi cuius fauore lata eſt, nihil proderit: etiam ſi executioni fuerit mandata, quæ de nouo enim emergunt, nouo indigent auxilio, *ff. de interrog. act. l. de ætate, §. ex cauſa,* & veritas quæ ex tribus ſententiis poſtea lata conſtat, præponenda eſt dictis duabus ſententijs ante prolatis, vt docet *tex. in l. 16. tit. 11. p. 3. & in l. ſi fortis, ff. de caſtren. pecul.* Nec dictis duabus primis ſententiis exceptio defectus proprietatis poſtea euenietis ſublata cenſeri debet, *vt in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acqui poſſ. cum alijs quorum, Fel. meminit in c. cum non ab homine, de iudi. col. 2. & conſtat 3. paritit. 2. l. 27.*

Quæ & ſuadentur, quia dictæ duæ ſententiæ priores rebus ſic ſtantibus ſunt intelligendæ, non verò alijs ſuperuenietib.
19 quib. de aduerſarii iure nō cōſtat † quia in omni diſpoſitione ſententia, actiſuè ſēper ſubintelligitur clauſula rebus ſic ſtātibus appoſita, ex nouaq; mutantur cauſa *ff. de verb. oblig. l. continuus, §. cum quis, ff. de cond. cau. da. l. quod ſeruus, de decim. c. ſuggeſtum de iureiu. c. quemadmodum, & illic gl. de renunc. c. cum inter, & ad omnem actum hoc Anch. extendit in conſ. 84. col. 2. & Dec. conſ. 335. co. 2. & Car. Pariſ. in conſ. 88. n. 30 lib. 1. & Io. Ant. Rub. in conſ. 147. col. 1. cum ſeq. & facit tex. in l. quæro, §. inter locatorē, ff. loca. l. ſi conuenerit, ff pro ſoc. & l. cum quis in princ. ff. de ſolu.* quibus & alludit *tex. in l. ſi ab arbitro, in fi. ff. qui ſatiſd. cog. & tex. not. in l plane, ff. vt in poſſ. leg.* vbi cōſtat, quod etſi ex aliqua cauſa alicui ſatiſdatio ſit re
20 miſſa † quod tñ ex ſuperuenienti cauſa cautionē ante remiſſam præſtare cogitur, *tex. in c. inſinuante, de offi. deleg.* quib. & ac
21 cedat † quia rei iudicatę exceptio ex dictis duab. ſuborieſ ſententiis minimè obſiſtit ex cauſa nouæ ſuperuenientis, *ff. de except. rei iud. l. ſi à te. in princ. & in l. ſi quis hæres in princ. & in l. ſi mater, §. eandem, ff. eod. tit.* ibi *Mos alia & noua. Et in §. ſi egero, eiuſdē l. iuncta gloſ. in verb. erit:* & abundè, *Socci. in conſ. 18. col. fi. lib. 1.* quod, & ful
22 citur † quia adhoc vt rei iudicatæ exceptio obſiſtat, triplex exigitur identitas: nēpe rei, & iuris, & eiuſdē cauſæ petendi, *ff de re iud. l. cum quæritur cū ſimilibus,* ſed hic aliud ius iā eſt: aliaq. cauſa petendi ex nouis ſententiis, his & conducit *tex. in l. ſi cum vno, ff de excep. rei iud.* in quo *tex. ex noua defenſionis cauſa eueniente minime obſtat rei iudicatæ exceptio.*

Deniq. & conſideranda eſt regia ſchedula ad dominos auditores dicti Pinciani prætorij miſſa, qua ſuper dicto ſequeſtro ius fieri poteſt dictas duas primas ſententias præcipitur † cùm ex hoc rei iudica
23 tę exceptio ſat ſublata videtur *ex Bald. in cap. ſtuduiſti, colum. 2. de offic. deleg. & illic Barba. & DD. in l. iuſtitia, ff. de iuſti. iu. Ang. in authen. de hæred. & Fal. §. ex hæredatos colla. 1. & Alex. in cōſ. 136. col. 2. lib. 2. cum alijs de quibus, Aym. Crau. de antiqui. temp. 1. p. n. 18. & ſeq. & alibi ſæpe traditur.* Et his hactenus.

Doctor Burgenſis Marcus
Salon de Pace.

# ADDITIO.

NV. 1. quòd libellus immutabilis ex cauſa ſuperuenieti poſſit mutari. Adde quia noua actio opus habet noua interpellatione, *Corſet. ſing. 158. verbo iudex Māt, conſ. 179. n. 50. Boe. dec. 41. n. 17 & Muſcat. in prax. S. C. p. 1. gl. petitur nu. 50. & ſeq.* vbi quādo licet libellū corrigi, & informē actionem emēdare, &c. & in melius accomodare, imò & mutare per pariter, *Borrell. in deciſ. tit. 49. p. 1. n. 93. & ſeq.* & de libelli cōcluſione attendēda, *D. Roui. cōſ. 90. n. 4. & D. Theod. alleg. 61. n. 3.*

Nu. 2. *de remedio poſſeſſorio intētādo poſt petitoriū intentatū præſertim ſi diuerſis agatur reſpectibus, &c.* vide omnia *per Theod. allegat. 63. num. 9. & ſequent.*

Et pro tyronibus non diſpliceat diſtinguere aliud eſſe remediū adipiſcendæ, *vt hic per D. Patruū,* aliud retinēdæ, aliud recuperandæ, *inſt. de interdictis per tot. Marant. tract. iudiciorum p. 4. diſt. 7. & Viſcōte concluſ. poſſeſſorium, vbi omnia.*

Nu. 3. *Apud ſupremos Iudices iudicari inſpecta veritate iuris ordine, & libellorū prætermiſſo,* firma exēplo S. C. noſtri, *vt de Franchis dec. 220. n. 5.* & aduerte in cauſis, in quibus proceditur ſola facti veritate poſſe ferri ſententiā ſuper cauſa non deducta in libello, ſed in proceſſu probatā *Magon. dec. Lucen. 54. nu. 7. Anna alleg. 48. num. 14 & ſing. 312.* & eſt deciſum in S. C. teſte *Afflict. dec. 23. & 89. & 322.*

Nu. 4. ponit quando ſequeſtratio fructuū ſit facienda, *Ricc. coll. 328. & 1827. & pra-*



Digitized by Google

*ter eum pract. Papienſ. in forma ſequeſtri gl. ſapiens vir col.* 1. *Maranta in ſing. verb. ſequeſtratio f.* 100. *Viu. opin.* 722. *nu.* 3. *p.* 2. *& Viſcont. concl. ſequeſtrum, & Alex. Raudenſ. de analog. n.* 127. *& ſeq. c.* 39. vbi in quibus caſibus poſſit, & non poſſit fieri.

Num. 5. appellari ab exequutore, quod non poſſit, *arg. l. ab exequutore, C. quor. appellat. non recip. Ricc. collect.* 982.

Nu. 6. effectus ſententiæ transfactę in rẽ iudicatam enunciatur, tamen addas, sm̃ *Maſtril.* operare illam, quod appellans dicitur acquiſiuiſſe ſentẽtiæ, *Maſtr. dec.* 166. vbi omnia, & decem alios caſus penès *Ricc. coll. dec.* 166. in dubio tamen non dici ſententiam tranſactam in rem iudicatam, nec deſertam eius appellationem, *Ricc. collect. dec.* 1273. *&* 1620.

Nu. 7. ſequeſtrũ nemini tollit ius, hinc cùm ſubeſt timor, aut ſuſpictio dilapidationis, & baracteriæ, tunc lite pendente fit ſequeſtratio rei, *Cappell. Tholoſ. deciſ.* 477. *Natt. conſ.* 584. *Anna ſing.* 417. *Caual. deciſ.* 23. *in add. p.* 1. *Muſcatell. de fideiuſſ. mod.* 17 *Grat. dec* 63. *n.* 2. & quando aliquis eſt ſuſpectus de fuga, & aduena tunc ſequeſtrãtur bona, *Milan. dec. Sic.* 11. *p.* 1. & ex hoc dicunt practici non dàri ſequeſtrum, vbi datur fideiuſſio, cùm illud fiat pro ponendis bonis in tuto, *Ludou. dec. Luc.* 51. *col.* 1. *Maſcard. concluſ.* 1298.

Num. 8. aede ad corroborationem de cauſis matrimonialibus cognoſcere iudicem Eccleſiaſticum, *Ant. Scapp. in tract. de iure non ſcripto lib.* 1. *c.* 35. *in* 1. *Viu. com. opi. ver. Iudex laicus, Gaill. in lib.* 1. *pract. obſer.* 38. *nu.* 1. *Farin. q.* 8. *nu.* 18. *de Curt. in diuer. iur. feud. p.* 2. *c.* 2. *n.* 65. *vide c. tuam, ubi Abb. de ord. cogn. c. cum laicus de reb. Eccleſ. non alien. c. auditis de præſcrip. c. excedentibus de exceſſ. prælat. c. decernimus, & c. quanto de iudic. c. lator qui fil. ſint legitimi cum aliis per Graſſ. de effect. cler. effect.* 1. *nu.* 398.

Nu. 9. & 10. qñ Iudex laicus poſſit cognoſcere de cauſa illegitimitatis, & poſt quam ipſe Eccleſiaſticus pronunciauit, vt in *n.* 12. *D. Patruus,* vide *Graſſ. loc. præalleg.*

N. 11. quod ſentẽtia præſumatur ritè, & rectè lata, *Alciat. in tract. præſum. reg.* 3. *præſumpt.* 9. *n.* 2. *Gabr. com. opin. lib.* 7. *tit. de ſent. concl.* 6. *n.* 1. *Menoc. præſump.* 67 *lib.* 2. *n.* 22. *Gram. dec.* 24. *nu.* 7. *&* 8. *Barz. dec.* 12. *n.* 52 *Triui dec.* 15. *nu.* 9. *lib.* 1. *Cornazz. dec. Luc.* 1. *n.* 47. *&* 19. *n.* 10. *& Capyc. dec.* 19. *nu.* 1. præſertim ſi ſit ſententia antiqua, *Ant. Auguſt. deciſ. Rom.* 1303. *lib.* 3. *vol.* 3. *&* 1323. *lib.* 3. *Lancell. dec.* 636. *nu.* 1. *vol.* 1. & vt per eos dicitur antiqua ex lapſu 50. ann. ſed de veritate *Borrell.* 2. *p. dec. tit.* 30. *nu.* 322. vbi de caſibus, in quib. ſententia nõ præſumitur validè lata, *& nu.* 107. qui quando præcipitanter abſque cauſæ cognitione fuit lata, *Reg. Valenz. conſ.* 68. *nu.* 17.

Num. 12. adde ad corroborationem, quod Iudex Eccleſiaſticus poteſt mãdare Iudici laico, & inhibere, vt non ſe intromittat in cauſa ſpirituali, *c. tua de ord. cogn. et c. quanto de iud. Bero. conſ.* 117. *n.* 9. *lib.* 3. *Mandoſ. tract. præd. q.* 11. 12. 13. *&* 14. *Graſſ. de eff. cler. eff.* 1. *nu.* 657. *& ſeq. &* 654. vbi inhibetur, nè procedat cõtra Clericos laicus, *& num.* 398. 400. *&* 401. non poſſe Iudicem laicum pariter cognoſcere de cauſis ſpiritualibus.

Nu. 13. pulchrum eſt circa illud, qñ laicus, vel è contra teneatur ſtare proceſſui alterius, & quando, & quibus caſibus poſſit recognoſcere implorationem brachij, vel eius, quod erit exequutum, prout addas tu omnia per *Graſſ. de eff. cler. eff.* 1. *nu.* 1031. *et per anteced. et ſeq. & n.* 603. *et* 231.

Nu. 14. tetigi in præced. nu. qñ mittitur per Iudicem Eccleſiaſticum aliquid exequẽdum iudici laico, quod ipſe laicus nil valeat examinare, vt omnia per ipſum. *Graſſ. de effect. cleric. eff.* 1. *nu.* 1030.

Nu. 15. facit, quod dicit D. Patruus nu. 12. & 14. & quando denuò examinari debeat proceſſus, per *Graſſ. d. loc. nu.* 603. *& per tot. & nu.* 240. & ad illationem, quæ poteſt afferri, & quod in delictis mixti fori detur præuentio, idem *nu.* 597. *& ſeqq.*

Nu. 16. de probatione malæ fidei parẽtum, *Maſca. de prob. concl.* 1003. *nu* 65. vbi coniecturis, & inditijs probari, *Menoc. caſ.* 225. *Pinell. in auth. niſi tricennale, C. de bon. mater. nu.* 14. *Tuſc. ſing.* 4. *litera M eundem Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *c.* 130. *Viu. opin.* 472. *p.* 2. *& deciſ.* 195.

Nu. 17. *de ſententijs, quæ tranſeunt in rẽ iudicatam,* vt hic, vide *Affl. dec.* 152. *num.* 5. quod ſententia in cauſa matrimoniali non



Digitized by Google

tranſeat in rem iudicatam, *Gail.lib.1.obſer.* *112.n.1.* vbi de ratione, prout ſententia in cauſa beneficiali reſpectu Superioris, quo minus poſſit de iuribus partium inquirere, maximè quando fuit lata contra abſentem, licet contumaciter, & indefenſum, *c. cum olim 7.ext.de dolo, & contum.* & de ſẽtentia expertorum in arte, quod pariter non tranſeat, *Affl.deciſ.33.nu.6.*

Nu. 18. quod effectus ſententiæ ceſſet ceſſante cauſa, vide de omnibus ad ipſam regulam ceſſante cauſa, *per Vaez de principiis, & locis com. vtriusque iur. verb. cauſa ceſſante nu.11.fol.99.*

Nu. 19. de effectu clauſulæ enunciatæ rebus ſic ſtantibus, *Mart.de clauſ.p.1.clau.127.& p.2.clauſ.64.c.3.clauſ.73.Celſ.Hugo tract.clauſul.pag.510.col.1.* & quod intelligatur ipſa clauſula in quacunque diſpoſitione, obligatione, promiſſione, vel pacto etiam iuramento firmatis, *Maſcar. concl.1131 num.27. & concl.1157.num.7. Guttier.pract.qq lib.3.q.42.n.37.& 38. in tract.de tutel.p.1.c.1.nu.23. Grat.c.96.diſcept.forenſ.nu.23.* & quando non ſubſiſtat *Surd.conſ.445.num.16.*

Nu.20. cautio remiſſa, quod ex ſuperueniẽti cauſa præſtari debeat, firma tu in caſu practico, vt debitor in diem valeat conueniri à creditore, vt caueat aduenĩete tempore ſoluere, *Affl.dec.279.nu.4.Carau.rit.167.nu.8.ad fin.* & ita iudicauit S. C. teſte *de Franch. deciſ.* 218. dũ eſt ſuſpectus de fuga, vt practicam ipſam portat *Tartagl.in praxi rer.ciuil.c.1.nu.33.fol.25.* inde ſolent dicti debitores carcerari ad finem aſſecurandi iudicium, *de Franch. dec.143.nu 6.& 7.Viſcont.concl.debitor ſuſpectus de fuga,* ſed quando fideiuſſor eſt non ſoluendo effectus non poteſt creditor petere, vt alium præſtet, *Alex.conſ.60.vol.5. Gomez var.reſol.de contract.c.13.n.13.uerſ. ſi verò*, quod in quibus caſibus limitetur, *id.Viſcont. concl fideiuſſ. r ſi eſt effectus.*

Nu. 21. exceptionem rei iudicatæ non obeſſe ex cauſa ſuperuenienti noua pendet à ſcriptis in ſeq.nu. ex alia .n. cauſa, & actione non dicitur obſtare exceptionem ipſam, *l. Aurelius 29.§.quidam, & ibid.gl.ff. liberat.legat.Dec.conſ.464.Guid.Pap.ſingu.740.* quia commutatione litis alia res eſſe incipit, vt ipſe *Guid.* & vide in non proſequutis non obſtare exceptionem rei iudicatæ, *Bar.ſing.24.Petr.de Rauen.ſing.7.* cũ non proſequutus fuit malitioſè, & niſi nõ proſequuta ſint de appendicijs proſequutorum, *idem Rauen.ſing.385.l.4.C.de iudic.* ſed quid quando petitio eſt generalis, & ſententia etiam generalis, *Bar.ſing.146.& 147.* & proſequutio fuit ſpecialis, id. *Bart. in l.26.ff.de admin.tut.l.2.C.de iud.*

Nu.22. exceptio rei iudicatæ, vt obſtet plura requiruntur ad corroborationem allegatę concluſionis *per D.Patruum ſecundum Dec.conſ.96.col.1.uerſ.ſed poſtea, Io.de Amic.conſ.121.in fin.Vrſil.dec. Affl.53.nu.2.in fin.& dec.326.in fin.Calà de modo articul.nu.632.Honded.conſ.39.nu.50. vol.1. Anna conſ.17.19.& 99.nu.1. Magon.deciſ. Flor.3.nu.18.& 27.& dec.47.num.9. Lan. conſ.34.nu.15.& ſeq.& conſ.65.nu.5. Muſcatel.in prax.S.C.gloſ.iudicata,* nẽpe quod idem petatur. Secundò, quod ſit idem modus agendi. Tertiò, quod ſit eadem perſonarum indẽnitas, *Ann.alleg.8.& ſing.167.*

Nu.23. dum Princeps iuſſit fieri iuſtitiam, quod exceptionem rei iudicatę ſubſtuliſſe videtur, Adde *ſecundum Menoch. de arbit.iud.q.52.lib.2.& Gallupp.in prax. S.C.p.1.c.13.nu.31.* cùm fuerit Princeps ſuperiorem non recognoſcens, vbi *à num. 26.& ſeq.* de alijs caſibus, in quibus non procedit exceptio rei iudicatæ, & non omittas *conſ. Crau.182.* cùm Princeps reſcripſerit, quem audiendum poſt rem iudicatam, quid iuris, & quod pariter ipſa poteſtas appareat communicata S.C.Neap. repreſentanti perſonam Principis, dũ ſolet mandare M.C. quod reaſſumptis actis iuſtitiam faciat aliquãdo in cauſis, in quibus non poteſt procedi per viam appellationis, & ſimiliter in appellationibus deſertis, *Thoro addit.ad de Ponte tit.10.nu.23 verſ.de donis, & expenſ. Vniuerſitat.* quæ exceptio ſolet ſæpiſſimè ad merita reſeruari, *Anna alleg.48.nu.25.* de qua non poteſt cognoſci, niſi vſque ad concluſionẽ in cauſa, *vt num.23. & Anna eius Fil. dict. conſ.18.& 99.* vel vſque ad expeditionem cauſæ principalis, *idem Anna pater ſingul. 446.& Alex.Raudenſ.de analog.in append. par.2.*

SVM-

## ſVMMARIVM.

1 MAioricatur res vendi poteſt regia facultate: etiam ſi eius venditio prohibita expreſſim fuerit etiam interueniente regia facultate & nu. 18.

2 Maioricatus ſucceſſor hæres venditoris, tenetur ſtare venditionis factæ a ſuo predeceſſore, cuius hæres eſt.

3 Maioricatus poſſeſſori, & eius vxori ſi conceſſa ſit facultas regia ad vendendum aliqua bona maioricatus; quilibet eorum poteſt talem rem vendere, etiam mortuo alio.

4 Præſcriptione longiſſima omnis tollitur actio.

5 Maioricatus in bonis procedit præſcriptio longiſſima cum titulo, & ſequentibus pluribus.

6 Præſcribi poſſunt bona eccleſiæ cum titulo. etiam ſi prohibita ſint alienari.

7 Maioricatus bona alienari poſſunt de conſenſu illorum de familia, qui ad illa bona vocati ſunt.

10 Preſcriptio quadragenalis cum titulo tantum poteſt quantum immemorialis.

11 Preſcriptio immemorialis nunquam cenſetur ſublata. Et ibi quid erit in præſcriptione triginta annorum.

12 Præſcriptionis effectus ſunt adeo neceſſarij, quod etiam ſi expreſſim agatur, non poſsũt a partibus tolli.

13 Bona fides ex quibus cõſtare dicatur in præſcriptione.

14 Præſcriptio. 40. annorum iuris errore non impeditur.

15 Bona fides ex quibus cauſetur.

16 Preſcriptio cepta in vita ſucceſſoris, ſi eo viuente finitur, nocet ſubſtitutis.

17 Reſtitutio ex capite ignorantię non competit contra preſcriptionem.

19 Rex nõ poteſt ſibi imponere legem, qua eius abrogetur potentia.

20 Iuramentum operatur clauſulam derogatoriam.

21 Hypothecaria agens, non videtur ius ſuum remittere.

## ARGVMENTVM.

Alienatio maioratus acta per vnum, ex nominatis in facultate regia conceſſa alienandi, an valeat, ſi alij nominati non interuenerint, & quid data præſcriptione cauſata ex titulo d. venditionis, ac bona fide, ita vt reſtitutio nequaquam aduerſus eam poſſit obtineri, etiam ex cauſa ignorantiæ, eo magis exiſtente iuramento, quæ ſiquidem omnia tutiſſime exarantur.

## CONSILIVM XXXXI.

IN hac cauſa Comitis Ciſontani, & ex alia D. Antonium Fadilla (diuino poſtulato auxilio) videtur, dictum D. Antoniũ ius non habere, nec eius filium primogenitum.

Primo, quia oppidum ſuper quo diſertatio eſt
1 tatio eſt regia facultate fuit venditum: quare ab ipſa venditione recedere aduerſarij non poſſunt, *C. de act. & oblig. l. ſicut,* & tenet expreſſe *Matthæ. de Afflict. in conſtit. Neap. lib. 3. rub. 5. in princip. num. 23. & ſequentibus, & deciſione 398. per totam, Roder. Suarez in l. quoniam in prioribus in 2. limita, col. 16. verſ. vtrum autem, C. de inofficioſ. teſtam. & in alleg. 3. num. 4. & Gregor. Lup. in l. 52. titul. 9. par. 6. in verb. No valdria. column. 11. verſ. ſed quæro, & nos plura adduximus in repetit proœmij legum Tauri n. num. 225. & ſequentib.* Quin etſi regia
2 non ineſſet facultas † cùm dictus Antonius ſui patris vendentis hæres fuerit, illi aduerſari non poterat, *l. cùm à matre, C. de rei vendi. l. 24. titulo 13. par. 5. tex.* etiam *in l. vnum ex familia, §. ſed ſi vno, ff. de leg. 2. & illic Paul. Caſtr.* qui etiam loquitur in bonis maioricatus, & ad idem eſt optimus *text. in l. filiusfam. §. cum pater, ff. de legat. 1. DD. in cap. 1. §. ſi vaſſallus in tit. ſi de feud. fue. con. int. domi. & agna. & in cap. 1. §. 1. colu. 3. de alie. feud. pater & Bald. in l. qui ſe patris, col. 7. verſ. item queritur, C. vnde libe. & DD. in cap. 1. § hoc quoque de ſucceſſio. feu. Fulgo. in conſ 67. pater. colum. 2. & Alex. in conſ. 32. viſo. col. fin. lib. 3. Dec. in cõſil. 38. circa primum, col. 4.* probatur *in l. 1. C. de bon. mater iuncta. l. ſiue poſſeſſio, C. de euict. & in l. cùm vir. ff. de vſucap. cum alijs de quibus ſupra memores fuimus in conſ. 34 in hac lite num. 38. & ſequentib.* Quæ, & obtinere videntur, & ſi contractus ſit nullus, *ex tex. in l. ſi ab eo, C. de libe. cau.* cuius ad hoc meminit, *Ioan. Fab. in d. l. cum à matre,* ſicut nec venditor ipſe ipſam alienationem diruere valeret, *vt in l. quotiens in 1 C. de fideicom. & in l. codicillis, §. inſulam, ff. de leg. 2. & in l. nihil, §. omnibus, ff. de leg. 1. gloſ. in d. l. cùm vir. ff. de vſucap.* & ſat probatur *in l. vendicante, ff. de euict. cum alijs.*

Nec

Nec oberit dicere, quòd dicta regia facultas fuit lata, vt dicta venditio à patre & matre dicti Antonij, & ab ipſo D. Antonio fieret, nam præter hoc, quòd & ab
3 vtriſque edita venditio fuit † contentum in d. facultate in ſingularitatibus reſoluitur: ita quòd ſat ſit, à dicto patre dicti D. Antonij cum dicto Antonio ſiue dicta eiuſdem patris vxore facta, *ex tex. in l. falſa, §. fin. ff. de condi. & demonſtrat. & in l. 3. ff. ſi quis cau. & in l. 3 ff. de nego. geſt.* & ſi princeps interrogaretur, an ita velit, veroſimile eſt, quòd hoc idem concederet; & ob id pro conceſſo habendum eſt, *l. Titius §. Lutius. ff. de libe. & poſthu.* traditur *in l. tale pactum, §. fin. & ibidem gloſ. & Doctores, ff. de pact. & alibi ſæpe.*

Verum, & præſcriptio cauſata cum dicto titulo venditionis, ſat eſt ad excluſio-
4 nem aduerſarij † quia longiſſima præſcriptione omnis aufertur actio, *C. de præſcriptio. 30. vel 40. anno. l. ſicut, & l. omnes capitulo ad aures de præſcrip. & in cap. noluimus 16. quæſt. 4. & 3 parti. titul. 29. l. 21.* enim longiſſima præſcripto non potentis odio conſtituta: & ob id mala fide ciuile ius poſſe currere ſancit. *in d. l. ſicut, & in d.*
5 *l. 21. titu. 29. par. 3.* Et quòd † præſcriptio illa longiſſima in maioricatu etiam locũ habeat (& ſi complura ſint in contrarium) vrgere tamen videtur, quia ſecundum commune docentium votum, res alienari vetita, 10. vel 20. præſcribitur annis, vt tenent *Bartol. & DD. in l. filiusfamil., §. diui, ff. de leg. 1.* & præcipue *inibi, Alexand. colum. 8. ex text. in l. quotiens ab omnibus, C. de fideicommiſſ. & probatur in l. qui hæredi, §. ſi pars, ff. de condict. & demonſtra.* & eſt magis communis opinio, prout teſtatur *Balb. in tract. præſcript. 5. par. 5. partis 4. quæſt. colu. 3.* & tenẽt *DD. in cap. cum non liceat de præſcrip.* quin & res reſtitutioni ſubiecta longiſſima præſcriptione præſcribitur, vt tenent *Paul. Caſt. & alij in l. fin. §. ſin autem, C. commun. de leg. & fideicom.* & probatur *in cap. 1. §. ſi quis per. 30. ſi de feud. fue. cont. int. do. & agna.* & tenet *Iaſ. in relect. dicto §. diui col. fin. & Alexand. in conſ. 59. attentis verbis, colu. 4. lib. 2. & in conſ. 2. quoniam colu. penul. verſ. ad ſextum li. 5. & Corn. in conſ. 304. rem arduam col. 12. lib. 3. & in conſ. 38. placet col. 3. lib. 1.* & inibi dicit hoc probari *in l. in rebus, omnis C. de iur. dot.* idem & conſuluit, *Iaſo. in conſ. 57. in cauſa mota num. 5. lib. 1. Balb. in d. eius tract. 5. par. partis q. 5.* & ſpecialiter, quod in rebus maioricatus præſcriptio locum habeat, conſuluit *Soccin. in conſ. 47. facti li. 3. & Card. Paul. Pariſ. in cõſil. 23. prima num. 197. & ſequentibus, & n. 204. lib. 1.* & latiſſimè *Andr. Tiraquell. in tract. de primogenitura, quæſt. 30. per totam,* vbi ex pluribus defendit *Soccin.* qui idem tenet *in conſ. 47. in 4. quæſt. lib. 3. Pinel. in authen. niſi triennale num. 23. & ſequentib. C. de bon. mater.* prout & in Eccleſiæ re-
6 bus etſi alienari prohibitis præſcriptio quidem procedit *cap. de quarta de præſcrip. authen. quos actiones. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & minorum res, quæ alienari prohibentur, *(l. magis puto, §. 1. cum ſuis ſimilibus, ff. de reb. eor.)* præſcribi tamen poſſunt, *ff. de vſucap. pro empto. l. 2. §. ſi à pupillo cum alijs*
7 & hæc confirmantur † quia fideicommiſſi, & maioricatus res & domus extra familiam alienari prohibita, illorum de familia communi aſſenſu alienari quæũt, *ff. de leg. 2. l. cùm pater, §. libertis, & in d. l. quotiens in 1. C. de fideicommi.* & ideo præſcribi poterunt, nam cùm illi de familia rem tanto tempore non petierint, tacitè videntur alienationi conſentire, vt tenẽt *Bartol. & DD. in d. §. diui, et alibi ſæpe traditur.*

Quin cùm non datur agendi impedi-
8 mentum † decennium ſufficere ſeu 20. annos (etiam in fideicommiſſi rebus) tenet *Cin. in d. l. fin. §. ſin autem, C. commun. de leg. et fid. commi. et ibidem* idem firmant, *Bellapert. et Baldus.*

Quæ omnia ob id maximè obtinent, quia præſcribens à prohibito titulum nõ
9 habet, ſed ab alio † in quo caſu indiſcriminatim rem alienari inhibitam, & fideicõmiſſo ſubiectam præſcribi poſſe exiſtimauerunt, *Cin. colum. penult. et antiqui in l. fi. C. in quib. cau. in integ. reſti. non eſt nece. & Bald. in l. 2. C. de vſucap. pro empto. & in d. l. fin. §. ſed quia, colum. 3. C. commu. de leg. & illic Iaſon. colum. 3. Albero. in cap. 1. in princip. colu. penul. in tit. per quos fi. inueſti. & in cap. 1. §. hoc quoque col. 6. de ſuccc. feud.* & eſt DD. commune placitum, vt ait *Loaz. in repet. d. §. diui num. 101. & illic Crot. num. 144. concluſio. 5. & Iaſ. in authen. tit. res quæ, colum. 2. C. commu. de leg. Corn. in d. conſil. 304. lib. 3.* & habetur *in l. pater & filium, §. quindecim libertis, ff. de leg. 3* & tradit latè *Card. Paul. Pariſ. in d. conſil. 23. num. 204. & ſequent. lib. 1.*

Præterea & præſcriptio 40 annorum
10 cum titulo † tantum operatur ſicut immemorialis *cap. 1. de præſcript. lib. 6. cap. ſuper quibuſdam, §. præterea de verbor. ſignif.* tenet *Abb. in cap. dudum col. 2. de decim. & in cap. ſi diligenti col. 8. de præſcript. & Cur.*

Iun.

*Iun.in conſ.20.præſupponitur.* Et eſt bonus tex. *in l.fin.in finalibus verb.C. de præſcript. long.tem p.& in l.ſi ego,§.1.ff.de publica.* & tenet *Paul.Caſtr.in l.ſeruitutes ea magna, ff.de ſeruitu.tit.generali.* Quare, etſi in maioricatu non haeat locum præſcriptio 40. annorum immemorialis verò videtur quòd ſic, ſeu 40. annorum cum titulo

11 quæ idem eſt † præſcriptio enim immemorialis nunquam ſublata videtur, *vt in authen.vt de cætero commuta.eccleſ. & ibidem Ang. colla.5.& Doctores in l.1. C. de præſcript. 30. 40. anno.cum alij de quibus moder.in rub.de præſcript.& Balb.in d. eius tract.præſcrip.3.part.5.partis,quæſt.8. Boer. in dec.39.præſcriptio.num.12.& latè Card. Pariſ.in conſil.* 101.*bona num.48.lib.* 1. & *in conſil.25.vidi.num.17.lib.4.* quibus, & fauet *optimus text.in l finali,C de fund.patri. lib.* 11.cuius text. meminit *Balb.in d. eius tract.2.part.5.partis queſtione 1.colum.2. in fin.poſt Bald.in l.comperit, C.de præſcrit.30 vel* 40 *anno.* quæ & ſuadentur, quia & ſi ſtatuto al auè conſtitutione ſanciatur, nullam obſtare præſcriptionem, ob id præſcriptio tantum longi temporis ſublata cenſetur, non verò longiſſima 30. annorum, vt tenet, *gloſ.in cap.1.§. præterea, in verb. præſcriptionis de capi. corra. & illic Velloui.Nico.* Neap. *Laudem.Bald.Alberic. Præpoſ. & illic Barba. in additionibus, & Abb. in cap.fin. col. 8. de præſcript. Aretin. in l.quandiu,col.2 ff.de aqui.hæred.c.Iaſo.in l.1.col.ante pen.C.de ſeru.fugi.& eſt ſimilis gloſ.in cap.1.de probi.feud.al. per Federic.*

12 Vlteriùs his & conducit † quia præſcriptionis effectus ſunt adeo neceſſarij, quod etiam ſi expreſſim agatur, non poſſunt à partibus auferri, *authore, Bartol.Cuma. Alexand.& recentio. in l.nemo poteſt,ff.de leg. 1.Bald.poſt alios in l centurio,col.fin.ff. de vulg.& pup.ſubſti.& in authent.quas actiones,col.3.C.de ſac.ſanct.eccleſ. & in l. paſciſci.2.lectu. in fine, ff. de pact. & in l. ſi quis poſtquam.ff.de fideiuſſo.& in l.fin. §.fin. in princ.C.de tempo.appell.* & eſt communis opinio *teſte Felin.in rub.de præſcript.tract. 5.par.5 partis principalis.6.quæſt.*

13 Et bona fides † ad præſcribẽdum quòd hic adfuit conſtat.

Tum iuris præſcriptione, *C. de euict.l. pen.& ff.pro ſol.l.merito, tenet Bartol. in l. Celſus,col.3.ff. de vſucap. cum alij ſupra à nobis citatis in conſ.3.num.*101.

Tum ex fama & auditu bona fides oritur, *ex d.l.pen.* notat *Abb. in cap cura. col. fin.de iurepatron. cum ſimilibus citatis per Barba.in conſ.51.col.2.libro* 4. & ex curſu longiſſimi temporis, *l.fin.C.vnde vi. & in d.l.Celſus. Et ibi moder.in cap.ſi diligenti*

14 *de præſcript.* quin & † quadragenaria præſcriptio. iuris errore non impeditur, *l.8.titul.14.part.1.text.in cap. peruenit. de empt. & vendi.& illic Anton.col. 1. & Imol. & idem tenet Anton.in d.cap.cura.de iur.patr. col.3.idem Imol.in cap fin.columu.4.de præſcript.& Paul.Caſtrenſ.in d. l. Celſus* Rom. *in conſ.123.circa primum col.3.* cùm verò caſus ambiguus eſt, tunc nec errore iuris lõga diruitur præſcriptio *capitulo cùm de cõſuetud.* traditur *in capit.1. de poſtul. prælat. libro 6.DD.in d.cap.de quarta de præſcript. & alibi ſæpe.*

15 Tum & denique † quia bona fides cauſatur non tantum ex iuſtis cauſis, ſed etiã ex iniuſtis, & temerarijs rationi, vt ait *gloſ.* notabilis *in l.1.in verb. receſſit, & ibi Baldus,C. vbi cauſ.ſta.cuius gloſ. meminimus ſupra in conſil.4.in cauſa.nu. 17.*

Denique. Et cùm præſcriptio cæpit in

16 vita ſucceſſoris † & præſcriptio finitur; nocet ſubſtitutis, *vt per Corn.in dicto conſilio* 304.*col.12.lib.3. & tenet Card.Paul. Pariſ in conſ.1.num.125.lib.1.* Et tradunt alij DD. quos iam citauimus *in præſenti num.5.*

Nec ex capite ignorantiæ reſtitutio cõ

17 petit † nam & plerique tenent ex capite ignorantiæ teſtamenti, ſeu iuris aduerſus præſcriptionem, reſtitutionem minimè concedi, *ex l.fin.C.de long.tempo.præſcript.* & tenet *Baldus in l.1.in 24.oppo.C.qui admi.& Cuma.in l.cùm filius,§. in hac, ff. de verbor.obligatio.Ancha.in conſ.170.principaliter.*

Tum, quia legibus regiis non cauetur, ex capite ignorantiæ ſiue iuris aduerſus præſcriptionem reſtitutionem dari: ſed in aliis cauſis diſſimilibus: vt conſtat *3. par. titul.29.l.28.& 6.parti.titul fin.l.ſi.*

Tum etiam, quia contra longiſſimam præſcriptionem (de qua hic agimus) quod nulla concedatur reſtitutio probatur *in d.l.fin.C.de fund.patrimo.lib.11.& in l.fin. C.de long.temp.præſcript.& in d.l ſicut. & in d.l.omnes,in fine,tex.commodus in cap.2. de præſcrip.lib.6.Ancbaran.in conſ.170. & Aretin.in d.conſil.103 breuitas,col.2.& in l.qui vniuerſas,§.fi.col.2.ff.de acqu.poſſ.Soc in l.cùm filius,§.in hac colu.penult.ff.de verbor.obligat.Alexand.in conſ. 163. viſo proceſſu cauſæ lib.2.* (& ibidem citat *Angel.in d.l.ſicut*) *idem Alexan.in conſ.155.viſo themate,col.fin.lib.2.Cur.antiq.in conſil. penul. col.3.Dec.in conſil.29.colum.2. & 3. Card. Paul.Pariſ.in d.conſ.1.num.124.lib.1.Socc.*

Iun.

Digitized by Google

*Iun.in conſ.22. pulchra,col.fi.lib.1.& prius Socin.in conſ.164.viſa bulla col. fin. lib.2.* & optimè *in conſ.194 ſubtiliter col. 3.* tradunt *moder.in authen.quas actiones, C. de ſacroſanct.eccleſ.*

Tum & denique,quia & illi qui tenuerunt,ex capite ignorantiæ ad erſus præſcriptionem quem poſſe reſtitui n on quidem loquuntur, niſi cùm ignorantia probabilis datur,vt tenet *Imol.in d.cap. fin.de Præſcript. col. 32.* & probatur *in d.l. ſicut prope finem,C.de præſcript.30.vel 40.anno, & in l.nec ſupina,ff de iur.& f ct. ignor. & Anchar.in d.conſ.170.*

Rurſus,& dictę véditioni minime obſtat, quòd in ſcriptura dicti maioricatus
18 (facultate regia con ecta)ſit conſtitutum quòd ip us maioricatus bona vendi etiã cum regia faculta e non poſſint abrogan turquè inibi futuræ venditiones.

Quia in dicto maioricatu nulla clauſula derogatoria futuræ facultatis regi imponi valuit,*ex tex.in §.vis autem ciuile inſti.de iu.natu.tenet Bald.in prolud.feudorũ, char.3.& Ioan.Monach.in cap 1.de conſtit. in 6 & Iaſ.in conſ.227. pro enucleanda, col. fin. verſ.primò quòd lib.2.* Quin nec ipſe
19 rex † ſibi poterat legem imponere,quæ eius abrogetur pot ntia *ex l. ſi quis in principio teſtamenti ff.de leg.3.& l.Seyus,& Augerius,ff.ad l.Falcid.notat Paul. Caſtren. in l.humanum, C. de legib.* & inſignè *Iaſon. in d.conſ.227.col.14.* cum alijs de quibus memores fuimus *in repet. proœmij legum Tauri.num.462.*

Tum quia dicta venditio iuramento
20 fuit munita † quod iuramentum operatur clauſulam derogatoriam clauſularum *ex gloſ.in cap.cum non deceat, de el ct. lib.6.* notat *Bald.in l.ſancimus.C.de teſta.*cui ini bi recentiores aſſentiunt,& ſat inſtruitur ex ſententia(*Ioan.Andr. in regul. quod ſemel de regul.iur.in 6.Bartol.in d.l. ſi quis in principio teſtamenti cum aliis quorum meminit, Iaſon. in l. pacta nouiſſima, C. de pact. colum.1.*

Nec etiam aſſeri poteſt, dictum comitem iuri quod habebat, quòd ſibi bona
21 venderentur ex eo remittere cenſendum eſt, quòd hypothecæ ius petierit, *ex text. in l.cùm de indebito,ff. de proba. cum aliisq. Dec.*ad hoc tradit *in conſ.468.puncto num. 6.* & agere quis poteſt hypothecariã ad rem,ſuper cuius dominio controuertitur, *vt in l.reus, & illic.Bald.C.de iu.doti.Dec. in l.nec pignus, ff. de reg.iur.* & ex iure ex cauſa de præterito ſuperueniente potuit comes tractare de iure primeuo, & de venditione facta, & facienda, *l.ſi rem alienam,§. fin.ff.de pigno.act & in l.ſi mandauero tibi,vt à Titio,ff.mand.& vtrobique ſcriben.& in l.non poteſt,ff.de iudi.*

*Marcus Salon de Pace Legum Doctor Burgenſis nuncupatus.*

# ADDITIO.

AD Conſ.41.Circa prohibitionem alienationis bonorum maioratus, Aduarte,quod prohibetur alienatio huiuſmodi bonorum, etiam ſi per cõtractum maioratus conſtitutus fuerit quamuis alias per contractum alienatio prohiberi non poſsit ad finem, vt alienatio impediatur, prout latè probat *Molina de Hiſpan.primogen. lib. 1. cap.12.num.32.*

Num.1.*Quod maioratus, res vendi poſſit cum Regia facultate*, Aduerte, quod hæc opinio non eſt ita ſimpliciter vera, nam *Gomeſ. ſuper l. 40.taurin.num. 89.*latè diſputando tenet Principem, etiam de plenitudine poteſtatis id cõcedere non poſſe, & *Molin.in tract.de hiſpan.primogen. lib.4. cap. 3.* firmat Principem non poſſe abſque iuſta, & legitima cauſa id concedere,& ſignãter ex cauſa publica, & ſi eiuſdem maioratus euidens vtilitas interueniat,& poſtea tractat de prædictis cauſis,& tandem *num.28.*probat exiſtente iuſta,& legitima cauſa ad concedẽdam alienationem, ipſam præuia Regia facultate factam eſſe ſeruandam, non obſtante expreſſa prohibitione facta per primum maioratus inſtitutorem, nec alienatio fiat, etiam cum Regia licentia obtinenda, Immò eandem limitationem factam ſub conditione ſi Princeps conſenſerit non poſſe,etiam ante optemptum Regium Aſſenſum reuocari, firmat *idem Molin. ibidem num.* 48. Verumtamen huiuſmodi Regia facultas non confirmabit alienationem antea factam, niſi Princeps ſciens alienationem factam id conceſſerit, ita poſt alios declarat,

Oo *idem*

Digitized by Google

*idem Molina in eod.lib.*4.*cap.* 5. *nu.* 33. 34. Et an quando Princeps poſſit maioratui derogare, tã de poteſtate abſoluta, quã etiam de iuſtitia ordinaria ex iuſta, ſiuè publica cauſa, vide latè, per *Regentem de Ponte conſ.* 152. *per totum vol.*2. vbi omnes adducit, & declarat.

Ad nu.2. quod ſucceſſor in maioratu hæres venditoris non poſſit alienationi contrauenire multos ad hoc addidi in *conſ.* 34. *num.* . . & de hoc latè agit, *idem Moli.in d.tract.lib.*1.*c.*1. *nu.* 17. *cum.ſeq.* vbi limitat, & declarat, rerepeto tamen omninò videndum *ibi citatum D.Præſid.Capyc. Galeot. virum Doctiſſ. & Senatorem Integerrimum in controuerſ.*5. *lib.*2.

Ad nu.4. *Quod ſucceſſor in maioratu volens reuocare alienationem factã per prædeceſſorem excludatur præſcriptione longi, vel longiſſimi temporis,* vidè late de hoc *per Molin.in d.tract.lib.*4.*c.*10. *per tot.* concludentem, non habere locum præſcriptionem longi temporis, ſed tm̃ longiſsimi 30. vel 40. annorũ, eundem articulũ tractat *Gomez.in d.l.* 40. *taur.nu.*90. & diſtinguit eodem modo verum latè declarat, quãdo procedat, & quod titulus requiratur, & an ſufficiat, ſi fuerit habitus à prohibito alienare.

Ad nu.6. *Quod bona Eccleſiaſtica alienari prohibita præſcribi poſſint,* an, & quando hoc procedat, vide latisſimè, *per Rodoan.in tract.de reb.Eccl. non alienã.*

Ad nu.7. Quando dicta bona maioratui ſubiecta alienari poſſe de cõſenſu eorum de familia, qui ad illum vocati ſunt, aduertẽdum eſt, quod hoc benè procedit ad finem, vt is, qui alienationi conſenſit non poſsit contrauenire, prout tradit *Molin.in d.tract.lib.*4.*c.* 1 *nu.* 16. non tamen poterit alijs præiudicare, vt declarat *idem Molina ibidẽ nu.*2. prout etiã dicitur de eo, qui conſenſit alterationi, & mutationi conditionum maioratus, nam talis conſenſus eidem conſentienti tm̃ præiudicabit, non autem alijs, qui non conſenſerunt, nec nati ſunt, prout poſt alios probat *idem Molin.in d.tract.lib.*1.*c.*8 *nu.*26. *cum ſeq.* & de agnatis conſentiẽtibus legitimationi naturalis, quod alijs ſequentibus in feudo præiudicet, latè, modernè, & optimè, *D.Petr. Iordanus Vrſinus digniſſimus Præſes S.C. Neapol. noſter Hiſpanus, vir natalibus, morum integritate, & doctrina inſignis, in vtilisſimo eius tract.de ſucceſſ.feud.p.* 1.*q.*3.*ar.*2.*ſub nu.*27.

Nu.8. Quod rebus ſubiectis fideicommiſſo non dato impedimẽto ſufficiat præſcriptio 10, vel 20. annorum, ſm̃ opinionẽ *Cyn.* Aduerte, quod communis opinio eſt *contra Cyn.* quod non ſufficiat præſcriptio longi temporis, ſed requiratur præſcriptio longisſimi 30. vel 40. annorum, ita teſtatur *Pereg. in tract.de fideicom.art.*41.*nu.*14. nondũ autem facto caſu ſubſtitutionis præſcriptio non procederet, prout declarat *idem in eodem art.num.* 16. & propterea in feudalibus deſcenſiuis, vel agnatitijs, prout ſunt huiuſmodi maioratus non natis, vel agere non valentibus nullam currere præſcriptionem, latè probat, & declarat *idem Peregrin. ibidem num.*17.

Nu.9. Aduerte, quod autem ſumus in tertio poſſeſſore habente titulum à prohibito alienari, & tunc ſecundum communem oipnionem requireretur huiuſmodi pręſcriptio longisſimi temporis 30. vel 40. annorum, prout declarat poſt alios *Pereg.in d.art.*41.*nu.* 14. aut habet cauſam legitimam ab alio non prohibito, & tunc ſufficeret præſcriptio longi temporis, prout *per eundem Peregr.ibid.nu.*15.

Nu.10. vide *D.Reg.Valenz.conſ* 18.*n.* 14.

Num. 11. quatenus dicitur, quòd præſcriptio immemorabilis numquam ſublata videtur, Adde, quód in hoc adeſt maxima controuerſia inter DD. de qua latisſimè tractat *Anto.Gabr. cõm. concl.lib.*5.*tit.de præſcrip.concl.* 1.*n.*27. *cum ſeq.* vbi opiniones DD. contrarias diſtinctionis fædere concordat, & quod præſcriptio centenaria nunquã

cen-

cenſeatur ſublata, poſt alios tenet *Gaſpar Theſaur. lib. 2. quaſt. forenſ. q. 27. num.* 14. & ante eos *Tiraquell. de retr. conuentional.* §. 1. *gloſ.* 2. *num.* 25. *cum ſequent.* & quod non cenſeatur ſublata, nec etiam præſcriptio 30. vel 40. annorum, prout etiam dicit hic *Author* firmat poſt alios *idem Tiraquellus in eadem gloſ. num.* 12. *& in titul. praced. de retractu lignagier.* §. 1. *gloſ.* 10. *num.* 15.

Num. 12. *Quod effectus praſcriptionis non poſſint à partibus tolli*, Aduertendum eſt, quod licet non valeat pactum omnem præſcriptionem tollens, prout quamplures Doctores cumulans firmat idem *Tiraquell. in d. tract. de retr. conuent.* §. 1. *gloſ.* 13. tamen ſecundum magis communem DD. opinionem poteſt renunciari præſcriptioni, 30. vel 40. annorum, prout teſtatur *idem Tiraq. ibid. num.* 14.

Num. 13. *Quod bona fides praſumitur.* Adde, quod latisſimè de hoc agit *Anton. Gabr. commu. concluſ. lib.* 7. *tit. de criminalibus concluſ.* 2. *num.* 27. *cum ſeq.* vbi eandem concluſionem limitat, & declarat.

Num. 14. *quatenus tenet Iuris errorem nō impedire praſcriptionem quadragenariā*, adde, quod ſuper hoc eſt maxima inter DD. controuerſia, nam regula eſt iuris errorem præſcriptionem impedire, de qua per *Gabr. in d. tit. de praſcriptionibus concluſ.* 14. *num.* 1. 2. quam licet ſecundum nonnullos Doctores limitet non procedere in præſcriptione 30. vel 40. annorum *num.* 3. tamen *num.* 4. allegat quamplures alios Doctores contrarium tenentes, itaut hanc vltimam opinionem, quod impediatur præſcriptio, etiam 30. vel 40. annorum teſtatur etiam magis communem, verum cauſ m ampliat, & limitat multis modis, vt ibi videri poteſt, Et inter alias limitationes *num.* 7. tradit limitationem de errore iuris du bij, vt tunc non impediat præſcriptionem, prout hic Author fundauit.

Ad num. 15. *Quod bona fides cauſetur, nō tantum ex iuſtis cauſis, verum ex iniuſtis, & temerarijs cauſis*, adde *eundem Gabriel*, qui latè hoc comprobat *in dicto tractat. commun. concluſ. lib.* 7. *tit. de criminalibus concluſ.* 8. *numer.* 33. 34. *&* 35.

Num. 16. *Quod praſcriptio, quę capit in vita ſucceſſoris, & eo viuente finitur noceat ſubſtitutis*, aduerte, quod in contrarium non eſſe com. opin. quod non natis, ſiuè ſucceſſoribus ſubſtitutis agere, tunc non valentibus non obſit præſcriptio, prout notaui ſupra *in hoc conſil. num.* 8. vbi etiam adduxi DD. in ſpecie de maioratu ſequentes.

Num. 17. *Quod nec ex capite ignorantia reſtitutio competat ſubſtitutis aduerſus huiuſmodi praſcriptionē*, aduerte quod *contrarium tenet Peregrin. in d. tract. de fideicomm. articul.* 41. *num.* 12. vbi plures adhoc allegat, & loquitur etiam de pręſcriptione 30. vel 40. annorum, *& vide eundem num. pracedent.* vbi etiam loquitur de ſcientia, vel ignorantia teſtamenti, an quando attenditur, & vide nouisſimè, *per Sfort. Odd. in tract. de reſtitut. in integr. quaſtio.* 90. *art.* 4. *&* 5. vbi etiam de præſcriptione 30. vel 40. annorum.

Num. 20. quatenus dicitur, quod iuramentum operatur clauſulam derogatoriam clauſularum, aduerte, quod hæc eſt opinio valdè controuerſa inter Doctores, adeò vt contraria opinio videatur magis communis, vt per *Antonium Gabriel.* qui etiam opiniones contrarias diſtinctionis Lectore concordare conatur in *dicto tractatu commun. concluſionum, lib.* 2. *titul. de iur. iurand. concluſ.* 4. *numer.* 2. *cum ſequent.*



Digitized by Google

## SVMMARIVM.

1 TERRAE *culta de nouo reducenda ſũt ad paſturam.*
2 *Poſſidentis conditio melior eſt in re communi.*
3 *Teſtes cuius ætatis, & qualitatis eſſe debent ad probandam immemorialem.*
4 *Præſcriptio non poteſt cauſari circa inculta ad hoc, vt non reducantur ad culturam, & ſequentibus.*
5 *Præſcriptionis extenſio non fit de re ad rem, nec de perſona ad perſonam.*
6 *Iudicandũ eſt in dubio cõtra præſcriptionẽ.*
7 *Gabellæ non ſunt diuidendæ, nec diſtribuendæ inter oppidanos alicuius villæ, & locorum tali villæ ſubiectorum, & ſequentib.*
8 *Diuiſio inter homines vniuerſitatis facieda eſt pro ea parte, pro qua fuit in onere, portio & contributione pro modoq. cõtributionis.*
9 *Opinio vltima alicuius gloſæ videtur à gloſa approbata.*
11 *Lucrum qualiter diuidatur inter ſocios.*
13 *Diſtributiuum non ſemper æqualiter debet diſtribuere.*
14 *Paſcuis publicis æqualiter debent vti habitãtes in ruri, ſicut & habitantes in oppido.*
15 *Præſcriptio minor quadraginta annorum non currit contra vniuerſitatem.*
16 *Priuilegium qualiter contrario vſu perdat vniuerſitas.*

## ARGVMENTVM.

Terræ incultæ communes inter duo oppida, ſi ad culturam ab vno ipſorũ fuerint redacta, an debeant ad priſtinum reduci, non obſtante immemorabili conſuetudine in contrarium propoſita, & pariter reſpectu gabellarum intra oppida percepturum, ſi pro æquali portione exigi debeant, vel iuxta ciuium numerum breuiter reſoluuntur.

## CONSILIVM XXXXII

Diuino auxilio inuocato. In cauſa oppidi de Vergara, & eius diſtrictum, & Vniuerſitatẽ de Anzola dicti oppidi de Vergara ius breui probabitur.

1 Primo, quod aduerſarij † tenentur reducere terras cultas ad paſcua (ex quo communia ſunt) ſuper quibus hæc lis tractatur vt conſtat *in l. 2. C. ad l. Aquil. in l. præſes, & in l. ſi manifeſta. C. de ſerui. & aq. & in l. ſed ſi quis. §. ſed nec ſeruitus, cùm l. ſequentibus. ff. de vſufruct.* & inſignẽ. *Capol. in tracta. ſeruitut. rul. de ſerui. ru. paſcen. col. 14.* Ex quibus ſuboritur praxis huius regiæ cancellariæ, qua iudicari conſueuit, à quadraginta annis in paſcuis communibus culta ad paſtum commune redenda, & prædictis addenda eſt regia ſchedula, & liſta in hoc Pinciano oppido. 20. die Marci anni 1551. Quæ viſa eſt ſeruari in pragmaticis anni. 1552. quæ fuerunt confectæ circà modum locationum defenſarum cap. 2. Et habetur *lib. 7. noua recopil. tit. 7. l. 22.*

3 Quæ & ſuadentur † quia in re communi melior eſt conditio poſſidentis. *l. Sabinus. ff. commu. diuidun. §. religioſum inſtit. de rer. diui.* & maximè cùm prohibens tractat. ad priſtinum ſtatum rem euoluendã, vt aduertit *glo. in d. l. Sabinus. cum alijs quorum Iaſo. meminit. in l. ſerui electione. §. 1. co. 4. ff. de leg. 1.*

Nec immemorialis conſuetudo (quam aduerſus prædicta aduerſarij allegant) prędictis refragatur.

Tum, quia conſuetudo immemorialis
3 non eſt probata, nec probari potuit † ſiquidem teſtes non ſunt 54. annorum, & ita illis immemorialis conſuetudo ſiuè præſcriptio probari non poteſt *authoribus Lap. & Gemi. in cap. 1. de præſcript. lib. 6.* traditur *in l. ſi arbiter. & ibi glo. ff. de probat. optimus tex. in l. 41. in legibus Taurinis, qua habetur lib. 5. noua recopil. tit. 7. l. 1.* Nec ipſi teſtes loquuntur cum qualitatibus ad immemorialem requiſitis, quæ traduntur *in d. cap. 1. & in cap. ad decimas de reſtit. Spol. lib. 6. & DD. in cap. præterea. §. ſuper quibuſdam de verb. ſigni. & in l. ſi arbiter. & ibi eſt glo. ff. de probat. & in l. ſi certis annis. C. de pact.* & probatur *in d. l. 41. in legibus Tauri.*

4 Proinde nec reſpectu eorum † quæ inculta ſunt poteſt dici aliquã præſcriptionem cauſatam.

Tũ, quia tantũ dicitur præſcriptũ quãtũ poſſeſſum. *de præſcript. cap. auditis, & in l. 1. §. ſi quis hoc interdicto ff. de iti. actuque priua. Innocen. & DD. in capitulo dilectus. de capel.*
5 *monacho.* Nec † præſcriptionis fit extenſio de re ad rem, nec de perſona ap perſonam. *cap. cùm contingat, & in cap. cum in tua. de decim. l. deniq; cum ſeq. ff. ex quib. cau. maio. & vtrobiq. DD. cum alijs de quibus recentio. in d. cap. auditis,* & ſat etiam probatur. *in l. 1. §. Iulianus. ff. de iti. actuq. priua. cuius ad hoc* meminit *Bartolus in authentica, qui rem col. fin. & illic Iaſo. n. 21. C. de ſacroſanc. eccleſ. & Bartolus in l. poſt dotem. col. 10. ff. ſolut.*

Digitized by Google

*ſolut.matrim.& in l.iuſiurandi.§. ſi liberi.ff. de ope. liber.* quæ & ſuadet *text. in capitulo quod translatione de offic.leg.* & ob id *Bald. in l.fin.col.4.verſ. vnum aliud. C.cōmu.vtri. iud.*cenſet, conſuetudinem tantum habere de potentia,quantum de vſu, & ſuos nō poſſe excedere fines cui adſtipulatur. *Iaſo. in l.de quibus.nu.24.ff de legib.*

Tum etiam,quia cōſtat de initio, & ob id præſcriptio, ſeù conſuetudo immemorialis eſſe non poteſt, *ex traditis in d.cap 1. de preſcript lib.6.& illic Ioan.Andr.& alij.*

6 Tum, quia † in du io contra præſcriptionem iudicandum eſt,vt conſuluit *Bald. in conſ.450.lib.4.cum alijs traditis per Aym Cranet.in conſ.29.pro clariori. nu.9. lib.1.in conſ.201.præſupponitur nu.37.lib.2.*

Verum quoad punctum quod gabellarum quæ intra dictum oppidum de Vergara percipiuntur † partem aduerſarij nō
7 ſint habituri,ex eo conſtat, *ex tex.in l.1.§. ſed manifeſtè.C.de cadu.toll.ibi, Tunc enim quemadmodum ſolus,vel ſoli præſtabunt, ita & lucrum ſentiant.*Et idem probatur *in l.ſi hæres.ff.de leg.1.*& ob id, *El encabeçamiento.*Sic vulgo dictum ad aduerſarios trahēdum non eſt: distributiuum enim non æquilibrio diſtribuit, cum onus emolumentumuè inæqualia ſunt. *§. & ſi ex diſparibus.inſti.de vulg.ſubſti. & in l.1. C.de impub & al.traditur in l.hoc articulo.ff.de hæred. inſtit. & fuſè Homod. in d.conſ.288. col.penult.*

8 Quæ & ſuadentur † quia diuiſio facienda eſt pro ea parte, pro qua fuit in onere portio,& contribut one,pro modoq.contributionis.*l.ſodales, & illic notatur. de colleg.ill ci.& ibidem Bartolus col.fin.* quo cenſet loco, diuiſionem inter homines vniuerſitatis pro oneris modo faciendam, & per æs, & libram, quod etiam tenet *Bald. in l.omnium,C.de ve.& communi, & Ioan. de Plat. & Iacob.Rebuf.in l.1. C. de apoch. publi.lib.11.& in l fin. C.de immun.nemini. conced.Pet.de Vbal.in tracta.de coll ectis, nu. 41.*& ſat probatur *in l.quotiēs.ff. ad Trebel. & in l.ſin naturā ff.de regul iur.* & optimè *in l.planè in 1.§. inde dicitur ff. de leg.1.* vbi dicit *Bald.*quòd ſi oppidum emat locum diſtribuendum inter ruſticos pro domibus faciendis quod qui magis in pretio exoluerit,maiorem habebit in commodo portionem. Et ita cùm dictum oppidum de Vergara ante dictam conductionem regi factam ſeù.*Encabeҫamiento* ex *l.77.*perſoluerat, & dictum oppidum gabellæ forane regi ſoluebat ad ſe totum commodum percipere poteſt. Quæ & ſuadentur *ex glo. in cap.cùm nullo 18.quæſt.2.* quæ ait, quòd ſi duo ſegregantur monaſteria, & ob id eorum diuidunt bona, quòd diuiſio efficienda eſt pro modo portionis non verò æqualiter citat. *12.quæſt.2.cap.1.* & hæc
9 fuit *illius gloſ.* vltima ſententia † quæ ob id ab ea videtur comprobata,vt ait *gloſ.in l.qui filiam.§.Sabinus.ff.ad Trebel.* pro qua eſt *tex.in l. ſi idem cum eodem §. fin. & illic Bald.ff.de iuriſd.omni. iud.* & ita tenendum eſt, etſi contra iam dicta applicari poſſent quæ nos adduximus in diuiſione faciendi paſcuorum inter ciues alicuius oppidi. *in l.3.Tauri nu.498.& ſequentib.*

Superiora & cōſtant, quia in dicto oppido de Vergara ſunt complures ciues
10 in oppidis de *Ançola* & *Oxirondo* † ob id nequaquam dicta diſtributio gabellarum (prout aduerſarij petunt) facienda eſt, ex ſententia *Bald. in authentic. defuncto. C.ad Tertull.* vbi tenet, diuiſionem inter ciues efficiendam pro portione, quam iuris ratio vnicuiq, diſtribui præcipit.

Cæterum & prædicta fulciuntur, quia ſi Cæſar noſter tam incolas dicti oppidi, quàm aduerſarios eius priuilegio in lucris gabellarum ſocios efficeret,illiſq; gratiam facere non æquabilibus portionibus eſt
11 intelligendum † ſed tantum quòd eam habeant partem quam ad ſocietatem adduxerunt.*ff.pro ſocio.l. ſi ſocietatem,cum ſimilibus.*

His & congruit *tex. in l. Imperatores.ff. de ſerui ruſti.præd.* Quæ commodum vni-
12 cuique tribuit † pro modo poſſeſſionum, non quæ in æquilibrio. & ſatis conſtat ex *Alberic.in eadem l.Imperatores,& tex. in l. teſtatrix.§.plures.ff.ſi ſerui.vendi. & DD.in l.1.C. de apoch. publi.lib.11. Cornel.in conſ. 48.qui in præſenti col.3.lib.3.* vbi tractat de diuiſione inter duas ciuitates efficiendas & eam ait eſſe faciendā, ſecundum quod ipſas tangit vniuerſitates, & per æs,& libram,quod etiā traditur *in l.in fraudem.C. de annonis, & tribu. lib. 11.* & ſingulariter idem tenet *Specul.in tit.de rapto.& incend. nu.2.col.2.*quem omninò videas.

Quibus etiam congruit,quod habetur. *En el encabeҫamiento general conditione 31. & conditio.11.*quibus diſponitur. *Que la contribucion del encabeҫamiento ſe haga entre la villa, y tierra teniendo conſideracion a la vezidad de cada lugar, y a lo que ſe acoſtumbre vender por ellos.*

Proindè ſi fieri contingeret, quòd aduerſarij, plus comitatenſes quàm ciues perciperent,aduerſus ea quæ traduntur in *cap.Rodulphus,& illic Hoſtien. & Fulgoſ.in l.ſi.*

*l.fi.C.de ſacroſanct.eccleſ.& Bald.in ſingula.*
13 *in verb.ciuitas*, nec æquabiliter † diſtributiuum in hoc caſu debet diſtribuere.*l.plenum.§.æquè tij.ff.de vſu,& habi.& in §.Iuuentius*.ibi. *Aliquãdo enim cum vſuario largiùs agendum eſt, pro dignitate eius, cui relictus eſt vſus.* Quod & *Iacob. Rebuf.tractat in l.1. C. de apoc. publi.lib.*10. *Collecta. in cap.ad quæſtiones de re. permuta.* ex hoc cenſens
14 † ruri habitantes, nemoribus vniuerſitatis minus frui poſſe, quàm oppido habitantes, & ſat conſtat *in d.l.1. C. ne ruſti. ad vllum obſeq.*

Nec dicere obſiſtit, quòd poſt dictum priuilegium aduerſarij perceperint partes quas dictarum gabellarum prætendũt, ſiquidem non dum à dicto priuilegio 40. anni decurſi ſunt.imò nec 20.& ita aduerſus dictum oppidum de Vergara nulla
15 præſcriptio fuit cauſata; † nam contra vniuerſitatem *ſeptipartitarum iure*, niſi 40 annorum præſcriptio non currit *ex l.7.ti.19.part.3.*traditur *in authent. Quas actiones.C.de ſacroſanct. eccleſ.* nec priuilegium
16 vniuerſitas perdit ex contrario vſu † niſi 40.annorum contrarius ſit vſus: ſiquidem cum iure regio (adinſtar rerum eccleſiæ) præſcriptio niſi 40.annis in bonis vniuerſitatis non currat *ex d.l.* 7. ſic & vniuerſitatis priuilegium niſi lapſis 40.annis contrario non abrogatur vſu, vt in eccleſiæ priuilegio *DD.* aduertunt *in capitulo, cum acceſſiſſent.de conſtitu. Et inibi Felin.col.* 10. *& Balb.in tract.1. præſcript.4.part.5. partis principalis.quæſt* 4 alia citans videnda, etſi *in eodem tractat. ipſe Franciſc. Balbus* aliud velit in nundinarum priuilegijs. Et his hæc iuris allegatio abſoluitur, & de dicti oppidi de Vergara iure ſatis conſtat.

*Marcus Salon de Pace Legum Doctor. Burgenſis nuncupatus.*

# ADDITIO.

AD nu.2. vbi legitur, *quod in re communi melior eſt conditio poſſidentis*, Aduerte, quod eſt error impreſſionis, & ideò eſt legendum prohibẽtis, prout ſummatur *text.in hoc nu. allegatus in l.Salinus ff.com.diuid.* quod in re communi melior eſt conditio prohibentis, & generaliter an, & quando in re communi alter ex ſocijs inuito ſocio poſsit aliquid facere, vide latiſsimè *per Theſaur.deciſ.*41.*per totum.*

Nu.3.*quod teſtes deponentes ſuper immemorabili debent eſſe ad minus* 54.*annorum*, adde *Præſ.de Franch.deciſ.*56. *num.*22. vbi alios allegat, & inſuper dicit, quod tàm teſtes deponẽtes de auditu, quàm de viſu debent deponere ſaltem de annis 40.& *nu.ſeq.* tractat quando debeant deponere prædicti teſtes de immemorabili deponentes, & *præced. nu.*5. ſuper quo vltimo vide *Anton. Gabriel. com. concl. lib.*5. *de præſcript. concluſ.*1. *nu.*74.

Num.4. *quod tantũ cenſeatur præſcriptum, quantum poſſeſſum*, adde, quod, hæc regula non procedit in iuribus vniuerſalibus, in quibus alio non poſsidente, præſcriptio extenditur etiam ad alias perſonas, ac ad alios actus, vti poſt alios declarat *Præſ. de Franch. in deciſ.* 397.*nu.*8. quod explicatur poſtea *per eundem nu.*13.

Num.8. in materia diuiſionis faciendæ inter vniuerſales communitatem paſcuorum inter ſe habentes, vide *Theſ. deciſ.*71.72. & quod ſi adſit inequalitas communitas diſſoluatur, vide *Præſ. de Franch.deciſ.*301. & circa huiſmodi communitatem in hoc Regno Neapolitano extat *Cap. Regni Incipiens Pondus aquum*, quod debeat cõſtare, quod fuerit legitimè, & ſollemniter conſtituta, & quod non adſit inæqualitas, nec ab ea fuerit receſſum, Et adde, quod in materia huiuſmodi communionis conſtituẽdæ requiratur Regius Aſſenſus, nec attendatur præſcriptio etiam longiſsimi temporis, niſi fuerit præſcriptio immemorabilis, quæ vix tituli de iure habet, vide *Afflict. deciſ.* 254.*& ibi add.* & vide in hac materia *Reg.Rouitum in prag.in tit.de paſcuis,& Loffred.conſ.*25.*& Capic.deciſ.*189.vbi etiam quis lite pendente in hac communione manutendus ſit.

Num. 9. quod opinio vltima per gloſ.relata videatur pro cauſa approbata, vide *Præſ.de Franch.deciſ.*221.*nu.*2. niſi dixe-

Digitized by Google

dixerit, quod alij dicunt, vt declarat *ibid. nu.* 10.

Num. 15. 16. quod contra vniuerſitates non currat præſcriptio minor 40. annorum, prout dicitur in Eccleſia, vide *Sfort. Oddo* alios adducentem *in tract. de reſtit. in integrum q.* 90. *art.* 7. *nu.* 32. 33.

## *SVMMARIVM:*

1 *Vidua tutrix filiorum ſi aliquid emit, videtur emere ex proprijs bonis mariti, nec ſuorum pupillorum, & multis num. ſequentibus.*

2 *Emiſſe quis videtur in dubio ex ſuis pecunijs.*

4 *Vxor conſtante matrimonio præſumitur effecta diues ex proprijs bonis, non verò ſui mariti, & plurib. ſequent.*

6 *Maritus ſoluto matrimonio, dùm viduus eſt, præſumitur bona quæſiuiſſe, non verò durante primo eius matrimonio.*

9 *Intellectus* l. Quintus, ff. de donat. int. vir. & vxor.

11 *Mulier dicenti, de bonis proprijs ſoluto matrimonio aliqua bona emiſſe, & non de bonis filiorum, credendum eſt, niſi contrarium plenè conſtiterit.*

12 *Societas morte finitur.*

13 *Societas tacita non videtur contracta inter matrem viduam, & eius filios: & ſi ſimul habitent, & bona in communi habeant.*

15 *Inuentarium facere non tenetur mater vidua relicta curatrix in teſtamento.*

16 *Inuentarium præſumitur non doloſè confectum à tutore, vel curatore, nec præſumũtur alia bona defunctorum reliquiſſe, quàm in eo contenta, & num. 18.*

17 *Proteſtatio acta à tutore in inuentario, quod ſi alia bona vltra contenta in innentario inuenerit, quod ipſe ea manifeſtabit, eum immunem reddit.*

19 *Teſtis inimicus non poteſt eſſe teſtis.*

20 *Teſtis depoſitio alterius litis non facit plenam fidem in alia cauſa.*

21 *Teſtis deponens per verbum* videtur *non probat.*

22 *Teſtis dictum non concludit, cuius ratio nõ eſt ſufficiens.*

23 *Confeſſio extraiudicialis facta abſente parte non eſt potens ad obligandum.*

23 *Confeſſio extraiudicialis duobus teſtibus debet probari.*

25 *Pater & ſi filios habeat, poteſt ſuæ vxori legare quintam partem ſuorum bonorum.*

26 *Legitima filiorum de bonis reſiduis debet deduci quando pater fecit maioricatum de alijs bonis virtute regiæ facultatis, & ſequentibus.*

27 *Facultas regia parenti conceſſa ad faciendũ maioricatum, non extenditur ad vinculandam quintam partem bonorum ipſius patris, cum de ea liberè (ſecundum leges regias) diſponere poterat, & multis num. ſequent.*

28 *Facultas regia non eſt explicanda contra eã impetrantem, & num. ſequent.*

29 *Teſtatorem inteſtabilem voluiſſe decedere, non eſt præſumendum.*

30 *Actus geſtus ita videtur, vt minus ius gerentis lædat.*

31 *Quinta pars bonorum defuncti magis priuilegiata eſt, quam cætera bona.*

32 *Argui licet ab ordine literæ.*

33 *Pater an prius videantur diſponere voluiſſe de tertia parte ſuorum bonorum, quam de quinta parte cum quid donationis, ſeu maioricatus titulo filio donauerit, & num. 34.*

35 *Legitima prius deducenda eſt.*

36 *Feudalia bona eſſe, probatur regia aſſertione.*

37 *Feudalia eſſe bona, probatur per publicam vocem, & famam.*

38 *Feudum teſtibus probari poteſt.*

39 *Fœmina in feudis non poteſt ſuccedere.*

40 *Fœmina & ſi pro ſe habeat verba generalia ſententiæ (tranſactæ in rem iudicatã) quod habeat legitimam in omnibus bonis defuncti, eam habere non debet in bonis feudalibus.*

41 *Sententiæ verba ſemper ad ius commune ſunt reducenda.*

42 *Exceptionem rei iudicatæ non obſtare, in dubio iudicandum eſt.*

43 *Error confeſſionis conſtat, quando aliter cõſtat ex inſtrumento, ad quod quis ſe refert.*

44 *Confeſſio interpretanda eſt, vt minus confitentem obliget.*

45 *Extimatio rerum fieri debet viſis rebus extimatis ab extimatoribus.*

46 *Extimatores optimè res extimaturos, iurare conſtringuntur.*

47 *Iudex an ſit extimaturus ſecundum eius arbitrium, quando non conſtat de rei valore.*

48 *Tutor in exigendis debitoribus pupillaribus, tantùm tenetur de dolo, & lata culpa.*

49 *Minoribus aſſerentibus culpa lata, ſeu dolo tuto-*

Digitized by Google

*tutores eorum non exegiſſe debita, incumbit onus probandi.*

50 *Poſitiones ponens non poteſt ſe eis iuuare, quando pars aduerſa eas negauit. Et inibi an ſtetur confeſſioni vxoris, quod arræ excedebant decimam partem bonorum mariti tempore promiſſionis.*

## ARGVMENTVM.

Mater curatrix filiorum emens bona ſtabilia, præſumitur de ſua pecunia non pupillorũ emere, eo amplius, dùm inuentarium bonorum confecerat, nil refragãte dicto vnius teſtis aſſerentis poſt inuentarium multa bona reperta fuiſſe; item reſpectu quinti legati eidem à viro iure legitimo illum potuiſſe legari fundatur, ac ẽt reſpectu aliorum bonorum feudaliũ emptorum extra Regnum, in quibus nec fœmina poterit ſuccedere eorum controuerſia in eodem Senatu agitari non poterat, & demum quantum pertinet ad æſtimationem rerum in abſentia factam, nullo iure ſubſiſtere concluditur.

## CONSILIVM XXXXIII.

DEI optimi maximi, & eius ſanctiſſimæ Matris auxilio petito. In hac cauſa Comitiſſę de Melito cum eius filia D. Maria.

Aſſerimus iuris eſſe, quod oppida de Paſtrana, & Galue, & alia, quæ dicta Comitiſſa poſt mortem ſui mariti emit, de bonorũ dicti Comitis corpore non ſunt cenſenda: ſiquidem ea compluribus annis poſt dicti Comitis mortem emerit, & ſi filiorum com-
1 munium curatrix fuerit, † & quod ea ex bonis propriis quæſiſſe videtur, non autem ex bonis mariti, nec ſuorum pupillorum, *tex. optimus in l. ſi defunctus, C. arbi. tut. Bart. Bald. & DD. in l. cùm oportet in prin. C. de bon. quæ libe. Bal. in l. ſi patruus, col. 2. C. com. vtri. iud.* quod & ſecundum eum ſubſiſtit, quod in hoc caſu ad coniecturas minimè recurrendum eſt: nec expendendum, cuius conditionis fuerit tutor, vel curator emẽs, & an diues ſit, nec ne, ſeu artifex, quod etiã tenent *in d. l. cum oportet, in princip.* quibus accedant, quæ in fauorem dictæ Comitiſſæ ſupra conſuluimus *in conſ. 3. in lite, & cauſa num. 73. cum ſeqq.*

2 Quæ & ex eo ſuadentur † quia ſemper in dubio quis ex proprijs emiſſe pecunijs, eſt cenſendum, *ex tex. in l. cum proponas, & illic Bald. & alij, C. pro ſoc. Bald. in l. pen. C. ſi quis alte. vel ſib. & Bart. & DD. in l. Titium, & Meuium, §. altero, col. 2. ff. de admin. tutor. idem Bar. in d. l. ſi patruus,* & probatur *in d. l. pe. C. ſi quis alte. vel ſib.* cum alijs, de quibus meminit *Dec. in conſ. 343. num. 4. & in conſ. 628. num. 2.* & etiam nos ſupra meminimus *in d. conſ. 3. num. 77. cum ſeq.*

3 Cæterum ex quo eſt probatum † quod dicta Comitiſſa poſt dicti Comitis mortem habuit complura bona propria, redditusq; ſuos, nempe quia bonorum ſui mariti ex ſpeciali legato quintum habebat, & ſuæ dotis, & arrarum, lucrorumquè conſtante matrimonio quæſitorum, moderatasq; expenſas fecerit, dictorumq; oppidorum emptio poſt longa tempora à morte dicti Comitis decurſa, confecta eſt, à iure eſt alienum aſſertum contrarium, & quod ex mariti bonis, ſeu filiorum dicta oppida fuiſſent empta vt conſtat *ex tex. in auth. licentiam, C. de epiſ. & cler. & ex dictis iuribus.* Et quidem potior eſt præſumptio, quæ pro dicta Comitiſſa ex prædictis enaſcitur; quam aduerſæ partis aſſertio: & ob id, quæ dictæ Comitiſſæ fauorem reſpicit expendenda potius eſt, *tex. in c. afferte, de præſumpt. & in l. diuus, ff. de in integ. reſtit.* & dictæ præſumptioni pro dicta Comitiſſa fauet *tex. l. merito, ff. pro ſoc.* & ex his in noſtro propoſito *Barb. in c. 1. in*
4 *princ. de pecul. cleri.* abundè fundat † nunquam præſumendum vxorem ex bonis mariti eſſe ditatam, nec bona ex illis (etiam matrimonio conſtante) quæſita, ſi in contrarium violentior crebior quæ præſumptio ineat. cui accedit *Montalu. in l. 1. in gl. in verb. De Rey. colum. 2. tit. 4. lib. 3. for. leg. & Ioan. Lup. in rub. de dona. int. vir. & vxo. §. 60. num. 19. char. 86. col. 1.* quod palam prius tenuit *Bald. in. d. l. cùm oportet. in princi. col. 4. & inibi Sali.* quo in loco tenent, in hac ſpetię vxoris diuitias ſimiles quæ coniecturas attendendas, quibus diximus, vxorem ex bonis mariti rem non emiſſe. Quod etiam admittunt *doctores in d. l. ſi patruus. & Bald. in l. pe. C. ſi quis alte. vel ſib. & illic Sali.* & latè *Alaxand. in conſilio, 40. proſpectis. columna penultima verſicul. & dato. cum ſequent. lib. 3.*

Congruit & prædictis. Quod inſignitè *Bald.* conſuluit *in conſilio 53 .. quadam vidua. co-*
5 *lumna. 2. lib. 2.* cenſens † quòd ſi vxor fuerit induſtrioſa, diuesvè, ꝙ quidquid ſoluto matrimonio emerit, ex proprijs bonis emiſſe ſit exiſtimandum, non verò ex mariti nec filiorum bonis; quo & loco *idem Bald.* etiam dicit, quòd ſi nullæ adſint coniecturæ, quibus conſtet, an ex bonis proprijs

vel

Digitized by Google

vel mariti mulier emerit, quod ſat tunc erit, quod mariti hæredes minime probauerint, emptionem à vidua factam ex eorum pecunia ſuive patris. Et inquit etiam *ibi* quòd ſi tunc pro vidua non præſumatur, quòd ſatis eſt, aduerſus eam non præſumi, quia ceſſantibus præſumptionibus ad alterum extremorum ſufficit re ipſa incertitudo, cuius ſententiam corruptè refert & ſequitur, *Ioan. Lup. in d. rub. de dona. int. vir. & vxo.* §. *60. col. 3. num. 15. verſic intellige tamen.* Quo fiit, vt *eidem Ioan. Lupo* ini-
6 bi videtur † q; ſi maritus vxore defuncta cum aliam duxerit vxorem, bonorum quæ tunc habebat fecerit inuentarium, in quo mille aurei ſcripti ſunt, quos an durante primo matrimonio, vel eo ſoluto quæſiti, ambigitur, quòd viduitatis tempus, perſoneque qualitas & rei, diuitiæquè eius conſiderandæ ſunt, & quòd id quod viduitatis tempore ex ſuis bonis quærere valuerit, alio non habuiſſe dijudicandum ſit, cuius opinio ſuadetur ex adductis, *Chaſſene. in conſuetudo. Burg. rub. 6. §. 6. in verb. Par. inuentaire. num. 12.*

Quæ & ſuadentur *ex tex. in l. ſi ventri.* §. *eorum ratio. ff. de priuileg. credi. & ex Alberic.* ſententia *in l. etiam. C. de donat.*
7 *int. vir. & vxo.* quo loco tenet † vxorem poſt mariti obitum non confeſtim, ſed poſt aliquod tempus decurſum, bona ementem, ex proprijs emiſſe bonis eſſe credendum, non verò ex mariti pecuniis, & ait ita tenuiſſe *Vber. de Rob.* quibus & conſentit *Cremen. in ſingul. 6. tu ſcis. & Ioan. Monferrat. in repeti. l. frater à fratre. ff. de condi. indebi. colum. 34. & Curti antiq. in conſ. 23. col. 2. & Berthachi. in tract. de Epiſcopo. lib. 4. parti. 4. quæſt. 3. char. 35. col. 1. & Ioan. Lup. in d. rub. de dona. int. vir. & vxo. in d.* §. *60. colum. 3. poſt Ange. inibi ab eo citatum & Alex.* cui ſe ſubſcripſit, *Cremen. in conſi. 62. ſereniſſimus. columna penultima libr. 4.* quo loco expræſſe (imò & in fortioribus
8 terminis) tenet † quòd ſi tempore receptionis tutelæ mater inops erat, at deinde eſt ditiſſima, & durante tutela complura bona ipſa quæſierit, quòd ex bonis proprijs non filiorum emiſſe aſſerendum eſt *ex d. l. ſi defunctus, quam Alexand. & Cremen. in d. conſilio* etiã in matre tutrice explicãt. aiunt quæ dictam legem in extraneo tutore loquente a fortiori in matre tutrice locum habere. *ex l. Procula ff. de proba. inibi quã*
9 *ipſi docto.* dicunt † ſuæ ſententiæ non refragari *tex. in l. Quintus ff. de dona. int. vir. & vxo.* ſi quidem ſanctio illa agat de quæſitis conſtante matrimonio: at eo non ſoluto.

Quam ſententiam *Alexand. & Cremen.* ſequitur *Didac. de Segu. in relect. l. ſi ex legati cauſa. ff. de. verb. obliga. col. 16. verſi. pro expeditione.* & horum opinio de fortiori caſu agit, ſi quidem indiſcriminatim ipſi dicunt, nulla vi facta quæſtus conſtante, ſolutove matrimonio fit: & quia cũ mater pauper fuerit, loquuntur, non verò diues, vt eſt dicta comitiſſa.

Quibus accedat *glo. in d. l. quintus.* Quæ
10 palam tenet † mulierem ementem ſoluto matrimonio ex proprijs bonis emiſſe eſſe exiſtimandum, cui illic *Fulgoſ. & Salic.* conſentiunt.

Superiora etiam vltrà iam dicta ſuadentur, *ex tex. notabili. in d. l. etiam. C. de dona. int. vir. & vxo.* ibi, *Matrimonij tempore.* Qui *tex.* (prout *illic Salic.* aduertit) notabi-
11 lis ad hoc eſt † quòd mulieri neganti bona conſtante matrimonio, & de bonis mariti quæſiſſe, credendum eſt, niſi contrarium plenè conſtiterit. Quod etiam tenet *Vital. de Camb. in tracta. clauſularum. in rub. de ſimulatione, colum. penul.* ſi igitur ſola mulieris negatio recipienda eſt, à fortiori, concurrentibus omnibus prædictis.

Proindè & prædicta etiam conſtat, quià & ſi conſtante matrimonio inter dictam comitiſſam, & dictum comitem quò ad lucra communicanda regijs legibus ſocietas
12 contracta eſt † ipſa tamen ſocietas morte fuit diſſoluta. §. *ſoluitur. inſtit. de ſocie. l. actione.* §. *morte. ff. eodem titulo,* quibus conſonat, *tex. in l. 10. in princip. titulo. 10. parti. 5.* Itaquè poſt dicti comitis obitum quæſita ad hæredes dicti comitis minimè pertinent
13 † nec tacitè inter dictam comitiſſam, & hæredes dicti ſui mariti contracta iterum cenſetur: & ſi mariti bona, ſuaque coninuõtim poſſederit. *ex l. plane. ff. pro ſoc.* cum alijs de quibus meminit *Cur. antiq. in conſi. 52. ſuper articulo, & Deci. in conſ. 21. viſo puncto. col. 2. & in conſilio. 548. colum. 3. & in conſilio 651. primò queritur. col. 1.*

Prædicta lucidius probatur, quia vt emptionis verba concinunt, dicta emit comitiſſa ſibi, hæredibusquè ſuis dicta emit op-
14 pida: & ita non eſt dubitandum † ex proprijs pecuniis, maritive, ſeu aliorum emerit. *ex traditis in l. ſi mater. C. de contrahen. empt. & illic Sali. & idem Sali. in l. ſi non verum C. de dona. int. vir. & vxo. & in l. cùm propria in fine. C ſi quis alte. vel ſib. cum aliis à nobis ſupra citatis in d. conſ. 3. n. 75. & ſeq.*

Conualeſcit & hæc veritas: quia dicta comitiſſa fecit integrum inuentarium bonorum mariti: & ſi ad id iure non aſtringe-
15 batur † ex quo curatrix teſtamento data

fuerit, *ex traditis in l. decretationibus. C. de epiſco. aud. & in §. 1. inſtitu. de ſatiſda. tuto. &* & expreſsè ita tenet *Signo. de Homod. in conſil. 66. factum tale. & tradunt moder. in repet. l. nemo. poteſt. ff. de lega.* 1. namque tale inuentarium non doloſe ab ipſa comi-
16 tiſſa † confectum exiſtimandum eſt. *ex d. l. merito. ff. pro ſoc. & in l. quotiens. §. qui dolo. ff. de proba.* & ob id, ſi tutor bona aliqua inuentario non deſcripſerit, non quidem dolo factum cenſendum eſt: ſed aliter ipſe dolus probandus eſt. *l. 1. §. item ſolent. & illic Barto. ff. de offic. pręf. vrb.* in dubio enim non præſumitur in tutore animus fraudandi, *vt traditur in l. actione. & inibi Barto. ff. de tute. & ratio. diſtra. & in l. tres tutores.* & præcipuum in hoc caſu æſtimandum eſt: cum dicta comitiſſa mater fuerit *ex l. iſti quidem. ff. quod met. cau. cum ſuis ſimilibus.*

Et licet poſt confectum dictum inuentarium complures pecuniæ ſunt adinuentæ, quæ non continentur in d. inuentario, prædicta comitiſſa ea retegit, eius proteſtationem in inuentario cōfectam obſeruās, quod
17 † tutorem (& ſic dictam comitiſſam) immunem reddit. vt tenet ſingulariter *Barto. in l. tutor. qui repertorium. colum. pe. ff. de admi. tuto. idem tenet Bald. in auth. ſed cùm teſtator. col. pe. C. ad l. Falcid. & notantem Greg. Lup. in l. 5. in verb. Todos los bienes. in medio. tit. 6. part. 6.*

Et cum aduerſaria complura alia bona quam ſcripta in inuentario dictum comitē
18 eius patrem reliquiſſe firmet † illi aduerſatur iuris præſumptio. *ex notabili, & ſi vulgata. gloſ. in l. cùm de lege. ff. de prob. & illic Bald. & Sali.* & ſat probatur *in l. ſcimus §. licentia. C. de iud. delibe. & illic notat Bart. cui Bald. & Sal. & pleriq;* alij aſſentiūt, quos *& Iaſo. inibi co.* 1. recenſet. *& recentiores in l. ſi conſtante. ff. ſolu. matri.* cum alijs, de quibus ſupra memores fuimus *in cōſilio 39. in cauſa. num. 18.*

Ex quibus & ſequitur, parui referre, dictum teſtis ſingularis & alterius litis ab aduerſaria producti, qui teſtatur complures pecunias adinuentas poſt inuentarij confectionem.

Tùm, quia eſt ſingularis: & ob id non probat. *C. de teſtibus l. iuſiurandi. c. tam literis extra eod. titul. de teſtibus. cum alijs à Decio citatis in conſilio. 310. num. 6. & 7.*

Tùm etiam, quia dictus teſtis dictæ comitiſſę inimicus eſt: vt ex probationibus
19 noſtræ partis conſtat † & ideo eius diſpoſitio eſt ſuſpecta. *ff. de teſtib. l. 3. cum alijs de quibus Alex. in conſ. 99. lib. 1.*

Tùm item, quia hęc depoſitio eſt alterius
20 cauſæ † vnde ad hoc negotium integram (& ſi plures teſtes eſſent) non facit fidem. vt conſtat. *C. res. int. al. act. & in l. duobus. §. colonus. ff. de iur. iuran. Bald. Alex. & Iaſo. in. l. is. apud quem. C. de. eden. cum alijs.*

Tùm, & quia, hic teſtis deponit per ver-
21 bum *videtur* † & ita non probat. *vt in cap. licet ex quadam de proba. & in l. teſtimonia. C. de teſtib. & in l. 24. & 29. tit. 16. parti. 3. Bart. in l. 1. ff. de auto. tuto. & in l. qui tamen. ff. de arbi. Iaſo. in rub. ff. de iur. iuran.* cū alijs adductis *à Hipol. de Marſil. in conſ. 126. n. 3. & ſeq. & alibi* ſæpe traditur.

22 Tum & denique † quia huius teſtis ratio non concludit, igitur nec eius dictum. *C. de teſtib. l. ſolam. Bald. in. l. conuenticulam. columη. 3. C. de epiſcop. & cle.* & etiam ſupra diximus *in conſilio. 7. in cauſa quæ, numero ſecundò.*

Verum nec alius teſtis qui dicit, quod dicta comitiſſa ei dixit, eduxiſſe ex quadam archa aureorum ducentorum milia: ſiquidem alterius ſit litis: ſitque ſingularis.

Item, & quia de confeſſione extraiudi-
23 ciali teſtatur, & abſente parte facta † & ita ad obligandum non ſufficit. *ff. de confe. l. certum §. ſi quis abſenti. gl. in l. fi. ff. de interrog. act. cum alijs, de quibus meminit Iaſo. §. tale pactum. §. 1. ff. de pact. & Soci. in l. 1. C. de confe. quæſtio. 6.* & hæc eſt communis opinio *ſecundum Iaſo. in l. error. num. 3. & ſeqq.*
24 *C. de iu. & fact. igno.* de qua † confeſſione (& quando in aliquò caſu probaſſe) duo teſtes deponere neceſſum erat. *vt per glo. in l. fi. C. famil. hercis. Anto. in capit. licet ex quadam. de teſtib. Mattha. de Afflict. in deciſio. 364. num. 4. & Hipol. in ſua prati. crimina. §. diligenter. num.* 10. probatur *in l. vbi numerus teſtium. ff. de teſtib. & in cap. pluralis. de regu. iur. libro. 6.*

Quo ad alium punctum, & in hac lite controuerſum dicimus, dicti quinti legatum à dicto comite dictæ comitiſſæ factum
25 firmum eſſe † cùm de illo, & ſi filios reliquerit, etiam in extraneorum fauore diſponere poterat. *ex l. 9, titu. 5. lib. 3. for. legum. & in l. 9. in legibus Tauri; verſiculo Pero bien permitmos, quæ habetur libro 5. noua recopil. tit. 8. l. 7.*

Nec dicere oberit, quòd dictus comes ante fecerit maioricatum complurium bonorum, & ita quòd non potuit, dictum quinti legatum reliquere. *ex ſequentib.*

Primò, quia dictus comes habuit pleniſſimam facultatem faciendi dictum maioricatum;

Digitized by Google

partium: & ad præiudicandum filijs in ſua
legitima,& ob id, dici non poteſt, bonorũ
legitimæ dictæ donnæ Mariæ, de tertioquè
ſuorum bonorum noluiſſe maioricatum
ſedere: & quod prius noluit de dicto quinto
ipſum efficere maioricatum. de eoquè diſ-
ponere: nec enim ad colligandum quintam
partem bonorum ſuo maioricatui neceſſa-
ria ſerat regia facultas, ſed ad alia bona præ-
26 ter quintum † ſi quidem alia bona legitima
filiorum erant: cùm ſibi ex legibus regijs
neceſſario erat relinquẽda *Authenti. nouiſ-*
27 *ſima.C.de inoffi. teſt.* & fruſtra † ad quintum
ipſa facultas concedi erat neceſſum, cùm
iure cõmuni id permitteretur. *C.de theſau. l.*
*1. libro.* 10. *Barto. in l. nulla. ff. de leg.* 1. *&*
*Innoc. in capitulo.* 1. *de reſcript.* & ſat inſinuat
verba ipſius maioricatus, & quod tantum
prædictus comes maioricatus vinculo alia
bona præter quintam bonorum partem li-
gare voluit.
28 Rurſus ipſa facultas † non eſt aduerſus
dictum comitem explicanda. *C.de teſta.mil.*
*l. ſi. Rufinus, & inibi Bald. & moder. in l quod*
*fauore C. de legib. vbi tex.* & ob id, non eſt
cenſendum, dicta regia facultate dicto co-
miti poteſtatem ſuorum bonorum quintam
partem relinquẽdi extraneo ablatam. Qui-
bus,& accedat dicta ſententia *Cini. Alexan.*
*Iaſo. in l.* 1. *num.* 6. *C. de teſta. mil.* aſſignantes
rationem *ad text.* 161. & quæ ait *text. in. l.*
*C. eodem tit.* Quæ & ſuadentur, quia ſi in
dicta ſcriptura maioricatus prædictum quin-
tum comprehenderunt, comes ipſe inteſtã-
bilis remaneret. *contra text. in l. ſtipulatio*
*hoc modo concepta. ff. de verb obliga. cum ſi-*
29 *milibus.* Nec exiſtimandum eſt † inteſta-
bilem voluiſſe dictum comitem remanere.
*C. de pact. l. pactum quod datali.* traditur *in l.*
*licet inter priuatos. C. eodem titu.* Quibus;
30 & conducit † quia actus geſtus ita videtur,
vt minùs ius gerentis lædat. *ex l. cum de in-*
*debito, ff. de probat. Barto. in l. gerit. columna*
4. *ff. de acqui. hæred Alexand. in l.* 2. *col.* 2. *C.*
*quod met. cau. Alcia. in tracta. præſumptio.*
*regul.* 3. *præſump.* 36. *num.* 5. & probatur *in*
*l.* 3. *ff. de teſta. mil.*
31 His & accedat † quia quinta pars bono-
rum magis quàm cætera bona priuilegiata
eſt *l.* 214. *ſtyli.* & *infra* latius fundatur.
Id etiam, & conſtat *ex. l.* 26. *Tauri.* (*quę*
*habetur lib.* 5. *recop. titul.* 6. *lib.* 10.) qua ex-
præſſe ſancitur, quòd & ſi pater aliquid fi-
lio dederit, illum meliorare non exprimẽs,
quòd hæc donatio in melioria tertii, & quin
32 ti computabitur † ita quod ab ordine lite-
ræ arguendo (vt iure permiſſum eſt *l. quo-*
*tiens. ff. de vſufruct. l. ſi quis ſeruum* §. *ſi quis.*
*ff. de leg.* 2. traditur *in l.* 2. §. *prius. ff. de vulg.*
*& pup. ſubſti. & alibi ſæpe.*) Dicta Taurina
33 ſancitur lege † patrem priùs de tertia par-
te bonorum, quàm de quinta diſponere cẽ-
ſuiſſe, cùm quid donationis, ſeu maiorica-
tus titulo filio donauerit.
34 Demum & in proprijs terminis † quòd
priùs pater de ipſa tertia parte bonorum,
quàm quinta eius donatio filio facta ſit ex-
plicanda, tenet *Ioan. Lup. in repeti. capitu.*
*per veſtras de dona. inter vir. & vxo.* §. 22.
*num.* 23. *verſ. in dubio autem; & ſeqq.* Quod
& *inibi* ex eo ſuadet, quia tertia bonorum
pars reſpectu extraneorum eſt legitima: cũ
filijs neceſſario ſit relinquenda. *Autẽtic. no-*
*uiſſima. C. de inoffi. teſta. l quoniam in priori-*
*bus cum ſua materia. C. eodem titulo,* & cùm
35 ſit legitima † prius deducenda eſt, *ex tex.*
*& illic Baldo. in l. ſi verò.* §. *quid ergo. ff. de*
*teſta. mil.* cui ſententiæ, *Ioan. Lup.* adhæ-
ret, *Didac. Caſtel. in d. l.* 26. *Tauri. in gloſ.*
1. *columη.* 1. *&* 2. citans ad idem, *Didac.*
*de Segu. in rep.* §. *ſed ſi fundum*, idem nouiſ-
ſimè *per d. l.* 26. *Tauri. &* alia iura tenet, *Pe-*
*ral. in l. Meuius. in princip. num.* 9. *& ſequent.*
*ff. de leg.* 2.
Quantum ad ciuitatem Repela & oppi-
da alia, quæ extra hæc regna ſunt, regio præ
cepto decretum eſt, quod iu hoc regio præ-
torio de his non cognoſcatur. Præter hoc
quod feudalia ea eſſe conſtat.
36 Tum regia aſſertione cui ſtandum eſt. *vt*
*in clem.* 1. *de probat. & habetur in l.* 1. *in fine.*
*titu.* 7. *parti.* 3. *& in l.* 32. *titulo.* 16. *ead.* 3. *par-*
*ti.* & in proprijs terminis, quod regi aſſerẽ-
ti bona eſſe feudalia ſtandum ſit. conſuluit
*Alexand. in conſilio.* 14. *viſis narratis. col.* 2.
*verſic. ſufficeret etiam. lib.* 5. cui conſentit
*Mattę. de Afflict. in c.* 1. *in titu. ex quib. cau.*
*feu. ami. num.* 190.
Tum etiam, quia probata eſt publica
37 vox & fama, quod faudalia ſint † quæ pro-
batio ad hoc ſufficiens eſt, vt tenet *Alexan.*
*in d. conſilio.* 15. *columη.* 1. *verſic. vnde li-*
*cet,* & tenet *Afflict. in d. cap.* 1. *ex. quib. cau.*
*feu. am. nu.* 291.
Tum & denique, quia teſtibus eſt proba-
38 tum feudalia eſſe † quibus bona eſſe feuda-
lia probari poteſt, *vt in c.* 1. *in tit. qui teſtes*
*neceſſarij ſint.* & tenet *Matth. de Afflict: in*
*d. titulo. ex quib. cau. feu. ami. num.* 339.
optimus *tex. in l.* 41. *in legib. Taur.* vbi co-
pioſe Deo duce agemus, quæ habetur *lib.*
5. *titulo.* 7. *l.* 1.
Quæ cùm ſint feudalia in eis dicta don-
39 na Maria (quia fœmina) ſuccedere † non
poteſt. *cap.* 1. §. *hoc autem. de his feud. da. po.*
*&* 4. *parti. tit.* 26. *l.* 6. *& in l.* 7. *eodem tit. &*



Digitized by Google

*parti.* & eſt bonus *tex.in cap.1.§.filia vero.in ti.de ſuece.feu.& ibi.Iſer.in principio tex. col. 1.* & late *idem Iſer.in c.1.§.fœmina in tit.per quos fiat inueſtit.*

Sane nec refert, quod ſententiis iam latis in rem iudicatam tranſactis ſit cautum dictam dannam Mariam in omnibus bonis dicti comitis ſuam legitimam fore habitu-
40 ram † ſiquidem in verbis generalibus dictarum ſententiarum dicta bona feudalia (à quorum ſucceſſione iure excluditur) nõ comprehenderentur. *ex tex.in cap.1.de capi. qui cur. vendi.& inibi Iſern.* Et idem conſtat *in cap. generali. ſi de feu. fue. contro. int. domi.& agna. & illic Matth.de Afflict.num. 36.Bald.in l.ſi filius.C. de. bon, damna. & in l.item videndum.§.nunc videndum col. 1.ff. de peti.hæred. Alexand.in conſ.16.lib.2.& in conſilio.2.col.1. lib.* 4. quod & confirmatur
41 quia ſententiæ verba ſemper ad ius commune reducenda ſunt. *l.miles §.decem.ff. de re iud.& Alexan.in conſilio.46.col.pen lib.5. & alibi ſępe traditur.* Etiam ſi verba ſententiæ improprientur, vt ait *glo.in l.& puto.ff.famil.herciſ.* Et in dubio exiſtimandum
42 eſt † exceptionem rei iudicatæ non obſtare, ex his quæ habentur *in.l.1.ff.ſi quis cau. & in capi.vt debitus.de appel.* cum alijs de quibus *Deci in conſil.* 445 *.in caſu ad me.nu. 44.& doctores in.l. cùm quęritur, & in l. & an eadem.ff.de except.rei iud.* & notat *Abb. in capit.cùm contingat. columm. penul. de offic. deleg.*

Verum in puncto confeſſionis dictæ comitiſſæ ſuper contẽtis in memorialibus ad quos ſe refert, quia ei illa cõfeſſio nõ nocet ſiquidem erronea ſit, *ex tex.in c.fin.de confeſ. cum alijs.* de cuius confeſſionis errore con-
43 ſtat † cùm dicta in dictis memorialibus minimè reperiantur expræſſa in dicta eius confeſſione, vt tenet *Bald.in d. l.2.colum.1. C. de. error. aduocat. modern. in authenti.ſi quis in aliquo documento, C. de eden.* cum alijs de quibus ſupra memores fuimus, *in conſilio.* 25. *in punctis ad me. numer.* 63. & 64. quibus conducit *text.in l. in teſtamento.ff.de.condi. & demonſtra.* & his accedat *Barto.* ſententiæ *in l. 2. columna. 4. ff. ſi cert. peta.*

Verùm ipſa confeſſio ita interpretanda
44 eſt † vt minus confitentem obliget, vt probatur *in.l.ſemper in ſtipulationibus.ff.de reg. iu. Antoni. in cap. ex literis in 1. in fine de ſpõſa. Deci. in conſ. 493. viſo tenore col.2. & in conſ.278. col. 4. in medio.& in conſ.118. columna. fin.*

Rurſus & quo ad rerum extimationem in abſentia rerum factam, firmam iure non eſſe cenſemus, & prauè confirmatam. Si
45 quidem bonorum extimatio † viſis ab æſtimatoribus bonis confici debet, vt probatur *in l. ſi irruptione. §. fin. ff. fini. regun.* ibi, *Occuliſquè ſuis ſubiectis locis.* Et ſat probatur etiam *in.l.12.tit.14. parti.3.& in l.8.eod titul.* Et in proprijs terminis ita tenet *Bald.in l.2.C. reſcin. vendi.columna pen,* quia quæ oculus non videt, teſtificari minimè poteſt: & quia veritas quæ effugit ab oculis hominis, præſenti aſpectu approbari non poteſt *C.de alluuio.et pallud.l. 3.et ff.de minorib.l.intra vtile.* quod & in ſpetie tradit *Pet. Rebuf. in repet.l. vnica,C.de ſenten. quę pro eo, quod inter.profe. char.106.num. 14 et ſequentibus.* Quo loco *num.14. in glo. in uerb.ſubtilitatem.* diſſertat extimationis
46 praxim. quæ & ſuadentur † quia æſtimatores optimè res æſtimaturos iurare cõſtringuntur. *vt in authen. de non alie. aut permutan. §.quod autem coll.2.et inibi Ang.* & idẽ ait *tex. in l.hac edictali.§.his illud.verſ.mobilium C.de ſecũd.nupt.cum alijs de quibus Rebuf.in d.glo.in verb.ſubtilitatem.num.* 19. ad quod & eſt bonus *tex.in l.4 tit. 25. parti. 2.* ſed hoc iuſiurandum præſtari quidem non poteſt, ab eis qui rebus non viſis eas extimare voluit.
47 Nec his refragatur dicere † quod quando non conſtat de rei valore, iudex eſt extimaturus ſecundum eius arbitrium *ex doctrina Bart.in l.ſi quid.ex Panphila ff.de leg.2.et in alijs locis de quibus meminit Pet.Rebuf. in d. l.vnica in glo.in alijs num. 41.char.104.* vbi refert alios idem tenentes. *et in ead.l.vnica. in d.glo.in verb ſubtilitatem.num.15.et 16.* ſi quidem hoc tunc obtinet, cum prius iudice veritatem alias indagante, extimatores eligente, qui rem circunſepta, viſaque eam rectè æſtiment. *in l. ſi fundus. §.pen. et ibidẽ Bartol.ff.de pigno.* & inſigne *Pet.Rebuf.in d. l.vnica in d.glo.in verb.ſubtilitatem. nu.* 15. *et pleriſque ſequentibus et precedentibus.* ex quibus iudex ipſe ſuum animũ rectè informare poſſit, vt tenent *doctores in d.l pratia verum.ff. ad l. Falci. et Pet. Rebuf. in d. l. vnica in. gloſa. in verbo. ſubtilitatem numero.* 15.

Quo ad alium punctum dicimus etiam dictam comitiſſam ad ſoluendum vndecim aureorum milia, quæ à debitoribus pupillorum exigenda erant compellendam non
48 eſſe. Si quidem † tutor in exigendis debitoribus pupillaribus de dolo, lataque culpa tãtùm obnoxius eſt *l.cirographis.in princip.ff.de admi.tut.l.ſi tutor.et inibi.glo. ff.eod. tit.optimus tex. in l.2.C. arbi.tute.* quibus & accedat *tex. in l.tutores.ff.de admi.tuto.et in l.ſi*

l. ſi res. eod. tit. et in l. 2. C. de pericu. tuto. quã culpam & dolũ aduerſarius probare aſtringitur, ff. de probat. l. quotiens. §. qui dolo. tenet Fulg. in conſ. 25. ſpectabilis. columna fin. quo
49 cẽſet loco † minoribus culpa lata ſeu dolo aſſerentibus, tutores eorum non exegiſſe debita, incumbere onus probationis. ad quod et eſt optimus tex. in l. periculum ff. de reb. credi. ibi; *Periculum nominum ad eum cuius culpa deterius factum probari poteſt, pertinet*: Quibus addendus eſt *Ioan. Igne. in rep. l. contractus num. 46 ff. de reg. iur.* & quid tunc minores debeant probari vt curatorum negligentia probetur, vide *Barto. in conſ. 102. col. 2. poſt. princ.* quem ſequitur *Soci. in conſ. 2. nu. 4. lib. 1.*

Profectò nec ex eo, q̃ in poſitionibus dictæ comitiſſę edixerit, q̃ aureorum quatuor milia, quæ pro arris dictus comes eidem conſtituit, decimam partem bonorum dicti comitis tempore conſtitutionis ipſarum arrarum capiebant, vt ex ipſa poſitione percipi poſſit, tunc ipſum comitem bona complura propria habuiſſe. Si quidem dicta donna Maria ipſas impugauit poſitio-
50 nes † quam ob rem, ex ipſis poſitionibus negatis ipſa donna Maria ſe iuuare nequit, *de regu. iur. c. ex. eo lib. 6.* expreſſiim ita tenet *Bart. in l. poſt legatum. col. fin. ff. de his quis vt indig. et Spec. in. tit. de depoſi. §. 8. idem Bart. in l. naturaliter. §. nihil commune ff. de acqui. poſſe. col. 3. Iaſo. in l. admonendi in relect. col. 44.* & ob id, ſi reus inficietur contenta in libello, ex illis ius ſuum munire non poteſt *Bald. et Salj. in l. cum precum. C. de libe. cau. doctores in l. 1. C. de confe. et alibi ſępe traditur.*

Quibus dictæ comitiſſæ ius ſatis munitum eſt.

Doctor Burgenſis Marcus
Salon de Pace.

# ADDITIO.

NVm. 1. cum ſeq. vſq; ad num. 11. incluſiuè *noſter author* tractat de duobus iuris articulis, quorum alter conſiſtit, an mulier ſoluto matrimonio cẽſeatur diues effecta ex bonis quond. eius viri, alter verò eſt, an tutor, vel tutrix cenſeatur bona quæſiuiſſe ex bonis pupillorum, vel aliàs ex bonis, ſiuè ex pecunia ſua. Circà Primum videndi ſunt *DD.* allegati *per Gabriel. comm. concluſ. lib. 1. tit. de præſumpt. concluſ. 15. num. 3.* tenentes præſumi quæſiuiſſe ex bonis viri, dummodò ſimus infrà annum, prout declarat *ibid. nu. 4.* vbi *per totam illam concluſionem* tractat *de tex. in l. Quintus Mutius ff. de donat. inter vir. & vxor.* an & quando mulier cenſeatur quæſiuiſſe ex bonis viri bona per eam conſtante matrimonio quæſita, ſuper quo vide etiam *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 51. Imol. com. opin. lib. 1. concluſ. 14. Crauett. conſ. 61. vol. 1. Silu. nupt. lib. 4. nu. 20. & ſeq. Cott. in memor. Verb. concubina, Rimin. iun. in §. 1. nu. 29. & ſeq. inſtit. per quas perſonas nobis acquiritur in antiquis.*

Circà verò ſecundum articulum, quod tutor, ſiuè tutrix nõ cenſeatur ditatus, vel ditata de bonis pupillorum, ſiuè defuncti, ſed de bonis proprijs, vide latè *per Menoch. in d. tract. de præſumpt. lib. 6. n. 28.* & vide latiſsimè *per Gutier. de tutel. par. 3. q. 46.* & quid in vidua, quæ adminiſtrauit bona pupilli, *Maſcard. de probat. concl. 212.*

Num. 15. quatenùs *Author* tenet, matrem in teſtamento curatricem relictam non teneri ad conficiendum inuentarium, Aduertendum eſt, quod hæc opinio videtur dubitabilis, nam mater, & in teſtamento relicta tutrix, tenetur inuentarium conficere, prout ita communiter teneri per *DD.* teſtatur *Montan. in tract. de tutelis cap. 32. nu. 24. 26. 27. 28. & Monticul. in tract. de invent. cap. 232. nu. 250.*

Num. 16. quatenus probat tutorem, qui inuentarium confecit nõ præſumi fuiſſe in dolo, etiam ſi omiſerit aliqua bona ponere, adde *Bella. conſ. 30. num. 6.* quem refert, & ſequitur *Borgn. de tutore num. 60. in fin.* dicens dolum eſſe aliàs per minorem probandum, cum in dubio non pręſumatur, *& ibi nu. 58.*

*cum*

*cum ſeq.* latè tractat quando ſit conficiendum inuentarium per tutorem, vel curatorem.

Num.20. quod teſtis depoſitio facta in vna cauſa non facit fidem in alia, adde *Præſ. de Franch. deciſ.* 245. *num.* 8. & 9. vbi tractat, an faciat fidem quando teſtes in alia cauſa recepti ſunt mortui.

Num.23. quod confeſſio extraiudicialis facta abſente parte ad obligandum nō ſufficiat, adde latiſſimè *Anton. Gabriel. com. concluſ. lib.* 1. *tit. de confeſſ. concl.* 1. *per totam*, vbi eãdem regulam ampliat, & limitat pluribus modis.

Num.36. quod aſſertioni Principis ſit ſtandum, an & quando hoc procedat, vide latiſſimè *per Ant. Gabriel. com cōcl. lib.* 1. *tit. de probationib. concluſ.* 2. & in ſpecie de aſſertionibus factis in conceſsionibus feudorum, vide *Reg. Rouitum ſuper pragm.* 1. *nu.* 82. *cum ſeq. de titul. ab vſu in ſcribendo ſublato.*

Ad eundem nu. 36. & noſtros ſequentes, quatenus tractat, quando probetur bona eſſe feudalia, vide latiſsimè *eundem Regentem Rouitum ſuper pragmaticis in rub. de feudis nu.* 1. *cum ſeq.*

Num.41. quod ſententiæ verba generalia ad ius commune referenda ſint, ade quod Iudex in dubio cenſeatur iudicaſſe ſecundum quod ius diſponit, prout probat *Crauett. conſ.* 188. *num.* 8. *Conſ. de Anna conſ.* 19. *num.* 15. & *eius pater allegat.* 48. *nu.* 18. & *nu.* 49.

Num.42. quod in dubio iudicandum ſit exceptionem rei iudicatæ non obſtare, adde *Conſiliar. de Anna*, alios ad hoc adducentem *in conſ.* 17. *nu.* 37. *poſt eius patrem in allegat.* 48. *nu.* 24. *vol.* 1.

Num.43. videnda ſunt addita ſupra *conſ.* 25. *nu.* 63. & 64. & vltra ea *Reg. Valenz. conſ.* 27. *nu.* 16.

Num.44. videas *Mancin. in tractat. de confeſſion. cap.* 1. *n.* 13. vbi *plures* allegat.

Num.45. vide *Hieron. de Monte in tract. de fin. regund. cap.* 30. *nu.* 2. & *ſeq.*

Num.46. *Maſcard. de probat. concluſ.* 654. *num.* 1.

Num.47. *Idem Hieron. de Mõte eod. tract. cap.* 102.

Num.48. *Vide Montan. de intel. cap.* 32. *nu.* 23.

Num.49. vide *Borgn. in tract. de tut.* 119. 120. vbi ad hoc allegat *Menoch. de recuper. poſſeſ. remed.* 795. *nu.* 18.

Num.50. poſitione negata, non poteſt negans ſuper ea ſe fundare, *Surd. deciſ.* 196. *nu.* 3.

## SVMMARIVM.

1 *COMMISSI pœna quis agere poſſit, cum dubium eſt inter duos dominos.*

2 *Licentia domini præſumitur interueniſſe ad alienandum emphyteuſim, decurſis decem annis, ad hoc vt pœna commiſſi ceſſet.*

3 *Alienatio eſt nulla, cum quis alienat rẽ contra expreſſam prohibitionem.*

4 *Commiſſi pœna non habet locum, quando alienatio eſt nulla.*

5 L.2. tit.15. parti.2. *locum habet in maioricatu particulari.*

6 *Alienationis prohibitionis verba indiffinita æquipollent vniuerſali, & extenduntur ad omnes ſucceſſores.*

7 *Alienationem cum teſtator imperſonaliter, & indeffinitè prohibet, prohibitio iudicatur perpetua.*

8 *Maioricatus perpetuus inducitur ex cauſa in eo expreſſa.*

9 *Verba per modum cauſæ prolata, diſpoſitionem inducunt.*

10 *Fideicommiſſum quibuſcunque verbis, nedum diſpoſitiuis, ſed enunciatiuis, inducitur.*

11 Maioricatus *dictio perpetuitatem denotat.*

12 *Clauſula vna declaratur ex alijs clauſulis eiuſdem ſcripturæ.*

13 *Clauſula in fine appoſita, ad omnia præcedentia referri debet.*

14 *Dictioni* prout *ſi aliquid præteritum adijcitur, intelligitur limitatiuè, vt temperetur ſecundum naturã eius, ad quod fit relatio.*

15 *Commiſſi pœna ceſſat ex penſionis receptione, & ſequentib. numer.*

16 *Commiſſi pœna locum non habet, etiam ſi dominus ignoranter penſionem recipiat, ignorando rem in commiſſum incidiſſe.*

17 *Inſtrumentum habens penès ſe, præſumitur cum legiſſe.*

18 *Ignorantia non præſumitur, cum aliquid in ciuitate eſt compertiſſimum.*

19 *Reſtitutio non competit eccleſiæ poſt quadrien-*

Digitized by Google

*driennium, aduerſus omiſſum petitionem commiſſi, vel lucri.*

20 *Reſtitutio non competit ex capite ignorantiæ, cum præſumptio ſcientiæ reſultat.*

22 *Cauſa qualibet colorata excuſat à pœna commiſſi.*

23 *Eccleſia iuſtitiæ cultrix eſſe debet, & non locupletari cum iactura aliena.*

## ARGVMENTVM.

**Pœna commiſſi an locum ſibi vendicet in alienatione rei nulliter facta ex multis cauſis dilucidè exaratur.**

## CONSILIVM XXXXIV.

IN hac cauſa Alphonſi de Valdiuieſo iunioris cum Rectore, & Clericis eccleſiæ ſancti Laurẽtij ciuitatis Burgen. breui probabimus, quod ipſe Alphonſus à commiſſi pœna (in qua condemnatus eſt) debet abſolui: & ſi antea domus ſine aſſenſu dictorum rectoris, & clericorum ab Alphonſo de Valdiuieſo eius patre alienata fuerit.

Primo, quia dictæ domus ante emphy-
theuſim perpetuam fauore dictorum cle-
ricorum emphyteuſis perpetua, & anti-
quior, & dictæ ciuitatis fauore fuit confe-
1 cta † & ob id, dicta ciuitas non verò dicti
clerici (quia poſteriores domini) agere
poterunt. *ex traditis in l. 2. C. de iur. emphit. cum alijs.*

Secundo hæc veritas conſtat, quia alie-
nationes à dicto Alphonſo de Valdiuieſo
ſeniori factæ (quibus dictum commiſſum
prætenditur) confectæ fuerunt pluſquam
2 decem annis iam decurſis † ex quibus ip-
ſorum conſenſus præſumitur. *ex l. ſi filius C. de peti. hæred.* & ita in proprijs terminis tenet *Alexand. in conſ. 113. viſo, & diligenter col. 3. & fin. lib. 4. Soccin. iun. in conſ. 22. pulchra num. 15. lib. 1.* idem & conſtat ex copioſè traditis *à Felin. in cap. ſicut de re iud. nu. 33. verſ. 7. & vltimo, & in cap. Alber. de teſtib. Modern. in l ſciendum. ff. de verb. obligat.* & abundè *Deci. in conſ. 409. col. 1. & Aym. Crauet. in tract. de antiquitat. tempor. 3. par. nu. 33. in conſ. 204. vniuerſitas nu. 9.*

Tertiò hæc res ſuadetur, quia prædictus
Alphonſus ſenior alienans expreſſim ex
teſtamento Eliſabeth de Santotis dictam
3 domum alienare fuit vetitus † & ſic cùm
fuerit expreſsè alienare prohibitus, dictæ
domus alienare fuit nulla. *§. libertis l. cùm pater. ff. de leg. 2. & in l. peto. §. fratre. ff. eod. tit.* cum alijs de quibus *moder. in l. filiusfam. §. diui. ff. de leg. 1. & alibi ſæpè.* Si ergo nulla
fuit ipſa alienatio (& ſi ſignè dictorum
clericorum licentia fuerit facta) dictum
4 commiſſum † locum habere non poteſt:
*ex tex. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud.* &
5 priuatim ita *Bald.* tenet *in l. 2. colum. 1. C. de epiſc. audi.* & abundè *Iaſon.* complura citãs *in l. fi. C. de iur. emphit. nu. 139. & ſequen. & Curt. Sen. in conſ. 8. viſo inſtrumento. col. 2.* & plenè *And. Tiraquell. in tract. de vtroque retractu. tit. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 2. nu. 6. & 7.*

Rurſus & conſtat dictam alienationem
nullam fuiſſe quia dicta Eliſabeth eius te-
ſtamento diſpoſuit dictam domum maio-
ricatus vinculo ligari: quamobrem dictus
Alphonſus iunior ad eam poſt patris obi-
tum vocatus eſt. *ex tex. in l. 2. tit. 15. parti. 2.*
5 quæ etſi in regno loquatur † ad hos tamẽ
maioratus trahenda eſt. *ex ſententia Pauli Caſtren. in conſ. 164. in præſenti cauſa qua vocatur. colu. 1. lib. 2. & Bologni. in conſ. 62. col. 2.* & idem tenent alij quorum ſupra meminius in *conſ. 9. n. 3. ad fin.* Ex qua maioricatus conſtitutione ipſa bona ſui natura ſunt malienabilia. *C. commun. de leg. authent. res quæ & ſimilibus* Præter hoc, quòd (vt explicuimus) ſit dictæ domus expreſſim alienatio prohibita etiam dicto
Alphonſo Seniori: quia in diſcriminatim
ipſa Eliſabeth dictę domus alienationem
omnibus in ea ſuccedentibus & quocun-
que tempore, & verba indefinita prohibi-
6 tionis alienationis † vniuerſali æquipol-
lent. *ff. de leg. 1. l. ſi pluribus ff. de leg. 3. ſi plures, & vtrobique Doctores,* & inſignè *Bart. in l. Lutius §. Sempronia, ff. de leg. 3.* quo cenſet loco; quòd ſi teſtator indefinitè alienationem vetat, aſſerens, quod, qui hæredem prohibet, ne alienet, quòd ad omnes hæredes porrigitur illa prohibitio, & etiã ſucceſſores vltrà quartum gradum, cuius
ſententiæ *Alex.* conſentit *in conſ. 23. lib. 2.*
7 cùm enim † teſtator impeſſonaliter, & in-
definitè ne res alienetur onerat, perpetuã
alienationem inhibuiſſe exiſtimandum eſt. *ex l. vnum ex familia. §. ſed ſi fundum. Et illic Cuman. ff. de leg. 2. & in l. peto. §. fratre. ff. eodem tit.* cum alijs de quibus *moder.* memores ſunt *in l. filiusfam. §. Diui. ff. de leg. 1. & in l. pater filium. §. quiudecim libertis. ff. de leg. 3.*

Verùm & ſat expendenda eſt, & dictæ prohibitionis cauſa, à prædicta Eliſabet in d. eius teſtamẽto aſſignata, quæ eſt, quia eius intentio eſt, quòd dicta domus maio-



Digitized by Google

8 ioricatus ſit † ex qua cauſa ipſe maiori-
catus conſtat, & dictæ prohibitionis alie-
nationis perpetuitas. *ex tex. in d. l. pater fi-
lium §. fundum. ff. de leg. 3. & illic Bartolus,
& textus in l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de
leg. 2.* notat *Deci. in conſ. 218. col. pen. & in
conſ. 23. col. 3. cum alijs de quibus And. Tira-
quel. in tract. de ceſſan. cau. limitatio. 1. nu. &
9 ſeq.* cõſtat enim † verba per modum cau-
ſæ prolata diſpoſitionem indicere. *l. ſeruo
legato §. ſi teſtator. ff. de legat. 1. Bartol. in l. ſi
ſoter. §. Lutius. col. 1. verſ. ſed contra hoc. ff.
ſolut. matrim.* cum alijs quæ in propoſito
adducit *Author gloſ. Pariſ. damnata memo-
riæ in conſ. 5. quantum num. 4. & ſequentibus
poſt Socin. in conſ. 227. præſens. nu. 2. lib. 2.*

10 Quæ & ſuadentur † quia fideicõmiſſum
quibuſcunque verbis nedùm diſpoſiti-
uis, ſed enunciatiuis inducitur, ſaltem ex
his quæ teſtantis voluntas probari po-
teſt. *l. cùm proponebatur, & in l. vnum ex fa-
milia. §. ſi omiſſa, & inibi Bar. ff. de leg. 2. l. eo
modo. ff. leg. 1.* Quo fit, ex dictis verbis *Para
que ſea mayorazgo*. Abſolutum, & perpe-
tuum fideicommiſſum eſſe inductum in-
ter omnes deſcendentes, & vnus alteri re-
ſtituere rogatus cenſendus eſt. *ff. de leg. 2. l.
cùm ita. §. in fideicommiſſo. Bartolus in l. qui
Romæ, §. cohæredes. ff. de verb. oblig. & abun-
dè Soc. in l. ſi cognatis. col. 6. ff. de reb. dub. &
in d. conſ. 227. præſens. nu. 3. lib. 2.* & eſt com
munis opinio *ſecundum Curt. Iun. in conſ.
145. facti colum. 2. 3. &* 4. quibus addendus
eſt. *Curt. ſeni. in conſ. 52. colu. 11. ad finem,* &
quæ *moder.* notant *in l. qui Romæ. §. cohære-
des. ff. de verb. obligat.*

11 Quibus & accedat † quia hoc verbum.
*Maioricatus*. Perpetuitatem denotat atq;
inducit in omnibus deſcentibus prohibi-
tionem, & cenſetur quid indiuiduum; &
inſeparabile in ſe: vt tenet *Præpoſi. in capi-
tulo ius naturāle prima diſtinct. Soc. in conſ.
47. facti narratione num. 6. lib. 3. poſt Abb. in
conſil. 85. lib. 1. & Aret. in dicto §. cohæredes
col. 1. & 2. & Ioan. Lup. in rep. rub de donat.
inter vir. & vxor. §. 69. num. 21. verſ. ſed meo
iuditio, & latè dominus Couarr. lib. 3. varia
reſolut. cap. 3. & probatur in l. 40. & 45. in
legum Taurana, & in l. 2. in tit. 15. parti. 2.*

Quibus nec dicere refragatur, quod di-
cta Eliſabeth noluit maioricatum conſti-
tuere niſi in Donna Beatrice, & ſuis de-
ſcentibus, quia poſt alienationis dictorum
bonorum prohibitionem hæc ſubiecit
verba, *Pôrque mi voluntad es que ſea mayo-
razgo; y lo herede ſucceſſiuamente el hijo, o
hija mayor legitimos de la dicha Doña Bea-
triz mi hija.* Siquidem alijs verbis dicti te-
ſtamenti palàm conſtat, & in fauorem di-
cti Alphõſi eius filij dictum maioricatum
conſtituiſſe, & deſcendentium dicti Al-
12 phonſi, † & ex vnis clauſulis aliæ expo-
nuntur. *l. qui filiabus. ff. de leg. 1. l. 1. ff. de reb.
dub. & alibi ſæpè habetur.* Et clauſula dicti
13 teſtament † in fine appoſita ad omnia
præcedentia referri debet. *l. 1. C. de liber.
præter. l. 3. fin. ff. de libe. & poſthum.* & dictio,
14 *Prout.* Dicto teſtemento appoſita † ſi ea
aliquod præteritum adijcitur limitatiuè
intelligitur, vt temperetur ſecundum na-
turam eius ad quod fit relatio. *l. edita. C. de
edend. & illic Baldus, & Bartolus in extra-
uagan. ad reprimendum. in verb. prout. Et
moder. in l. 1. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condit.
fact.*

Quartò etiam dictum commiſſum ceſ-
ſat, quia vt probatum eſt, poſt dictam alie-
nationem aduerſarij penſionem recepe-
15 rũt ex qua receptione † dictum commiſ-
ſum videtur locum non habere: ſiquidem
commiſſum non habet locum, niſi domi-
no volente, & petente, *vt in l. 2. C. de iur.
emphyth.* tenet *gloſ. in l. 2. C. vbi ager vecti-
ga. & alibi ſæpè.* Et recipiente domino pẽ-
ſionem ſat declarare cẽſetur, commiſſum
non petiturum, ceſſatq; ipſius commiſſi
petitio, vt tenent *Salic. & alij Doctores à
Iaſon. citati in d. l. fi. C. de iur. emphyt. nu. 9.
& Signo. de Homod. in d. conſ. 152. Petrus
col. 2.* probatur *in l. poſt diem ff. de lege comi.*
& in eccleſia penſionem recipiente, quòd
ex hoc commiſſum remittere cenſeatur:
& ob id, quòd illud deindè petere non
poſſit. Quin & *gloſ. in capitulo potuit de lo-
cat.* plus tenet, nempè quòd & ſi ſolus Præ-
latus eccleſiævè rector penſionem reci-
piat, quod ex hoc eccleſia commiſſum pe-
tere non poſſit, ſi eccleſia collegiata non
eſt (vt prædicta ſancti Laurentij non eſt)
quam *glo.* recipiunt *Imol. & Doctores. inibi.*
& hæc eſt communis reſolutio vt teſtatur
*Iaſo. in d. l. 2. C. de iur. emphit. num.* 130. *&
Alexan* abundè *in conſ. 16. viſo, & conſide-
rato. col. pen. lib. 6.* quem ſequitur *idem Iaſo.
in l. ſeruus. C. de pact. col. 1. & in l. ſi quis ini-
quum. §. ſi fili. col. 2. quod ff. quiſq. iur. Felin. in
cap. ſuper his. col. 2. de accuſa. poſt Corn. in
conſ. 187. Trita. col. penul. lib. 1. Dec. in conſ.
138. & Thom. Gram. in conſ. 28. col. 4 & ali-
bi ſæpè traditur.*

Quibus nec dicere nocet, quòd cum
dictam penſionem aduerſarij receperunt
16 †. ignorabant dictum commiſſum.

Tum, quia in facto proprio ignorantia
extare non poteſt, *vt in l. fi. ff. pro ſot.* nam
cùm ipſi cenſus, ſeù emphyteuſis ſcriptu-

ram

Digitized by Google

17 ram tenebant † illam legiſſe præſumendũ eſt, *auth. qui ſemel, & inibi Bald. C. de prob. l. non eſt ferendus, ff. de tranſact. DD. in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verb. oblig. & ibid. Ripa nu. 50. Dec. in conſ. 607. nu. 4. et in conſ. 267. col. 2.* & plenè *Aym. Crau. in conſ. 193. nu. 7. Affl. dec. 13. nu. 11.* Et cum legerint neceſſe eſt, quod ſibi fuit compertum, ꝙ Io: Ares in quem facta eſt dictæ domus alienatio, non erat de contentis in ſcriptura cenſus, ſeu emphiteoſis.

Proinde cùm dictam penſionem à dicto Io. Ares aduerſarii recipiebant, eius conditionem ſcire obnoxij erant (& an de comprehenſis in dicta ſcriptura eſſet, *ff. de reg. iur. l. qui cum alio contrahit, cum ſuis ſimilib.*

Verum & ſat eſſe debet, ꝙ hæc res Bur-
18 gen. in ciuitate compertiſſima erat † & ob id, ignorãtia apud aduerſarios ineſſe nõ eſt cenſendum, *c. 1. & in c. quoſdam, de præſum. l. ſi vicinus, C. de nupt. l. fin. ff. de decr. ab ord. fac. cum alijs, Aym. conſ. 168. num. 5. & 6.*

Proinde & ſi illis ignorantia prodeſſet
19 † reſtitutionem in integrum aduerſarij infra quadrienniũ petere neceſſum erat, & nõ poſt quindecim annos (vt petunt) *cap. 1. de reſt. in integ. cum alijs,* & quantò magis cum in præſentia aduerſarii de iure quærendo agant, & non quæſito, vt nũcupatim in hoc negotio *Imol. & Card. in d. c. potuit, col. 22.* maximum. n. diſcrimen eſt, agatur de iure quærendo, vel quæſito, *l. fi. §. fi. C. de acq. poſ. cũ alijs, Iaſ. in l. ſi quis iniquũ, §. ſi filius, ff. ꝙ quiſque iur. col. 2.* & licet detur Eccleſiæ reſtitutio aduerſus lucrũ omiſſum, infra quadriennium reſtitutio petenda erat, *ex d. c. 1 de reſt. in integ. in 6. & DD. in c. 1. & in c. auditis, eod. tit. & Iaſ. in conſ. 54. col. pen. lib. 1.*

Verum & nunquam ex capite ignoran-
20 tiæ reſtitutio conceditur † cũ præſumptio ſcientiæ reſultat (vt in præſenti) vt traditur *in c. vigilanti, vbi DD. de præſcript. & Alex. in conſ. 103. col. fi. verſ. & plurib. lib. 2. & Gozad. in conſ. 8. nu. 55. & in conſ. 67. n. 14. cum alijs, de quibus Moder. in l. 2. C. de reſc. vend.*

Deinde & cũ aduerſarii (ceſſantibus prædictis) poterant d. cõmiſſum petere, ſeu non petere, vel dictam alienationem approbare
21 ſeu eã improbare † cũ ipsã alienationẽ recipiẽdo penſionẽ cõprobauerint, nõ poſsũt poſteà eã coarguere, reſtitutionẽ petẽdo, vt *in l. Iulian. §. ſi quis, & Bar. & DD. ff. de act.*

22 Et quælibet cauſa † ẽt colorata à pœna d. cõmiſſi immunẽ redere debet, *ff. de plag. l. 1 §. 1. & in l. 2. C. eo. tit.* quin & emphyteotæ ignorantia illũ à cõmiſſi pœna excuſat, *c. 1. de nou. inueſt. cum alijs, de quibus Iaſ. in d. l. fin. C. de iu. emphyt. nu. 84. & ſequent.*

Et ſi prædicta in aliis Dominis directis
23 obtinent, à fortiori in Eccleſia † quæ iuſtitiæ cultrix eſſe debet, & non locupletari cũ iactura aliena, *c. 1. de alie. feud. in §. ſed diuerſum,* notat *Iaſ. in l. quoties col. 3. C. de rei vẽd. cũ alijs, de quibus Neuiz. in conſ. 11. n. 11. & Moder. in l. 2. C. de reſc. vend. & alibi ſæpe.*

Ex quibus iuſtè confidimus, ſententiã eſſe ferendam in fauorẽ d. Alphonſi iunioris, Et poſtmodũ in d. Alphonſi fauorẽ definitum eſt.

*Marcus Salon de Pace Legum Doctor.*

## ADDITIO.

Num. 1. vide in ſimili *Valaſc. de iure emphit. q. 14. nu. 3.*

Nu. 2. *Ant. Gabr. lib. 1. tit. de præſũp. concl. 1. nu. 2. Addit. ad Clar. in §. emphiteoſis q. 13. col. 5. verſ. emphiteoſis, vbi alienatur.*

Nu. 3. vide *Barz. deciſ. Bonon. 64. num. 47. Reg. Valenz. conſ. 19. num. 44.*

Nu. 4. vide *Surd. dec. Mantua 289. nu. 6. 7. & 8. Bonacoſ. inter com. opin. lib. 4. tit. de iure emphyt. n. 242. Valenz. conſ. 32. n. 45*

Nu. 6. *Peregr. de fideic. art. 12. n. 16. & 49.*

Nu. 7. Quando prohibitio perpetua iudicari debeat, videatur *Romul. in tract. de teſt. probib. bona extra fam. alien. n. 173.*

Nu. 8. vide *Cabed. deciſ. Luſit. 96. p. 1.*

Nu. 10. *Maſcar. de prob. conclu. 775. nu. 13. Florez Diez var. reſol. lib. 1. q. 17. nu. 19.*

Nu. 12. latè *Alph. collect. 166.*

Nu. 13. *Surd. deciſ. 329. num. 59.*

Nu. 14. abundanter *Gratus in tract. de diction. in dictione 192.*

Nu. 15. *Iul. Clar. in §. emphiteoſis num. 10. Bonacoſ. inter commun. opin. dict. lib. 4. tit. de iure emphyt. num. 250.*

Nu. 16. *Bonacoſ. vbi ſupra ſub num. 251. verſ. aut recepit ſolutionem.*

Nu. 17. vide *ſupra conſ. 14. num. 38.*

Nu. 18. *Gramat. deciſ. 36. num. 16.*

Nu. 19. nam talis reſtitutio Eccleſiæ cõpetit intra biennium, contra quam fuit declarata caducitas, *Borgn. deciſ. 30. num. 120. par. 2.*

Nu. 20. *Villal. & Kircou. inter comm. opin. lib. 7. tit. de quadrien. præſcript.*

Nu. 21. *Macerat. var. reſol. lib. 1. reſol. 61. nu. 2.* & quæ ſunt cauſæ, quibus euitatur caducitas ob ſolutionem Canonis non factam, *Borgn. dec. 30. nu. 128. p. 2.*



Digitized by Google

## SVMMARIVM.

1 *Miles armatus debet eſſe immunis à monetis foreris, & per totum conſilium.*

2 *Intellectus* pragmaticæ regis Ioannis *Toleti edita anno* 1422. *quæ loquitur de militibus armatis, & num.* 3. *quæ lex regia reperitur*, lib. 6. nouæ recopil. tit. 1. l. 1.

4 *Intellectus pragmaticæ regis Ioannis editæ ciuitate Palentina anno* 1431. *& pragmaticæ regum Catholicorum confectæ Hiſpali anno* 1478. *quæ loquuntur de militibus armatis. Et inibi ponitur diſcrimen inter milites armatos, & exemptos, ſeu excuſatos.*

6 *Intellectus*, l. 10. tit. 18. part. 3. *& inibi quod priuilegium quo quis immunis ſit à tributis, non expiret morte regis concedentis.*

7 *Intellectus*, l. 6. tit. 1. ordina. lib. 4. (*quæ habetur*. lib. 6. nouæ recop. tit. 1. l. 2.) *& per totum conſilium. Et inibi latè & ſequentibus num. quod valet priuilegium, quo miles armatus excuſatur a monetis.*

8 *Clauſula non obſtante tali lege, quando requiratur in priuilegio ſeu actu ſequenti.*

12 *Clauſula non obſtante tali lege, non oportet quod in priuilegio apponatur (etiam ſi neceſſaria fuerit) quando conſtat de principis voluntate, quod voluit eius priuilegiū in omni caſu valiturum.*

14 *Clauſula non obſtante tali lege, & ſi requirantur in reſcripto principis, non tamen requiritur in regali priuilegio.*

15 *Princeps cum priuilegium contra ius concedit, plenitudine poteſtatis vti videtur.*

17 *Clauſula non obſtante tali lege, non requiritur, quando in principis priuilegio apponitur ſecunda iuſſio.*

19 *Donatio remuneratoria à rege alicui facta non debet reſtringi: ſed in ea iuris regulæ deficere conſueſcunt.*

20 *Donatio remuneratoria cum à rege alicui fit, proprio motu facta videtur.*

21 *Clauſula non obſtante tali lege non eſt neceſſaria, cum reſcriptum conceditur proprio motu.*

22 *Clauſula non obſtante tali lege, non requiritur, cum princeps ponit clauſulam ex certa ſcientia.*

23 *Clauſula non obſtante tali lege, non requiritur, quando lex à regis prædeceſſore edita fuit.*

25 *Priuilegij militiæ natura eſt, quod tale priuilegium non extendatur ad nepotes, & pronepotes.*

26 *Priuilegium ſi habet aliquem defectum, tollitur talis defectus per obſeruationem talis priuilegij munitam longo temporis curſu.*

## ARGVMENTVM.

Miles effectus vigore regalis priuilegij, atque Immunis ab omni cōtributione, an etiam à ſolutione monetæ foreris cenſeri debeat Immunis nō obtinentibus aliquibus legibus Regni aliter decernentibus.

## CONSILIVM XXXXV.

IN lite & cauſa quæ vertitur inter Ioannem oppidum, B. & fiſci procuratorem, Diuino auxilio poſtulato breui probabimus, ſententiam aduerſus eum latam, (quòd in moneta, *Forera*, vulgo nominata contribuat) reuocandam eſſe.

Et prius illud præfati eſt neceſſum, quòd dominus Rex Catholicus Alfonſo eius pater anno 1476 priuilegium conceſſit, quo illum militem fecit: & illum, & ſuos deſcēdentes ab omni contributione immunes fecit etiam monetæ foreræ. Quod priuileginm hucuſque obſeruatum eſt.

Nec dictam ſubſtentare ſententiam poſſunt regiæ leges, ſeu pragmaticæ. Siquidem nullæ adinueniuntur, quæ diſponant
1 militem armatum à moneta forera non eſſe immunem. *Et regis Ioannis pragmatica Toleti anno* 1422. *edita (quæ habetur libro* 6. *nouæ recopil. tit.* 1. *l.* 1.) tantummodò ſancit, quòd illi, quos ipſe rex Ioānes milites fecit vſque ad illud tempus à dicta con-
2 tributione non liberentur, † *dicta pragmatica* non quidem loquitur de militibus à Rege Catholico armatis. Et conſtat *ex toto titulo*, 1. *ordina. libro* 4. quod confirmatur, *ex tex. iuncta gloſ. in verſ. ſua in capitulo ſi gratioſæ, de reſcript. lib.* 6. *iuncto capitulo literis eod. tit. in decretalibus*, vbi ſi Papa facit mentionem gratiæ, dicendo, per nos conceſſæ, non intelligitur loqui de gratia conceſſa per prædeceſſorem, ſed per ipſummet concedentem, & ita *vtrobique DD. notant.*
3 Verum nec hæc *pragmatica* agit † de militibus factis propter ſeruitia regibus impenſa *ex tex. in l. Aquilius regulus, ff. de donatio. & in l. ſed ſi lege, §. conſuluit, ff. de pet. hæred. & in capitulo officij de teſta. cum ſimilibus, de quibus moderni in l. ex hoc iure ff. de iuſti. & iur. & alibi ſepæ traditur.*

Præterea, nec ad hanc rē pertinet alia

*prag-*

*pragmatica regis Ioannis*, Ciuitate Palentina confecta, *Februar. anno* 1431. nec illam quam reges Catholici ediderunt *Hiſpali anno* 1478 (quas leges non potui reperire
4 in *recopi*. Nam hæc leges regiæ † de excuſatis tractantur: at non de militibus armatis, vt ex eis conſtat, quod quidem abſimil mum eſt, & ob id, *ordina. lib.* 4. diuerſi tituli conſtituuntur, *& primo titulo*, tantū de militibus agitur, *& titulo* 4. de prædictis excuſatis, *l. ſi idem cum ſuis ſimilibus, C. de codicil.* Præter hoc, quod & iſte pragmaticæ loquuntur de excuſatis non propter ſeruitia.

Proinde, & prædictæ pragmaticæ diſponunt excuſatos à monetis eſſe immunes, & non de pechos.

Verum *in d. toto titulo* 1. *ordina lib.* 4. ſancitur, milites à tributis liberari. & ob id ceſſat diſſimile eſſe negotium militis aut exemptorum, ſeu excuſatorum.

Subinde nec ſeptipartitarum ſanctio-
5 nibus conſtitutum eſt † militem dictam monetam foreram ſoluturum, Quin palā contrarium diſponit, *l.* 10. *tit.* 18. *par.* 3. ſiquidem dicat, quòd à tributis nullus liberatus videatur: niſi expreſſim in priuilegio ſit cautum, vt ſpeciatim dicto priuilegio explicitum eſt, & quòd à dictus Alfonſus, & ſui deſcendentes monetam forerā minimè ſoluant.

Nec dicere oberit, quòd *d. l.* 10. ait pri-
6 uilegium, quod quis à tributis ſit immunis, regis obitu illud concedentis diruitur. ſiquidem in excuſatis tantum loquitur: non verò in militibus armatus.

Præterea, & dicta *l.* 10. vult priuilegiū eſſe perpetuum, ſi in priuilegio hoc ſit expreſſum, vt in prædicto ſit, & filios, & omnes deſcendentes à tributis eximit, ita dicit, *d. l.* 10. & *ibi* vide latè *Gregor. Lup.* & faciunt ſupra *à nobis* citata *in conſilio* 23. *in cauſa Franciſci nu.* 14. *& ſequentibus.*

Cæterum nec prædictis refragatur, *l.* 6. *titulo* 1. *ordina. lib.* 4. *quæ à rege Ioanne edita eſt anno.* 1447. *(quæ habetur lib.* 6. *recopil. tit.* 1. *l.* 2.)
7 quæ ſancitur † quòd vt milites, is fruantur priuilegijs ea, quæ Zamorenſi conſtitutione ſtabiliuntur, obſeruare tenētur, *quibuſcunque chartis, etiam dictæ legis mentionem facientibus minimè obſtantibus*, & confeſtim hæc ſubijciuntur verba. *Y enta caſo no ſe mandas, mus ue todos qualeſquier pechos.* Ex qua lege aduerſarij dicūt, quòd cum in dicto priuilegio prædicti Alfonſi clauſula *dicta leg.* 6. *non obſtante* imponitur, quod ob id, dictus Ioannes, nec alij deſcendentes dicti Alfonſi à monetarum contributione ſūt immunes, vt eſt pro nūciatum. Nam uidem *prædicta l.* 6. ad hoc negotium parui momenti eſt, facileque, & pleriſque modis refellitur, vt conſtat *ex ſequentibus.*

Primo, quia prædicta *l.* non prohibet, quòd priuilegia militibus conceſſa, quibus expreſſim cautum eſt eos monetam foreram non ſoluturos, non ſint ſeruanda: tātum enim prædicta ſancitur lege, quòd ſi militi expreſſim non conceditur, quòd à monetis ſit immunis, ab eorum contributione minimè liberetur. Itaque in *d. l.* non apponitur aliqua clauſula de ogatoria ad priuilegia expreſſa à monetis liberātia, nec vetat talia priuilegia concedi. & ita non fuit neceſſum in dicto priuilegio clauſulam *non obſtante dicta lege* colloca-
ri † qui tu c neceſſaria eſt, cùm in lege 8 præcedenti clauſulā derogatoria deſcribitur actus è prohibetur vt conſtat, *ex traditis in cap.* 1. *de conſt. lib.* 6. *& ex his quæ Doctores tradunt in cap. nonnulli de reſcript. & in l. fin C. ſi contra ius vel v t. publi.* Et ſi dicta *l.* 6. charitas in contrarium latas abro-
9 get, id eſt cùm chartæ fuerint aduerſus cōtenta in dicta Zamorenſi ordinatione, ſed non in eo quod in *d. l.* dicitur, quòd milites à monetis non ſint immunes, itaque conſtitutio illa contrarijs dictæ ordinationi Zamorenſi reſiſtit, at non priuilegio, quo ſpeciatim milites à monetis eximuntur, & cùm *in d. l.* 6. tantum agitur de aduerſis dictæ ordinationi Zamoren. palam ipſa ſanctio in alijs id diſponere non videtur, *l. ſi verò, §. de viro, ff. ſolu. matrim. cap. ad audientiam de decim.* Et quia ſi legislator idem de aliis noluiſſet, vtique expreſſiſſet, *C. de cadu cit. tollen. l.* 1. *§ ſin autem ad deficientis, & illic Bald.*

Secundo *dictæ l.* 6 argumen ū contra-
10 rium ceſſat † quandoquidem in ea de militibus *à rege Ioanne* armatis agitur non verò decretis à dictis regibus Catholicis & ita ad Regem Catholicorum conceſſio non eſt trahenda, *C. de teſta. l. Iancimus, C. de appell. l præcipimus. cum alijs à nobis traditis in hoc met conſilio nu.* 2.

Tertio *d. l.* 6. aduerſariis non ſuffraga-
11 tur † ſiquidem expreſſim iura eſt conceſſum, regem expreſſis verbis immunitatē à monetis concedere poſſe, *vt in d. l.* 10. *titul.* 18 *par.* 3 *diſponitur, qua lege* 10. *explicanda eſt d. l.* 6. *ff. de legibus. l non eſt nouum, & ſimilibus.*

Sane, & quarto *d. l.* 6. abijcitur, quia vt conſtat ex dicto priuilegio, ſat patet de voluntate dicti regis Catholici, dictam



Digitized by Google

l. 6. abrogare volentis, ſi ipſi legi derogare neceſſe fuiſſet, ex quo dicto priuilegio rex vult, dicto Alfonſo dari priuilegium, cum omni legum derogatione, & clauſu-
12 larum ampliatione † & clauſula non obſtante non eſt neceſſaria, cùm de principis volu tate conſtiterit ; diſponentis eius literas prorſus valituras, vt tenent *ſcribentes in d. cto capitulo primo de conſtit. lib. 6. & in d. cap. nonnulli, & alibi ſæpe traditur.*

Diruitur, & quinto *dicta l. 6.* fundamẽ-
13 tum † quia vt aparet ex dicto priuilegio, non eſt priuilegium. Vt conſtat ex notatis, per *Fel. in rub. de reſcrip.* Et quando nõ
14 reſcriptum, ſed priuilegium eſt † clauſula non obſtante non eſt neceſſaria: quia eò ipſo quòd princeps priuilegium concedit, conſtat ius commune aduerſum infringere uoluiſſe, *ex l. quidam cõſulebat, ff. de re iudic.* & in terminis ita tenet *Bald. in l. item lapili. col 3. ff. de re diuiſio. & Dominic. in c. 1 de exceſſib. præla. in 6. & Dec. in cap. ex parte in 2. col. 3. de offic. deleg. & in conſ. 169. colum 2.* quod & inſtruitur † quia cum prin
15 ceps priuilegium contra ius concedit, poteſtatis plenitudine vtitur *de conce. præbẽ. cap. propoſuit,* & ob id uti cenſetur plenitudine poteſtatis, *ex traditis in cap. cum inter. de excep.* & inibi ſuſe *Felin.* & *alibi* ſæpe traditur.

Verùm, & dictæ *l. 6.* alia ſolutio eſt pa-
16 tentiſſima nempè, quòd dictum priuilegium fuit geminatum: & in eo ſecunda
17 ineſt iuſſio quo in caſu clauſula non obſtante tali lege non exigitur, ut notat *Imola in cap. porrecta de confir. vtil. vel inutil. Anton. in cap. 1. col. 4. de reſcript.* cum aliis quorum meminit *Felin. in d. cap. nonnulli num. 14.*

Septimò, *dicta l. 6.* minimè huic nego-
18 tio difficultatem affert, quia dictum priuilegium ex ingentibus ſeruitiis à dicto Alfonſo præſtitis fuit conceſſum: itaque nõ poterat à dicto rege Catholico reuocari, *cap. 1. cum aliis inibi à recentioribus congeſtis, de probat. Bal. in l. qui ſe patris colum. 7. C. unde libe.* & alibi ſæpe traditur. Et ita nec quoad monetam foreram mutari poterat, ſiquidem fuerit quidam contractus, *l. ſed, & ſi lege, §. conſuluit, ff. de peti. hæred. l. Aquilius regulus ff. de donat. cum ſimilibus.* Et *d. l. 6.* quæ de merò loquitur priuilegio, non quidem eſt trahenda ad contractum
19 nec ad donationem remuneratoriam, in qua iuris regulæ deficere conſueſcunt, ut conſtat *in l. ſi pater, §. fin. ff. de donatio.* cum aliis quorum *Iaſ.* meminit *in l. ex hoc iure, ff. de iuſti. & iur. col. 6. & Andr. Tiraquell. in repet. l. ſi vnquam, C. de reuocan. dona. id. ver. donatione largitus, num. 11. & ſequentibus* pleriſque, & ſupra memores fuimus *in conſil. 25 in punctis ad me num. 48. & ſeq.* Quod
20 & munitur, quia cum donatio remuneratoria ſit, motu proprio cõfecta uidetur *authore Guille. Cug. in l. 3. §. ſi procurator, ff. quod quiſque iur. & ibi Alexan.* quod obtinet, etſi in priuilegio dicatur, quod fuit ad partis petitionem obtentum, ut pulchrè *Bald.* tenet *in cap. niſi de offic. deleg. & Deciſ. in conſ. 51. col. 3. & Thom. Grama. in conſ. 8. col. penul.* hiſce in terminis loquens.
21 Sed quando reſcriptum motu proprio emanat, clauſula non obſtante talis lege neceſſaria minimè eſt, ut inquit, *Ioan. Andr. ea. in cap. 1. de exceſſib. Præla. lib. 6. & Bal. in l. omnes, C. de quadrien. præſcrip.* Quod
22 etiam ſubſiſtit quando princeps ex certa ſcientia ſcribit, ut tunc clauſula prædicta, non obſtante non exigatur, ut tenet, *gloſ. in d. c. 1. de conſtitu. in 6. & DD. in d. c. nonnulli,* & ſat hic dicta clauſula ex certa ſciẽtia inſcripta eſt in dicto priuilegio perpeſis contentis in dicto priuilegio.
23 Quid multa, & plerique cenſent dictam clauſulam non obſtante minimè exigi, quando lex a rege prædeceſſore edita fuit, (ut fuit prædicta, *lex. 6.*) & ita tenet *Ioan. Monachus d. c. 1. de conſt. in 6. & Bald. in l. 2 col. 2. C. de ſenten. ex peri. recitan. & alibi ſæpe habetur.*

Octauò, & in promptu eſt alia ſolutio,
24 *d. l. 6.* quia non tantum dictum priuilegiũ militię eſt, ſed & complura alia continet, nempe, quia non tantum dictus Alfonſus eiuſq; filii à tributis, & omnibus contributionibus in eo liberi efficiuntur (*iuxta l. 5. dicto titulo 1. ord. l. 4*) Sed nepotes &
25 pronepotes contra militiæ naturam, ut conſtat ex *d. l. 5.*

Subindè, & dicti Ioannis ius manifeſtum ex eo eſt, quod poſt dictum priuilegium conceſſum 80. annis, etiam quantũ ad monetam foreram obſeruatum eſt quam
26 ob rem etſi dictum priuilegium aliquid iuxta dictã monetam difficultatis haberet, tanti temporis tranſcurſu ceſſaret, *ex l. fin. cum gloſ. C. de fund. patrimo. lib. 11. cum aliis quorum meminit, Bald. in tract. præſcriptio. 2. par. 5. partis quæſt. 7. colum. 1. & 2. & Aret. in conſ. 11. procedendum col. fin. & nos ſupra in conſ. 15. in hac lite nu. 22.*

Et de dicti Ioannis iuſtitia hactenus, & eius fauore eſſe pronunciandum cenſemus. Quod quidem deniquè ita definitum eſt.

*Marcus Salon de Pace Doctor Burgenſi.*

AD-

# ADDITIO.

NVm.1. An milites ad collectas teneantur, pro eorum rebus, vide *Ferret. de gabell. numer.* 188. & 521. & quid in militibus Sancti Iacobi Alcantaræ, & Calatrauæ, an ſint Immunes à gabellis *Maſtrill. dec.* 290. *num.* 28. & 62. & quod miles à gabellis non excuſatur de iure communi, *Mierez in conſt. Catal. tom.* 2. *coll.* 6. *ca.* 28. *num.* 27. an priuilegium conceſſum militibus ad Doctores extendatur, *Ceuall. pract. quæſt. cap.* 329. & an ad milites celeſtes, *idem quæſt.* 328.

Num. 2. Alia eſt militia armata, alia inermis, *Mierez in conſt. Catal. tom.* 2. *coll.* 6. *c.* 32. *num.* 17.

Num. 3. Hic notandum adde, quod milites parantur, vt inimicos occidant, & Patriam tueantur, etſi ſe occidant, vel vulnerant, Rempublicam produnt, & ſi militiam deſerunt, ac pęna capitali puniri debent, *Caſtill. dec. Sicil.* 169 *num.* 13. *tom.* 2

Nu. 4. Pro confirmatione horum conferunt recollecta, *per. Alph. collect.* 854.

Nu. 5. Tributum per quos, & quibus debetur, *Ferrer. d. tract. nu.* 474.

Nu. 6. an gratia facta à Rege extinguatur eo mortuo, *Anna alleg.* 45. *nu.* 18. *Cabed. dec.* 117. *nu.* 9. *par.* 2.

Nu. 7. De iſta clauſula *non obſtantibus* latè *Marta de clauſ. p.* 1. *clauſ.* 76. *Barboſ. de clauſ. in clauſ.* 43.

Nu. 8. Regularitèr iſta clauſula *non obſtāte* non eſt neceſſaria, & quare, *Celſus Hugo de clauſul. rub. de clauſul. reſc. verſ. clauſula non obſtante Reg. Tapia l. fin. de conſt. princ. cap.* 9 *part.* 2. *num.* 104.

Nu. 12. *Celſus Hugo in tract. de clauſ. tit. de clauſ. reſcrip. verſ. clauſula non obſtante.*

Nu. 14. *Celſ. Hugo in tract. de clauſ. rub. de clauſ. reſcript. verſ. clauſula non obſtante debet poni Manent. dec.* 63. *num.* 40. & 41. & tollit ius commune, *idē dec.* 64. *nu.* 16. *dec.* 65. *nu.* 38.

Nu. 15. Ratio eſt, quia omne priuilegium eſt contra ius, *Bart. dec.* 118. *num.* 5. vide latè *Reg. Tap. de conſt. Princip. in rub. c.* 2. *num.* 2.

Nu. 16. geminatio literarum Principis ſeu ſecunda iuſſio tantùm operatur Quantum motus proprius, *Euerar. in topica loco à coniunct. nu.* 4.

Nu. 17. geminatio reſcripti habet vim clauſulæ *non obſtante*, & clauſula *ex certa ſcientia*, *Euerard. d. topica loco à vi geminat. nu.* 7. *Reg. Tapia vbi ſupra num.* 14. & quando Interuenit, ſecunda Iuſſio videtur vti plenitudine poteſtatis, *Rodulf. de abſol. poteſt. Princ. c.* 3. *num.* 11.

Nu. 18. *Anna allegat.* 119. *nu.* 11.

Nu. 19. donatio quælibet, conceſſa à Principe dicitur priuilegium, & paritèr gratia, *Gram. dec.* 9. *num.* 29. Ideò donatio Regia erit amplianda, *Fab. Anna conſ.* 62. *num.* 56. nec capit diminutionem, *Affl. dec.* 392. *nu.* 6.

Nu. 21. *Celſus Vgo eod. tract. & rub. verbo clauſula non obſtante tali, l. in reſcripto fol.* 657. *Marta de clauſul. p.* 1. *clauſul.* 76 *nu.* 3.

Nu. 22. *Celſus Hugo in tract. cit. de clauſ. rub. de clauſ. reſcript. verbo clauſula nō obſtante tali lege non requiritur in reſcripto.*

Num. 23. ad hoc videantur cumulata per *Reg. Tapiam in d. l. fin. cap.* 9. *p.* 2. *per tot.*

Nu. 24. an, & quando priuilegium perſonale tranſeat de vna perſona ad aliam, latè *Reg. Tapia in d. l. fi. de conſt. Princ.* 2. *p. c.* 3. *num.* 70. & *ſeq.* & an ad filios *Idem p.* 1. *c.* 3. *num.* 1. *cum ſeq.*

Num. 25. an priuilegium ad trinepotes extendatur, *Reg. Tapia d. l. fin. c.* 3. *p.* 2. *num.* 63. *cum ſeq.*

Nu. 26. Priuilegium declaratur ex ſubſequenti poſſeſſione, *Anna alleg.* 53. *n.* 19. quod cum poſſeſſione ſufficit ad manutenendum, *idem allegat.* 120. *num.* 7. & fortius ob temporis diuturnitatem.

SVM-

*SVMMARIVM.*

1 I*Ntellectus.*l.3.& 4.tit.18.parti.3.*& inibi, et ſequentibus latè quando requiratur ſigillum plumbeum, vel cereum in priuilegio regio.*

2 *Solemnitas legis, ſubſtantialis non eſt, quando in lege non eſt appoſita clauſula ſubſtantialis.*

3 *Verbum* debet *in lege impoſitum, non importat neceſſitatem, ſed decentiam.*

4 *Sigillum plumbeum non requiritur in priuilegio, quando tale priuilegium habet regiam ſubſcriptionem.*

5 *Priuilegium nobilitatis non perditur ex eo, quod quis ad bella non fuerit et inibi, et ſequentibus de intellectu.*l.9.tit.1.ordina. lib.4.*quæ habetur* lib.6. nouæ recopilat. tit.1.l.3.

7 *Qualibet causa etiam beſtialis excuſat à pena.*

8 *Iudicari in dubio debet, quod quis in pænam non inciderit.*

9 *Diſcrimen inter militem armatæ militiæ. et militem de Alarde, et ſequentibus multis. Et inibi latè an miles armatus debeat contribuere vel non.*

10 *Miles de Alarde quis propriè dicatur.*

11 *Milites armati non debent facere Alarde.*

13 Communis *vſus loquendi attendi debet.*

14 *Intellectus* pragmaticę regis Ioannis *Toleti editæ; quæ loquitur de militibus armatis, & numeris præcedentibus.*

16 *Lex.6.tit.1.*ordin.lib.4.*eſt Mēdoſa: & inibi ponitur eius vera litera. Et ſequentibus quæ habetur* in noua recopil. lib.6. tit.1. l.2.

17 *Intellectus*.d.l.6 tit.1 ordin.lib.4.*in verbis* Y no de monedas.

19 *Error non præſumitur in priuilegio Principis, & ſequentibus.*

21 *Priuilegij verba relatiuè poſita, debent intelligi cauſatiuè non conditionaliter.*

22 *Rex, quod conſiderauit, attendi debet: etſi in veritate contrarium eſſet.*

23 *Donatio regia non diruitur prætextu erroris.*

24 *Donationem remuneratoriam rex non poteſt mutare.*

25 *Priuilegij fides augetur ex eius longa obſeruatione.*

## ARGVMENTVM.

**Priuilegium immunitatis à Rege Militi conceſſum, & ſi ſigillo munitum non fuerit, ſed ſola Regis ſubſcriptione, & in poſſeſsionem immunitatis per pluresannos ipſe perſiſterit, an ei obeſſet præſuppoſito quoque, quod dum fuerat conceſſum ratione militiæ, in qua non aliter interuenerat, ſed benè ad illam ſubmoueri debuerat, per multas rationes fundatur militis intentio.**

## CONSILIVM XXXXVI.

QVIA iuxta prædictam cauſam dicti Ioannis fiſci procurator contra ipſum Ioannem multa obicit alia quidem in eius fauorem conſcripſimus.

Et primo (vt fertur) aduerſarius etiam opponit quod dictum regium priuilegium ſigillum plumbeum non habet, prout *ſeptempartitarum iure* exigi ait † nempè ex *l.3. & 4.tit. 18.parti.3.* Quod quidem nec nos contorquet, ſiquidem prædictæ regiæ leges loquuntur in caſu abſimili: nam de rogatis priuilegijs agunt, quorum præcidictum non eſt. 1

Proindè *& l.10.tit.18 part.3.* expreſſim ſancit, dicto noſtro priuilegio dictum ſigillum non requiri, ſed cereum ſufficere, huſçe verbis inquit, *Y porque esto ſea firme y no venga en unoda que la mande dar aquella carta ſellada con ſuſello de zera.*

Rurſus etſi dicta *l 3. & 4.* ſtabilirent, ſimile priuilegium ſigillum plumbeum habiturum non quidem ſi illud non haberet ipſum dirueret priuilegium: cùm dictæ leges clauſulam derogatoriam minimè habeant: quo fit † earum ſolemnitatem ſubſtantialem non eſſe. *ex tex. in l. non dubium C. de legibus, & ſimilibus.* & eſt Doctorum commune placitum *in l.1.ff. de libe. & poſthum. cum alijs* quorum *illic recentiores* memores ſunt. Et verbum, *Debet* dictis legibus ſcriptum, decentiam, non tamen neceſſitatem conſpicit (vt plerumq; fieri conſueuit) vt conſtat *in l. non ſolum.§.1.ff. de no.ope.nun.* & in ſimilibus quorum meminit *Alberi. in eius doctrina. in verbo debet* & hæc interpretatio expreſsè conſtat. *in l. 10 dicto tit.18.par. 3.*

2

3

Verùm ex alio dictum plumbeum ſigillum neceſſarium non eſt † quia dictum priuilegium regis habet ſubſcriptionem, vt ait tex. *in l.4. eodem tit.18. parti.3.*

4

5 Nec dictum † priuilegium (vt aduerſarius ait) deperditum ex eo eſt, quod dictus Ioannes ad regia bella non fuerit, minimè refragante *text. in l.9.tit.1. ordina. lib.*

4.*qua*

*4.quæ habetur lib.6.recopil.tit.1.l.3,* Nam
aduerſarius non probat, ad dicta bella di-
ctum Ioannem fuiſſe vocatum: & hoc *di-
cta l.9.* requirit, vt miles ad regia bella non
vadens vti non poſſit priuilegio militiæ.
Quod exigunt hæc verba *dictæ l.9.* ibi, *Ca
da que nos embiaremos a llamar.* Et prædi-
cta conuocatio nunquam facta præſumi-
tur, *vt in l.1.C. de manda. princ.* & nuncu-
patit ita tenet *Bal. in l.2.C. ſi ex fal. inſtru.
& alibi ſæpè traditur.*

6 Nec dicere oberit † generalem conuo-
cationem ad dicta bella notiſſimam eſſe,
& ob id, quod probari neceſſe non erat.
ex compertiſſimis iuribus. Siquidem non
conſtat, oppido B. cuius incola dictus Ioã-
nes eſt, dictas vocationes fuiſſe notas; nec
de hoc aliquis articulus in toto proceſſu
eſt productus aduerſarius per qui id proba-
re erat obnoxius. *C de probat. l. actor. cum
ſimilibus.* Quin & neceſſaria erat, dictarum
vocationum allegatio, earumque notitia
communis *ex text. in l. ſi adulterium cum
inceſtu. §. idem Pollioni. ff. de adulte & gl. no-
tiſſima in clem. appellanti. de appell. cum alijs
quorum meminit Felin. in capitulo cum ordi-
nem. nu. . de reſcrip. Iaſo. in l. ſi vnus. §. pacto
ne peteret. ff. de pact. nu. 42. optimus tex. in l. ſi
quis ex aliena. in fine. ff. de iudi. iuncto tex. in
l. 2. §. omnes. ff. eodem titulo text. etiam in l. 2.
C. quæ ſit long. conſue.* Præter hæc nec ad-
uerſarij teſtes concludunt: nec illis aduer-
7 uerſarius ſuum probat aſſertum, † & quæ-
libet cauſa etiam beſtialis à dicta pœna
dictum Ioannem immunem efficeret. *ff. de
plagia. l. 1.* legitur, & notatur *in l. 2. & 3. C.*
8 *eod. tit. & alibi ſæpè.* Et in dubio † in pœnã
incidiſſe dictum Ioannem non eſt cenſen
dum. *ff. de pœnis. l. ſi de interpretatione, cum
ſuis vulgatis.*

Verùm & non rectè in priori ſententia
miles de Alarde dictus Ioannes nomina
tur: ſiquidem non ſit niſi miles armatæ
militiæ. Inter quos non modicum diſcri-
9 men eſt, † quia miles armatus non debet
in tributis, & ſeruitijs contribuere: at mi-
les de Alarde ſic., vt conſtat *ex regis Ioan-
nis pragmatica Salmanticæ edita, & Palen-
tina ciuitate,* quæ reperitur *in volum. prag.
char. 341.* Proindè quòd dictus Ioannes nõ
10 ſit miles de Alarde probatur † quia ille
propriè eſt miles de Alarde qui nõ eſt mi-
les armatus; ſed equum habet more illorum
qui ſunt in Andalucia, quos vulgus quan-
tioſos appellat, ſed terræ miles, qui ſalariũ
à rege recipit, vt conſtat *ex l. 10. & 11. &
ſequentibus tit. 3. ordina. lib. 4. iuncta. l. 21. eo-
dem tit.* (*d. l. 10.* habetur *lib. 6. recopil. tit. 4.
l. 23.* qua in *l. 21.* ſpeciatim de militibus de
Alarde fit mentio: & ait ipſa lex, quod in
legibus præcedentibus de illis actum eſt:
quibus in legibus præcedentibus tantum
agitur de militibus à rege ſalarium habẽ-
tibus: qui milites terræ vocantur, & fa-
ciunt Alarde, vt probatur *in d. l. 10. 11. &
12. & ſequentibus, & l. 19. eodem tit. 3.* & idẽ
conſtat ex *l. 13. tit. 1. ordina. lib. 4.* (*quæ ha-
betur lib. 6. recopilat. tit. 4. l. 24.*) quæ milites
de Alarde nominat milites *de premia, Y de
Alarde y de guerra.* Qui abſimiles militi-
bus armatis ſunt, vt idem titulus docet.
Quæ & ſuadentur ex quadam ſupplicatio-
ne, quæ reperitur in quadam pragmatica
manu conſcripta, à rege Ioanne ædita. ex
qua dicta *l. 13.* originem ducit, cuius ver-
ba. *Otro ſi muy poderoſo ſeñor, porque la ca-
uallería fueſſe acrecentada en vueſtros rey-
nos, nueſtros anteceſſores cuya anima Dios
aya, y anſi meſmo vueſtra Alteza hizieron y
ordenaron que huuiſſe caualleros de premia y
de Alarde y de guerra en cierta forma: y que
aquellos que tuuieſen y mantuuieſen cauallos,
huuieſen y gozaſen de ciertos officios, aſſi co-
mo alcaldias y mayordomias y fialdades e o-
tros ſemejantes officios, y echaſen ſuertes po-
rende en cada año: lo qual han tenido, e tienen
por priuilegios e vſos e coſtumbres; e por eſta
cauſa la dicha cauallería es acrecentada e mã
tenida en muchas ciudades, villas, e lugares
de vueſtros reynos, eſpecialmente en el Anda-
luzia y fronteras. Y muy poderoſo ſeñor, de
algunos tiempos a ca por importunidad vue-
ſtra Alteza ha hecho merced de algunos de
los officios ſobre dichos, &c.* Ex qua ſuppli-
catione manifeſtè conſtat, quòd milites
de Alarde non ſunt milites armati: ſed illi
qui equos armaq; habent: qui etſi milites
armati nõ ſint, certis fruuntur honoribus,
non tamen immunes ſunt à tributis, &
ſeruitijs. & hi debent facere *Alarde* prout
diſponitur in *d. l. 10. 11. & ſeq. d. tit. 3. ordi-
nat. lib. 4.* Quo fit, dictum Ioannem non
militem *de Alarde,* ſed armatæ militię eſſe.

Nec dicere oberit, quòd vt ſancitur in
*d. l. 6. tit. 1. ordin. lib. 4.* (*quæ habetur lib. 6. re-
copil. tit. 1. l. 2.*) miles armatus debeat face-
re Alarde, illud tamen non eſt, vt alij mili-
tes de Alarde, ſed eo modo qui in mone-
tarum codice exprimitur, vt eadem lex
expreſſim inquit, & de Alarde dictorum
militum de Alarde agunt *d. l. 10. 11. & 21.
d. tit. 3. ordin. lib. 4.* Nec Hiſpaniæ conſue-
11 tum eſt, † quòd milites armati Alarde
faciant: nec hucuſque contrarium factum
eſt.

Quid plura, & dicta *pragmatica regis Ioã-
nis*

Digitized by Google

*nis Toleti ædita* (*quæ Salmanticæ pragmaticæ immixta eſt & habetur, lib.6.recopil.tit. 1.l.1.*) expreſſim diſcrimen conſtituit † inter militem armatæ militiæ, & militem de Alarde: & armatum militem monetis, nec ſeruitijs, aut tributis contribuere ſancit, at ſecus militem de Alarde, vt hæc eius verba inſinuant. *Quæ los que no fueren cauallcros o hijos dalgo o dueñas o donzellas que pechen y pagen, &c.* Et ibi *En todos los pechos, y pedidos, y ſeruicios*. Iunctis hiſce inferioribus verbis. *Y que todos pagen ſin ninguna condicion, aſsi tales priuilegiados, como excuſados, y como Caualleros de Alarde*. Itaque *ſanctio hæc* palàm diſponit, militem in nullis contributionibus, nec in monetis ſoluturum, idemque & in nobili conſtituit: at ſecus eſſe dicit, ſi miles de Alarde fuerit. Et licet communibus pragmaticis dicta verba, *Caualleros, y hijos dalgo*. Sint inſcripta, verum codicibus verioribus manu conſcriptis hæc inſunt verba, *Caualleros o hijo dalgo*. Alternatimque dicta loquitur ſanctio, & non coniunctim, & ita vidiſſe admoneo: & quòd hæc verior ſit litera: quia ſi coniunctiua verba eſſent, ſubſequeretur quidem, non ſatis eſſe, quem nobilem eſſe, niſi & ipſe miles fuiſſet, vt à dictis liberaretur oneribus cōtributionibuſque. Quod omnia aduerſatur iuri, & mori. Quin dicta pragmatica communi litera hæc habet verba. *Dueñas y donzellas*. Et ob id neceſſe eſt, ea verba alternatim ſumere: quia ſi *Dueñas* non
13 ſunt virgines, ſi virgines non *Dueñas* † & hoc communi loquendi vſu perpenſo, vt iure fieri debet. *ff. de ſupel.lega. l. Labeo. & ff. de leg.3. l. librorum. §. quod tamen Caſſius, & ſimilibus*. Et cum dicta pragmatica de militibus loquitur, compertiſſimum eſt
14 † intelligendum de militibus armatis, nō verò de his quos populus milites vocat, etſi nobiles non fuerint: ſiquidem à dictis contributionibus dicti populares milites non ſunt iure exempti.

Rurſus & iuxta prædicta conſiderādum
15 eſt † quòd leges regiæ cùm de armatis loquuntur militibus (his verbis, *Caualleros*) ſimpliciter ſine adiuncto loquuntur, vt in *tot.tit.1.lib.4.ordin.* & ita *in rubr.* tantum dicitur, *Titulo de los Caualleros*. Verùm cùm leges de militibus *De Alarde* loquuntur, vt *ter.in l.fin.tit.1.ordin.lib.4.* (*quæ habetur lib.6. recopil. tit.1.l.10.*) *& in d l.21. tit.3. eodem lib.* explicant. quo fit, quòd cùm in dicto priuilegio prædicti Ioannis catholicus rex dictum Alphonſum militē faciat, non dicēs, quòd ſit miles de Alarde, manifeſtum eſt, illum militem armatę militiæ feciſſe: præter hoc quòd dicti priuilegij verba ſatis hoc edocent, & ob id illum, & ſuos deſcendentes ab omni contributione ſeruitiorum, monetarum, ac tributorū rex ipſe *ibidem* immunes reddit.

Quin & preter alia *quæ præcedenti allegatione & conſilio ad d.l.6. tit.1. ordin.lib.4.* diximus (*quę habetur lib.6. recopil.tit 1. l. 2.*) & ad hoc negotium illud noſſe eſt ne-
16 ceſſum † quod *d.l.6.* communibus *Montalui.* codicibus eſt Mendoſa, & cum in ea dicto communi codice hæc ſubijciūtur verba, *En tal caſo no e monedas mas de todos y qualeſquier pechos*. Errore conſcripta ſunt: & uera litera dictæ legis hæc eſt. *Y en tal caſo no ſolo de monedas, mas de todos y qualeſquier pechos*. Et ita codicibus manu ſcriptis reperitur: & quòd miles nullas monetas eſt exoluturus. Et ideò non abſ re rex catholicus ait in dicto priuilegio, dictum Alfonſum eiuſquè filios monetas nō ſoluturos, prout alij horum regnorum milites minimè ſoluunt. Et quòd prędicta litera fuerit verior, probabiliorque ſat ex ea conſtat, quia difficilius quidē quis immunis à tributis (*Pechos* vulgo dictis) fit quàm à monetis; & ob id milites de Alarde excuſati, qui ex dictis pragmaticis, & ſi à monetis excuſentur, non tamen à tributis, & ſeruitijs, & ita cùm *d.l.6.* miliies immunes, & à tributis (*Pechos* dictis) fecerit à fortiori, & à monetis.

17 Præterea & iam dicta ſuadentur † quia dictę legis prędicta verba; *Y no de monedas*. Etſi ea quę explicuimus minimè probarēt dictum intellectum quidem patiuntur, nēpe vt ea intelligamus, vt non tantum de monetis, ſed etiam de omnibus & quibuſcunque contributionibus; & ita quod verbum, *Non* pro, *non tantum* ſumatur, pro vt quandoque accidere videmus, & *Cicero* plerunq; ſic *ſuis oneribus* edocet, & iſtū intellectum ſatis quidē verba dictæ legis comperiunt.

Sanè nec vnquam regio noſtro Pinciano prætorio ſententia in rem iudicatam translata definitum eſt armatum militem monetas exoluturum; ſed potiùs quod illas non perſoluat.

Denique, & proprijs oculis ipſe vidi
18 † dictam ordina. ſanctionem hiſce verbis conſcriptam. *En tal caſo no ſolo de monedas, mas de todos y qualeſquier pechos*. Et typographus ſic eam ſcrpſiſſe.
19 Ex his & confluit † dictum Alfonſi priuilegium nullum continere errorem; etſi in eo expreſſim Rex à monetis immunem

eſſe

eſſe dixerit prout & alij horum regnorum milites ſunt. Quando quidem vt ſuperiora manifeſtant, milites armatæ militiæ, verùm eſt, à prædictis liberos eſſe. Verùm cùm rex ipſa in dicto priuilegio ſpeciatim conſtituerit, illum à dictis contributionibus & monetis immunem, nihil aliud neceſſarium eſt; nec error ipſe eſt ad contrarium allegandus *l. ille. aut ille. §. cùm in verbis. ff. de leg.* 3. Nec dicti priuilegij verba ibi, *Ni en otras qualeſquier coſas, en que cauallero por mi armado dejtos mis reynos no pechen*. Derogatiua ſunt his quæ ſpeciatim in dicto adiunt priuilegio. *ff. de verb. oblig. l. doli clauſula. & ff. de vin. trit. ol. que leg. l. fi. §. cum dulcia.* Quin ex quò prædicta verba dicti priuilegij ad dicti Alfonſi augmentum fuerint impoſita, eiuſquè fauore, non licet, ea in eius damnum retorquere, nec debet cæteri appoſita in diminutionem ſuæ immunitatis *ff. de leg. 1. l. legata inutiliter. C. de legib. l. quod fauore*. Quid plura, & ſi *in d. l. 6.* à monetis milites
20 non excuſarentur † non ob id de dicti regis errore conſtaret; ſiquidem cenſendum ſit, dictum catholicum regem *dictam l. 6.* non ignoraſſe ex tex. *in c. 1. de conſtitu. in 6. & in l. omnium C. de teſtam.* ſed quòd voluit *dicta lege ſexta nõ refragante* dicto Alfonſo prędictam concedere immunitatem & eum non tantum militem, ſed à dicta moneta forera immunem facere vt palã dicti priuilegij verba ſæpius inſinuant: quę non tantum illum militem ſed à tributis, & monetis immunem efficiunt. Nec credibile eſt, in dicto priuilegio errorem ineſſe, regemquè catholicum in eo erraſſe, cum eiuſdem regis curia complures tunc aderant iuriſperiti, quorum manibus ipſũ priuilegium fuerit perſcrutatum, *ex his quæ habentur in cap. ad audientiam. in 1. de reſcrip. & aduertit Pau. Caſt. in conſilio* 164; *in cauſa præfecti quæ vocatur. columna antepenultim. lib. 2.* Ceterum nec dicta verba dicto priuilagio ad id ſunt ſcripta, vt dictum priuilegium ad ea quæ iura militibus armatæ militiæ conceduntur, reſtingantur: ſed illis rex ipſe prorſus dictum Alfonſum ab omni moneta, & ſeruitio, & contributione liberum eſſe explicuit. Verum & dicta verba relatiua iure cauſatiuè
21 non verò conditionaliter ſunt explicanda *ex tex. in cap. abbate. de verb. ſigni. & illic Abb. & doctores & in cap. examinata de confirm. vtil. vel inutil. cum aliis quorum Iaſo meminit in l. ſi teſtamentum. C. de inſti. & ſubſt. poſt Pau. Caſtren. in l. admonendi col. 3. ff. de iur. iuran. & ibidem Iaſo. numero* 33. *Areti. in conſil. 76. diligenter viſis. column.* 3. & probatur in *l. refert. C. de fal. cau. adiecta lega. & ibidem Salic.* & quidem quod
22 dictus rex putaſſet † expendendum eſt: & ſi in veritate contrarium eſſet. *vt in d. l. quo loco. §. iam mortuo. & inibi Pau. Caſtren. ff de hæredib. inſti.* Nec dictus rex in dictis verbis *ad dict. in l. 6.* ſe refert, ſed tantum ad ea quibus milites fruuntur, vt hæc verba dicti priuilegij manifeſtant. *Las otras coſas que a caualleros por mi armados y a ſus deſcendientes deuen ſer guadadas.* Et eſſe poterat, quod ipſe rex cùm milites faciebat, eos ſemper immunes à monetis fecit. Pro-
23 inde & dicendum eſt † quòd ex cauſa erroris dicta regia donatio iure non diruatur, nec ſimplex donatio vt tenent *Cin. & Ang. in l. nec apud finem C. de hęred. inſti. & in l. eam quam. C. de fideicommi.* Præter hoc, quia dictum priuilegium conceſſum fuit ex cauſa remunerationis: & ideo ſubuerti
24 nõ debet † nec prædictus Rex catholicus illud poſſet mutare quo ad prędictam monetam foreram, ſicut nec ad alia: & ſi id diſpoſitum eſſet *in d. l. 6.* (quod aduerſarius inquit) eiuſque inſcitiã ipſe Rex habuiſſet *ex l. ſi pater, ff. de donat. & in l. ſed ſi lege, §. conſuluit, ff de petit. hæred.* cum alijs, de quibus *Recentiores* meminere *in cap.* 1. *de probat. & in l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. & Bald. in l. qui ſe partis, C. vnde lib.* & nos ſupra memores fuimus *in conſ. 25. in punctis ad me nu. 4. & ſeqq.* & ſat his conducit *tex. in l. metũ autẽ, § ſed licet, ff. quod met. cau.*
25 Nec de dicti priuilegij fide † ambigi (ex his, quæ alias congeſſimus) poteſt; & quia 80. annorum vſu eſt comprobatũ, & hoc etiam tempore eſt cuſtoditũ, quod ſat eſt, vt ipſius priuilegii fides minimè euertatur, omniſq; falſitas diruatur *ex tex. in l. ſcripturas, C. qui potio. in pign. hab.* notat *Cinus inter conſ. Bal. in conſ. 406. col. pe. lib. 4.* cuius meminit *Aym. Crauet.* plura alia citans *in conſ. 158. nu. 1. & ſeq. col. 1. & id. Aym. Crau. in tract. de antiq. temp. p. 1. nu. 199. & 284.*

Et hæc dixiſſe pro d Ioanne ſat ſit, *cuius in fauorem vltim in ſententiam latam fuiſſe ſcimus.*

*Marcus Salon de Pace Doct. Burgen.*

## ADDITIO.

NVm. 1. notandum erit, qualiter ſigillum Regis eſſe debeat in *cap. Regni incip. in forma*, vbi *Campag.* plura cumulauit, & vltra ea abundantèr *Borrell. de magiſt. edict. lib. 2. c. 13. per tot.*



Digitized by Google

Nu.2.faciunt cumulata per *Alph.colle.*27.

Nu.3. *Anna in rubr. de vaſſall. decrep. ætat. num.* 104.

Nu.4. ſubſcriptio vim habet appoſitio ſigilli, *Borrell. vbi ſupra nu.*9. & ſigillum æquipollet ſubſcriptioni, *Surd dec.*137 *nu* 2. *Maſcard. concluſ.*285. *nu.*7.

Nu.5. confert *Conſt.Reg.Hoſtici*, ad hoc, vt obſtet exigi ur ſubmonitio, vt *ibi Affl.& Gram.*teſtantur, & quid circa hoc nouisſimè deciſum fuit, refert *Io. Bapt.Thor.in compend.deciſ.Regn.* 2.*par. verb.Hoſtici.& ver.Exceptio.*

Num.6.vide *Maſcard.de probat.concl.*78. *num.*50.

Nu.7.latè *Battand.in pract.crim. Reg.*80. *&* 81.

Nu.8.vide conſimilem differẽtiam apud *Affl.in conſt.proſequentes, num.*28.

Nu.9.vide *Affl.in conſt.mor.diſſolutæ n.*16 vbi loquitur de iſtis militibus equeſtris, vltra tradita *per eum in d.conſtitut. proſequentes.*

Nu.13.vide *Alph.collect.*1651.

Nu.19.errorem non præſumi, probat latius *Menoch. de præſumpt. lib.* 1.*q.* 61. *num.* 13.

Nu.20.hic notãdum erit, quod Rex, quæ ſunt in iure non præſumitur ignorare, ſed tantùm ea, quę in facto conſiſtunt, quod per multa probat *Anna alleg.* 69. *num.*39.*&* 40.

Nu.21.& ratio eſt, quia verba conditionalia non inducunt diſpoſitionem, latè *Euerar. in Topic.iur. loco à contrario ſenſu num.* 26.

Nu.22. ita & priuilegium vſu declaratur, etiam ſi verba contradicant, *Anna alleg.*53.*num.*30.

Nu.24.neque poterit talis donatio ab eo reuocari, ita probat *D. Reg. Tapia in l. fin.de conſt.Princ.*2.*p.legis c.*9.*num.*6. *& ſeq.* vbi poſuit limitationes, ſic nec priuilegium conceſſum ob ſeruitia, *Anna in c.*1.*num.*198. *de vaſall. decrep. ætat. & allegat.*119.*num.*11.

Nu.25. eo quod priuilegiũ Regis eſt perpetuũ, *Anna in d cap.*1.*num.*271.& declaratur ex ſequenti poſſesſione, *idem allegat.*53.*num.*19.

# *SVMMARIVM.*

1 *Collegium, ſeù Confraternitas, quando à laico erigitur, Confratres nihil agere, aut ſtabilire poſſunt ſuper aliis Confratribus recipiendis ſine ipſius laici aſſenſu, nec minus contra eius voluntatem.*

2 *Collegium, ſeù Confraternitates nõ poſſunt ſtatuere, quod quidam ad Collegium, ſiuè Confraternitatem admittantur, & alij excludantur, & num.*4.*&* 5. *Quod ibi limitatur, num.*3.

4 *Monopolia, aliàs ligæ, fieri non debent, & contrarium facientes graui pœna puniuntur.*

5 *Confratres non poſſunt facere iniquum ſtatutum ſuper receptione Confratrum.*

6 *Vniuerſitas non poteſt facere ſtatutum, quo aliqui de Ciuitate, aut Vniuerſitate ad eius commoda, & officia, ſeù ad alios honores admittantur, alij verò excludantur.*

7 *Confratres, ſeù Collegiati nihil ſtatuere poſſunt in tertij præiudicium.*

8 *Vniuerſitas, ſeù Collegium nihil iniuſtè poſſunt facere, ſeù in odium certæ perſonæ, & ſi maior pars illud velit, & à tali ſtatuto appellari poteſt, &.ſequent.*

9 *Nominandus ad dignitatem ſi non nominetur appellare poteſt.*

10 *Confraternitates diſſolui debent propter iniqua ſtatuta.*

11 *Ad Confraternitates faciliter homines debẽt recipi.*

12 *Confratrum ſtatutum quo conſtituerunt, vt nullum ad Confraternitatem recipiant, niſi certo pretio ſoluto, non eſt licitum.*

13 *Examen ſcholarium, & ſi ad DD. pertineat, cum ad licentiam, doctoratumuè aſcendere appetunt, ſi Cancellarius videat, quod aliquorum Doctorum dolo, fraudeuè non admittantur, iubere poterit, vt eos recipiant.*

14 *Confraternitas faciliùs cogitur, recipere in Confratres filios Confratrum, quàm alios extraneos quibus præponuntur, & nu.*15.

## ARGVMENTVM.

Collegia, ſiue Confraternitas à laico erecta, an per eorum Confratres poſſit aliquid ſtabilire ſuper alijs Confratribus recipiendis ſine ipſius laici aſſenſu, itaut aliqui ad ipſam admitti debeant, aut excludi, diffusè proſequitur.

CON-

Digitized by Google

## CONSILIVM XXXXVII.

DIuino poſtulato auxilio: quia fauore Alphonſi, & Io: de S. Stephano contra confratres Hoſpitalis Nobilium huius Oppidi Pinciani cõplura alia copioſè cõſcripta ſunt, ob id breui dicimus aduerſarios minimè poſſe dictos Alphonſum & Ioannem à dicta fraternitate excludere: cùm ſe nobiles ex vtroque latere probauerint, ea forma qua alij in dicta cõfraternitate recepti conſueuerunt.

Et primò hæc inſtruuntur, quia ipſi cõfratres aduerſi prętendentes comiti donno Petro Anſures ipſius hoſpitalis & cõfraternitatis erectori voluntati obſiſtunt; qui vt ſcripturæ productæ inſinuant, omnes nobiles ad dictam confraternitatem recipiendos ſtabiliuit: quare conſequens eſt, dictos confratres nequaquam poſſe, à dicti comitis voluntate reſilire, vt notiſſima iura paſſim diſponunt, & expræſſe *Innoc. in c. cùm acceſſiſſent. col. 1. de conſtitu.* ait,
1 † quòd quando collegium, fraternitasvè à laico erigitur, confratres nihil ſtabilire aut agere poſſunt ſuper alijs confratribus recipiendis, ſiue ipſius laici erigentis aſſenſu (quanto ergo minus, aduerſus laici voluntatem) & *Innoc. alij docto. illic* adſtipulantur *ex text. in c. monaſterium. 16 q. 1.* & ita non eſt in prædictorum confratrum voluntate aliquos recipere nobiles, alioſquè excludere: cum pro omnibus nobilibus dictum hoſpitale conſtructum ſit.

Proinde quod prædicta vera ſint, ſat cõſtat ex *tex. in l. 1. C. de monop.* vbi (& for-
2 tius) ſancitur. † collegia, fraternitateſuè conſtituere non poſſe, quod quidam ad collegium ſiue confraternitatem admitãtur, & alii excludantur. Et ita tenet *Bart. in l. fi. col. 4. ff. de colleg. illic.* hoc temperans,
3 cum cauſa adeſſet legitima † nepè quod ingredi volens pernicioſus, rixoſuſquè ſit, ſiuè turbulentus, vt dictus Alfonſus, Ioannesquè, non ſunt: ſed bonis moribus virtuteque adornati, etſi hoc ſtatuti vigore facere non poſſunt, quantò ergo minus ſine ſtatuto.

Suadentur & prædicta ex tex. notabili. *5. partit. tit. 7. l. 2. quæ habuit ortum à d. l. 1. C. de monop.* cuius hæc ſunt verba: *Otroſi hazen poſturas que otro ninguno no labre de ſus meneſteres, ſino aquellos que ellos reſcriuen en ſus compañias.* Et ibi. *Y porque ſe ſiguen muchos males, dende defendemos que tales cofradias y poſturas y cotos como eſtos ſobredichos, ni otros ſemejantes dellos no ſean pueſtos.* Et *inibi* contrariũ facientes graui pœna plectuntur. Itaq; *dict. ſep. partit. a-*
4 *ru. lege* expręſſim diſpoſitum eſt † confraternitates, quibus quidam eiuſdem officij, ſeu generis admittuntur, alijque expelluntur, eſſe abigendas. Et conſiderandum eſt, quòd *prædicta lex parti.* non tãtũ monopolia illic expreſſa dimouet, ſed ſimilia. Quorum eſſe quæ aduerſarij prætendunt inficiari non poſſumus; & ſat cõſtat, eſſe ligam, monopolium, & coniurationem factam aduerſus dictum Alfonsũ, Ioanemquè ſancti Stephani; cum ipſi ſuę nobilitatis ſuperiores quam alij habeant probationes. Quę ligæ & coniurationes iure non ſubſtinentur. *§. conuentiones, de pac. iur. fi. in au. & illic Bald. & docto. & in c. conſpirationum. 11. q. 1. cum alijs de quibus meminit. Feli. in c. exhibita. n. 4. verſi. nota limitationem de iudi.* & plenè *Hieron. Gigã. in tracta. de crimi. læſæ Maieſta. in tit. quando & per quos q. 22. per totam.*

Quibus & accedat ſententia *Innoc. in c. cum acceſſiſſent. col. 1. de conſtitu.* vbi tenet
5 † ſuper confratrum receptione, collegiatorumue ſtatutum iniquum confici non poſſe *ex d. l. 1. C. de monop.* & notabiliter *Sali. in l. receptitia. in fine. C. de cõſtit. pecu.* qua in lege tenet, non poſſe ab alijs confratribus conſtitui, quam certi admittantur, alii verò non. Et palam idem *ibidem* tenet, *Bald. col. 3.* ex quo *Ioan. And. in proœmio Grego. in verb. doctoribus.* (*ex d. l. 1. C. de monopo.*) tenet, vniuerſitatem minimè poſſe ſancire, doctores alterius ſcholares non recepturos. Quod etiam tenet *Lauren. Silua. in conſi. 1. quoniam col. 25. num. 75.*
6 *lib. 1.* vbi etiam conſuluit † vniuerſitatem ſtatutum minimè edere poſſe, quo aliqui de vniuerſitate, vel ciuitate ad eius commoda & honores admittantur, at alij, nõ ſiquidem monopolium ſapiat, ſitque in aliorum pręiuditium, contineatque iniuſtitiam: & quando quidem prauò zelo id factam cenſeatur, *ex pleriſq; inibi congeſtis* quę videre licet, & faciunt à *nobis* ſupra citata *in conſ. 10. in hac litc. nu. 11. & ſeq. & num. 25. & ſeq.*

Præterea aduerſarij alterius ius auferre non poſſunt, vt notiſſima concinunt iura. & habetur in fortioribus terminis *in l. ſi priuatus ff. qui & à quib. & in l. venditor §. ſi co. ſta. ff. commu. præd.* Sed dictus Alfonſus & Ioannes cum nobiles ſint (itaque probauerint) ius habent, vt ad dictã confraternitatem recipiatur. Tum ex dicti comitis fundatoris inſtitutis: tum ex dictis

confraternitatis ſtatutis. Igitur aduerſarij eos ab hoc iure excludere nō poſſunt. Quibus conducit quod tenet *Bar. in l. fin.*
7 *col.4 ff. de colleg. illi.* vbi tenet † quod collegiati, nec confratres non poſſunt aliquid facere in tertij præiuditium. *Et Ant. in c. cum oēs. col.6. de conſtitu.* inquit † vniuerſi-
8 tatem collegiumuè nihil iniuſtè poſſe ſtabilire, ſeu ſtatuere in odium certæ perſonæ etſi maior pars velit; & quod ab eorum iniuſto actu appellari licet, *l. 1. § ſolent ff. quod appel. ſit, & in l. qui ſe grauatos. C. de cenſib. & in l. ambitioſa ff. de decret. ab ordi.*
9 *f. & illic. dd.* & ob id † ſi quis ad dignitatē nominandus, non nominetur, appellare poterit *l. 1. C. de po admi lib. 11.* non enim dictæ vniuerſitates, cōfraternitateſquè ad pios vſus confectæ, iniqua, & contra rationem conficere poſſunt, *vt in dictis iuri. bus cōſtat,* & notat *Bald. in d. l. receptitia column. pen.*
10 Quid[illegible] ta † & propter iniqua ſtatuta, confraternitates diſſolui debent, *l. ſub pretextu ff. de extraordi. crimi. & illic Bald. l. 1. & ibidem Bart. ff. de colleg. illic.* Sed iniquum eſt, quod aduerſarii allios recipiant
11 qui non ita eorum prob[illegible] nobilitatē, & prædictos explicant: & hoc quorundā confratrum odio, quo ipſos prauè inſequuntur.

Nec prædictis Alfonſus, & Ioannes cū nobiles ſint, alijs nobilibus diſſimiles eſſe diuerſóque iure ſunt cēſendi, *ff. de vſu ap. l. cū qui ędes,* & in collegiis, & vniuerſitate ita *Bald.* expendit *in l omnes populi, ff. de iu ſti. & iu. col.5. verſ. & in contrarium.*

Suadetur noſtra ſententia, quia ad has
11 ſimiles confraternitates facilliмè homines sunt admittendi, eorumque receptio difficilis eſſe non debet, vt *Pręposi.* aduertit *in cap. ſi quis 42. diſtin.* quo fit (vt *illic Pręposi.* ait) non eſſe confratrum licitum ſtatu-
12 tum † quo conſtituerunt, vt nullum ad confraternitatem niſi certo precio ſoluto recipiant, quod etiam tenent *Ioan. Andr. & aly in c. dil[illegible] in 2. de ſimoni.* Idem aſſertum etiam confirmatur, quia ſat dominos iudices mouere ad prædictam debet aduerſariorum dolus, & malitia quibus noſtras partes à dicta confraternitate excludere ſtudent, *ex traditis per Io. de Pla. in l. magiſtros C. de profeſ. & med. lib. 10. quod tenet lo-*
13 *co cit.* † ꝙ & ſi ad DD. ſcholarium examē pertinea, cum ad licentiam doctor tumuè aſcendere petunt, quod ſi cancellarius videat quòd aliquorum DD. dolo fraudeuè non admittantur, quod ipſos DD. vt eos recipiant, iubere poterit ad quòd ibi citat *Sal[illegible] in l. nemini, C. de aduoca. diuer. iudi.*

Nec minu[s] dictam ſuſtentat partem, quod dictus Alfonſus, Ioannesq; filii confratris ſunt: qui in dicta confraternitate, vt
14 nobilis, fuit receptus † quod eos facilius recipi aſtringit, *tex. in d. l. nemini C. de aduoca. diuer. iudi. & illic Bal. & tex. in l. 1. C. de fil offi lib. 12.* Vnde eleganter conſuluit in noſtro propoſito *Corn. in conſ. 126. in præſenti c[o]nſul. ati ne col. 3. lib. 3.* quòd & ſi
15 collegii ſtatuto cōſtituatur † quòd ad collegium recipiendi certas habeant qualitates, quod in filiis DD. qui diù in ipſo collegio recepti fuerunt, non eſt tale ſtatutū intelligēdum; ſed quòd ineuitabiliter admittendi ſunt, aliiſquè præponendi, & ſicut quæ in alia materia tradit *Bart. in l. ſi mihi, & Titio col fin ff. de ver. obl. ig. t. & inibi Alex. in §. is adactionibus, & Roman. in conſ. 22. col. 3.* qui loquuntur in conceſſione emphitheoſis.

Et deniq; ad dominos iudicantes expectat, dictarum confraternitatum prauos mores iniuſtaque ſtatuta tollere. Et his de prædictorum Alfonſi, & Ioannis Sancti Stefani iure conſtat, *& poſtea ita definitum eſt.*

Marcus Salon de Pace,
Burgenſis Doctor.

# ADDITIO

NVm. 1. nam coram laicis conueniuntur, *Ann. ſing. 90.* latè *Muta dec. Sicil. 58. à nu. 19 cum ſeq.* ſed ad materiam Authoris vide *Franc. Marc. dec. 801. nu. 2. tom. 1. vide de Graſſis de effect. cler. effectu 1. num. 666.*

Num. 2. videas *Loſeum in tract. de iure Vniuerſ. p. 3. c. 15. num. 7.*

Num. 3. imò expellendus erit rixoſus, vide *Conſt. Regni, Quiſquis,* vbi *Affl.* ac alia adducta per *Io. Bapt. Thoro in compen. deciſ. p. 1. ver. rixoſus,* vbi deciſionem poſuit, & vbi cauſa ſubeſt poteſt fieri ſtatutum in odium perſonarum, *Loſeus vbi ſupra num. 13.*

Num. 4. vide *Boſſ. in tit. de colleg. illic n. 8. Iodoc. in prax. crim. c. 133.* melius *Frāc. Marc. dec. 126. num. 2. tom. 2. Decian. in tract.*

Digitized by Google

*tract.crim.tom.2. cap.21. de monopolijs.*

Num.5.*Franc.Marc.d.deciſ.*801.*num.*2.*tom.*1.

Num.6. ſicuti ſtatutum factum à Collegio Doctorum de non admittendo, niſi ex familia nobili ſit ortus, *Decian.d.c.*21 *nu.*25. & quid ad beneficia, & dignitates Eccleſiaſticas, *Cened collect.ad decretal.*143. *nu.*1.

Num.7.*Montanar.in pragm.*2.*num.*79.*de admin.Vniuerſ.*

Num.8.*idem Loſeus vbi ſupra num.*11.*&* 12.

Num.10. ad ipſa Collegia pertinet facere ſtatuta licita,& honeſta pro ipſorum bono regimine, ex multis probat *Reg.Valenz conſ* 87.*nu.*55. *vbi num.*78.probat, quod ſtatuta ambitioſa, & præiudicialia non valent.

Num.11.nõ omnes ad officia, & adminiſtrationes Reipublicę admittuntur,niſi illi,qui non ſunt de iure expulſi,*Loſeus d.tract.p.*1.*c.*3.*per tot. Reg. Valenz.conſ* 18.

Num.12.*Abb.in cap.cum M.num.*25.*de conſtit. Marc. Antonin.lib.*1. *var.reſol. reſolut.*1. & ad rem noſtram *Rebuff.in conſtit Galliæ tom.*2. *tit.in tract.de confrater ſub num.*4.

Num.13. vide *Frecc de ſubfeud. lib.*1.*tit. de offic.Magni Cancell. num.*7. & alia ſimilia exempla tradit *Boſſ. ibi nu.*5. *&* 7.

Num.14. ſic filij in militiam patribus ſuccedunt iure honeſtatis, & decẽtiæ, *Reg.Conſtant. in l.*1.*C.de fil.offic. lib.*11.vbi alia conferentia deduxit.

Num.15. hic nota, quod filius collegiati Doctorum non ſoluit, niſi munuſcula, & admittuntur ad Collegium abſque alia captura informationum, *Anna ſing.*216. *vbi addit eius filij,Reg.Conſtant.in l.*1.*nu.*27.*&* 28. *C. de filijs offic.lib.*12.

# SVMMARIVM.

1 *Salarium aſſeſſori ab eo eſt præſtandum, qui illud ſoluere conſueuit, & per totum conſilium.*

2 *Aſſeßoribus ſalaria debent præſtari à partibus litigantibus,& num.*4.*& ſeq.*

3 *Conſuetudo generalis non debet probari.*

5 *Proœmium legum explicat mentem legiſlatorum.*

6 *Intellectus,l.*3.*titul.*21.*part.*3.

7 *Iudices ordinarij oppidorum qui periti ſunt ſeu ſalariati nihil à partibus percipere debent pro ſententijs ab ipſis iudicibus latis.*

9 *Iudices ordinarij aſſeßorem ad iudicandum expoſtulantes eorum iudicum ſumptu ſalarium ſuis aſſeſſoribus præſtandum eſt.& num.*10. *quod contrarijs erit,ſi tales iudices ordinarij ſunt imperiti.*

11 *Domini temporales ſi confirment iudices à ſuis populis electis, ab eis non dicuntur creati.*

12 *Dominus temporalis non tenetur ſoluere ſalarium aßeßorum;qui electi fuerunt propter imperitiam iudicum ordinariorum ab vniuerſitate,& per totum conſilium.*

13 *Culpa imputatur eligenti officialem imperitum.*

14 *Domini temporalis non eſt iuriſdictio,quam exercent officiales à ſuo populo creati.*

## ARGVMENTVM.

Salaria aſſeſſorum an præſtari debeant à Domino oppidi, vel à partibus litigantibus,ſerioſius diſcepetatur.

## CONSILIVM XXXXVIII.

Diuino nomine inuocato. In hac cauſa Comitis de Monte Rey, cum eius oppido de M. breui dicimus, dictum Comitē non eſſe obnoxium ad ſoluenda ſalaria aſſeſſorum prætorum ordinariorum dicti oppidi,vt eſt priori ſententia pronunciatum: ſed eam eſſe reuocandam iure optimo cenſemus.

Primo, quia vt dictus Comes probauit, nos in dicto oppido,70. annorum viget(ex notiſſimis iuribus obſeruandus) quòd dicta ſalaria ipſe Comes,nec ſui anteceſſores ſoluerunt. Quæ iura in hac ſpetie ſubſi-
1 ſtunt: ſiquidem iure ſtabilitum ſit † ſalarium aſſeſſori ab eo eſſe præſtandum, qui illud ſoluere conſueuerit. Et ita tenet *gloſſ. in authent.offeratur,in verb.præbitis, C.de lit.*

Digitized by Google

*lit.conteſta. Ange.in l.ſi non ſortem,§.libertus ff. de condi.indebit.verſ.ſin autem quis.*tenet etiam *Corneus in conſilio,*201.*viſo tenore, col.2.lib.4.& Purpura.in rub.ff.de offic.aſſeſſor.n.165.& num.171.*

Quid plura,& hæc eſt totius Regni ge-
2 neralis conſuetudo † & quod partes dicta
3 præſtant ſalaria † quam vt pote generalem probari, non eſt neceſſum, *ex traditis in l. rem non nouam,C.de iud.Bald.in l.ſi fugitiui C.de ſer.fug.col.2.& copioſe Dec.in conſ.402 num.10.& in conſ.655.num.26. & alibi ſæpe traditur.*

Verùm,& citrà conſuetudinem *ſeptipar-*
4 *titarum iure* compertū eſt † ſalarium aſſeſſoribus à partibus collitigantibus perſoluendum, vt clarè docet *text. in l.3. tit.21. part.3.* qui *text.* loquitur in aſſeſſoribus iudicum.

Tum ex dicti legis verbis, *Y ſi por auentura algunos de los conſejeros conſejaren falſamente al juzgador.*

Tum ex præcedentibus verbis ibi, *Y pueden los conſejeros auer de las partes à quien acconſejaren por razon de ſu trabajo tanto quanto los juzgadores ante quien es el pleyto tuuieren por bien.*

5 Tum *ex proœmio dicti titul.*21.quòd † legum explicat mentem, *vt in l.fin.cum ſimilibus,ff de hæred. inſtit.* quia in dicto proœmio hæc ſubijciuntur verba, *Y porẽde pues en los titulos antes deſte hablamos de las pruenas que los homes trahen en juizio para prouar ſus intenciones, queremos en eſte dezir,del conſejo,que han de tomar los juzgadores ſobre ellos: y moſtrar primero que coſa es conſeio,y quales deuen ſer los conſejeros.* Et ibi. *E que galardon deuen hauer quando bien acconſejaren al juzgador.* Quæ verba ſat in-
6 ſinuant † *prædictam l.3.*de iudicum aſſeſſoribus loquutam: qui conſiliarii nuncupari conſueſcunt.*vt in l conſiliarius, iuncta gloſ. ff.de offic.aſſeſſor.*

Quibus,& ſat conſonat, *l.16 tit.15.ord. lib.2.(quæ habetur,lib.3.recop.tit.5.l.9.)* qua
7 diſponitur † quòd oppidorum prætores, qui iurium periti ſunt, ſeu ſalariati, nihil à partibus percipiant pro ſententiis ab ipſis iudicibus latis. Igitur à contrario ſenſu,ſi iuris ſunt ignari,nec ſalarium ordinarium habuerint, rectè ſalarium à partibus habere poſſunt. Quibus,& conducit *text.in l.13 tit.16.lib.2.ordin.quæ habetur etiam in d.l.9*
8 *tit.5.lib.3. nouæ recop.* quæ, & diſponit † in prædictis conſuetudinem ſeruãdam. Quod argumentum à contrario ſenſu ( vt notiſſima concinunt iura) locum habet.

**Proindè,& dicti Comitis ius ex alio ſua-**
9 detur † quia communi iure iudices ordinarii aſſeſſorem ad iudicandum expoſtulãtes, eorũdem iudicum ſumptum ſalarium illis præſtandum eſt,vt tenet *Ioannes de Montemur, cum quo eſt commune Doctorum votum,vt Abb.* illi conſentiens teſtatur *in cap. ab omni de vit & honeſtat.clericor.col.fin.*& tenet *idem Bonifac. in ſua peregrina legum partitarum, in verb. iudex fol. 264.col. 4. in verb.eligat,verb.ſi ordinarius,* & ita prædicta ſalaria etiam iure communi conſiderato à dicto Comite peti non poſſunt. Quinimò,& ſi ſectemur ſententiam,*Bald.in l.ſed, & loci.§.ſed & ſi ff.fin.regun. ex tex.ibi ni* dictus Comes à dictis ſalariis immunis eſt,
10 ſiquidem inibi teneat † iudicem legum imperitum partes litigantes ad aſſeſſoris ſalarium cogere poſſe:& ita generali conſuetudine eſſe conſtitutum cenſet,quod etiam admittit,*idem Bald.in l.2.col.fin.C.de adult. poſt Bart.in l.ſi poſtulauerit,in fine principij, ff.eod.tit.& Curt.Iun.in rub.ff.de offic.aſſeſſo.col.2.*

Denique, & complura ſubſequerentur inconuenientia,ſi dictus Comes dicta ſalaria exoluere teneretur:quia iugitèr paſſimquè dicti oppidi incolæ cum dicto Comite inimicitiam haberent ſi dicta ſalaria peterent.

Nec prædictis dicere aduerſatur, quod ex quo dicti prætores ordinarij à dicto Co-
11 mite confirmatur † quod à dicto Comite creati cenſentur. Nam quidem vt conſtat ex proceſſus ſerie (& ita ſententiis in rẽ iudicatam tranſactis eſt conſtitutum) quod, dictum oppidum nominet prætores:eoſquè dictus Comes confirmet:& ita ipſa confirmatio non voluntaria, ſed neceſſaria eſt: in quo caſu confirmans dare non eſt exiſtimandus. Quo fit,dictum oppidum potius dictos creare prætores,quam dictus Comes *ex l.vnum ex familia,§.ſi de Falcidia, ff.de lega.2.*quem ad hoc *Bart.*expendit *in l. more,ff.de iuriſdict.omn.iud.col.2.in princip.cui & omnes ſcribentes illic conſentiunt.*

Verum cùm culpa dicti Comitis non ſit, prætores iurium imperitos in dicto op-
12 pido creari,nõ ipſe † ſed dictum oppidum eos creans ſoluere aſtringitur. Quibus conducit *text.in l.2. ff.ſi men.ſal.mod.dixe.*quo ſancitur,culpam nõ leuem eſſe,imperitum
13 eligere officialem † & illum eligenti imputandam eſſe,& vbi eſt culpa,inibi debet eſſe pœna.*l.ſancimus,C.de pœn.& alibi ſæpe traditur.*

Ex prædictis,& ſequitur, aduerſariis dicere non ſuffragari, quod iuriſdictio,quam **dicti prætores exercent, dicti Comitis eſt,**

quia

Digitized by Google

14 † quia eas confirmat, *ex text. in authent. de defenſo. ciui. §. iuſiurandum colla. 3. cum alijs de quibus recentiores in l. 1. ff. de iuriſdi. omni. iud.* & tradit, *Soc. in conſ. 15. in cauſa, & quæſtione num. 1. verſ. infero etiam, lib. 3. & ali. ſæpe inuenies*, & ob id, quod dicta ſalaria præſtare eſt obnoxius. Tum quia & ſi eius ſit iuriſdictio, eo enim pacto eſt, quod dictum oppidum prætores nominet & dictus Comes neceſſe confirmet: & ita quòd culpa in dictos prætores creare non quidem (vt explicuimus) dicti Comitis eſt, ſed prædicti oppidi. Tum etiam, quia prædicta *lex partita* generalis eſt, & hunc caſum compræhendit, ſcilicet, cum iudices ſunt dominorum.

Tum, & quia dicta conſuetudo iure obſeruanda eſt: & in dicto oppido ineſt.

Tum item, quia ſat eſſe debet, quòd dictus Comes prætorem maiorem eligat cui ſalarium perſoluis, vt de dicti oppidi cauſis cognoſcat. Tum & denique quia nulla iuris eſſe cenſemus, *& poſtea à dominis iudicibus ſic pronunciatum eſt, priori mutata ſententia.*

Marcus Salon de Pace, Legum Doctor Burgenſis nominatus.

## ADDITIO.

NVm. 1. ad iſtam materiam ſalarij aſſeſſorum conferunt congeſta *per Mierez in conſt. Cata coll. 6. cap. 39. tom. 2. & optimè Flores de Mena lib. 1. var. reſol. quæſt. 6. §. 4.*

Nu. 3. *Maſcar. de probat. concl. 428. num. 1.*

Nu. 4. aſſeſſores ſalarium habere, probat *Camill. Borrell. de Magiſt. adict. lib. 1. cap. 13. num. 46.* & illud conſequuntur, à Præſide, vel Rectore ſuo, *Par. de Synd. ver. poteſtas num. 5. §. aſſeſſor debet habere*, in Regno aſſeſſores conſequuntur ſalaria ab vniuerſitatibus.

In Terris Baronalibus à dominis ipſarum *Capibl. in pragm. 19. num. 27. de Baron.* & propterea aſſeſſores debēt eſſe contenti ſuis ſalarijs, & à partibus nil recipere debent, ſubdit *ibi Mierez nu. 66.* nam ipſi aliquando à Iudice, aliquando à partibus, aliquando à ſuperioribus eliguntur, *idem tom. 1. collat. 4. cap. 29. num. 11.*

Nu. 5. *Boccat. in conſtit. Egid. gloſſ. 6. num. 130.*

Nu. 7. *Mierez d. conſt. num. 66.*

Nu. 8. latè *Euerard. in Topica loco, à contr. ſenſu.*

Nu. 9. *Par. de ſyndic. verb. an poteſtas n. 23.*

Nu. 10. *Idem Paris vbi ſupra.*

Num. 11. Sed benè tenentur confirmāti, non eligenti renuntiare, *Par. d. tract. verb. in officijs num. 4.* vbi alia.

Num. 12. ſimilitèr aſſeſſor à Præſide aſſumptus ſi repertus fuerit imperitus, nil conſequetur pro ſuo ſalario ab illo *Par. d. ver. poteſtas cum eſſet §. aſſeſſor, ſub num. 7. verſ. an ſi Præſes eſt.*

Num. 13. *Mierez d. conſtis. tom. 2. coll. 10. cap. 22. num. 27.*

### SVMMARIVM.

1 *MErcator vtroque iure optime poteſt recipere intereſſe ratione lucri ceſſantis.*

2 *Prohibitum non videtur in pactum deduci, quod iure communi debetur.*

3 *Soluere qui promittit in certo loco; & in non ſoluit aduerſario tenetur ad intereſſe eius quod ſua intereſt, inibi ſolutione non factam, & num. 4. & ſequentib.*

5 *Mutuans alicui pecuniam vſque ad certum tempus, et cum elapſo illo tempore mutuās indigeret ſua pecunia, qui eam in mutuū accepit, non poteſt reſtituere, & mutuans eam accipiat ſub vſuris: quod mutuans poteſt exigere non tantum ipſam pecuniam, ſed vſuras præſtitas intereſſe nomine.*

6 *Intereſſe refundi debet ex qualitate perſonæ creditoris, eiuſque lucri ſoliti.*

7 *Pacto deduci poteſt, quod mercator mutuans expenſis eius cui pecuniam mutuauit, poſſit pecuniam debitam in cambium ab alijs recipere, ſi debitor termino expræſſo non ſoluerit.*

8 *Cambia quando ſint licita.*

9 *Negotium alterius ſi quis gerat tam eius mandato quam ſine eo, non tantum ab eo poteſt petere nūmos, quos pro eo expendit, ſed etiam vſuras, quas pro illis pecunijs ſoluit.*

10 *Creditor quando poſſit aliquid recipere vltra ſortem principalem.*

11 In-

11 *Intereſſe ex pacto taxari poteſt, ex ſeq.*

12 *Intereſſe quando à principio taxari poſſit, & num. 13.*

14 *Vſurarius contractus in dubio non præſumitur.*

15 *Lucrum ceſſans non tantum teſtibus probari poteſt, ſed etiam vſu communi.*

16 *Intereſſe cum eſt probatum, non debet à iudice taxari.*

17 *Mutuans ob obſequia quæ debitori citra mutuum facit ſalarium exigere poteſt: cum tamen illud non deferat mutui ratione.*

## ARGVMENTVM.

Mercator an iure licito recipere poterit intereſſe lucri ceſſantis, illudq; in pactum deducere prolixius agitatur.

## CONSILIVM XXXXIX.

DEI Maximi Optimi auxilio poſtulato. In hac cauſa Inici del Oſpital Barg. Ciuitatis Oppidani cum fiſci Procuratore, & Comite de Monte Agudo, breui probabitur, quòd dictus Inicus del Oſpidal ratione intereſſe lucri ceſſantis potuit percipere dupondiorum numerum ab eo prætenſum: ſi
1 quidem ipſe Inicus mercator ſit † quare vtroque ea potuit ex ratione dicti lucri ceſſantis, *ff. de eo quod cert. loc. l. 3. §. fin. & ff. de tritica, l. in hac, in fine, cum alijs de quibus vtrobique ſcribentes memores ſunt, & in l. 1. C. de ſentent. quæ pro eo quod inte. profe. & inibi late Pet. Rebuff. gloſ. vltima. num. 3 & ſequent.* & hæc eſt communis ſententia, vt refert, *Rolan. à Valle. in conſ. 35. in præſenti. nu. 11. & ſeq. & praeced. lib. 1.* vbi refert plura ſingularia pro vtraque parte, & plenè etiam videas *Dominic. Soto de iuſti. & iur. lib. 6. quæſt. 1. artic. 6. col. 3. & 4.* Et non vi-
2 detur prohibitum in pactū deduci † quòd iure communi debetur, *de elect. cap. ſignificaſti, cum alijs de quibus meminit Aym. Crau conſ. 89. nobilis, num. 2.* Verùm ad hanc rem eſt *text. optimus in cap. dilecti filii de for. comp. ibi, Mandamus quatenus eiſdem de pecunia ipſa cum iuxtis, & moderatis expenſis & congrua ſatisfactio ne damnorum (vſuris omnino ceſſantibus) ſatisfacias, vt teneris.* Per quem *text.* & inibi *gloſſ.* ait quòd qui in
3 certo loco ſoluere promittit † & non ſoluit, aduerſario tenetur ad intereſſe eius, quod ſua intereſt inibi ſolutionem non factam allegat *text. in d. l. 3.* idem, & probatur *in cap. 2. de fideiuſſo.* ibi, *Ne igitur diſpendiū patiatur, videtur premium meruiſſe.* Et ibi, *Et damna etiam, quæ propter hoc pertulit, reſarciri.* Quod, & ſuadetur *ex tex. in cap. per tuas de donat. int. vir. & vxor.*
4 quem adhoc *Abb. & DD.* perpendunt † quòd ſi mercator ſua pecunia mercari ſolitus (vt fuit prædictus Inicus de Oſpital) illam ad certum tempus mutuet, quòd ſi debitor illo non ſoluit tempore, mercator aduerſus debitorem agere poterit, vt intereſſe loco ſibi exoluat, quod veriſimiliter lucraturus fuiſſet, ſi illam in termino promiſſo perſoluiſſet. Quod etiam alij tenent, quos refert, & ſequitur *Ioann. Lup. de Pal. Rubr. in 6. notabil chart. 108. col. 4. in illatione,* Quæ, & confirmantur, quia ſi mutua-
5 tur ibi centum vſque ad certum tempus † & cùm eo ipſo ipſo tempore hac indigerem pecunia, tu eam reſtituere non vales, ipſam pecuniam, ſub vſuris acceperim (vt fecit dictus Inicus) quod poſſum à te non tantum ipſam pecuniam exigere, ſed vſurā præſtitam, intereſſe nomine, vt probat *tex. in d. cap. dilecti de for. compe.* & illic hoc tenet *gloſſ. & DD. & in cap. peruenit, de fideiuſſ. & in l. pe. C. de erogatione milit. anno. lib. 12.* tenet, *Innoc. in cap. 2. de vſur. Abb. in cap. fi. eod. titul.* & inſignè *Sanctus Bernard. in ſuo ſermone 402* cuius meminit *Ambro. in tract. de vſuris num. 264.* qui ſanctus tenet, quod quando creditor mutuans, damnum incurrit, ex eo, quod debitor in termino non ſoluit, quod præter ſortem, damnum recipere poteſt, *ex d. cap. peruenit,* & quod ſi debitore non ſoluente in termino, ob id creditor ſub vſuris pecunias quærit, debitor eas illi exoluere obnoxius eſt, Et *Doctorum* commune votum, vt teſtatur *Silueſ. in ſua ſumma in verb. vſura in 1. num. 19. & num. 26.*

Quæ præcipuùm in præſentia obtinent ex quo iureiurando debitor obligatus eſt, vt aduertit *gloſſ. in d. cap. peruenit.*

6 Quod intereſſe † & ex qualitate perſonæ creditoris eiuſquè lucri ſoliti refundi debet, vt tenet *Bart. in d. l. 1. C. de ſent. quæ pro eo quod inte. profe. Anchar. in clem. 1. §. ſane de vſur.* quibus addendus *ex text. in l. quemadmodum, §. item Labeo. ff. ad l. Aquil. & Paul. Caſtr. in l. 3. §. fin. ff. de eo quod cert. loc. cum alijs, de quibus Iaſon in l. 1. num. 50 C. de Summ. Trinit.*

7 Ex quibus, & conſtat † iuſtè à principio potuiſſe pacto deduci, quòd dictus Inicus del Oſpital expenſis dicti ſui debitoris poſſit pecuniam debitam in cambium ab alijs reci-

Digitized by Google

recipere, ſi dictus debitor termino contē-
to non ſoluerit, & ipſe Inicus à dicto debi-
tore totum id, quod cambio perſoluerit,
exigere poſſit. Et ita tenet *Hoſtien. in cap.
ſalubriter, de vſur. & illic Abb. & Anan. Ray
mun. in ſumma* de *vſur. beatus* Thom. *2. 2. q.
78. col. 5. Scot. in 4. ſententia. diſtin.* 15. *q. 2.
art. 2. & etiam Grabi. in 4. diſtint.* 15. *Ange.
Claua. in ſumma. verb. vſura. §.* 16. *poſt diuū
Anton. 2. part. ſuæ ſummæ tit. 1. cap. 7. §. 15.
cum ſeq.* & in propoſito videas etiam *Arc.
in c. vſura* 14. *q.* 3. & conſtat etiam, *ex Cal.
in cap. nauiganti de vſur. Sali. in auth. ad hæc
C. eod. tit, Conrad. de contractib. q.* 41. *concl.*
8 1. Cambia † enim ſi conſuetum morem
non excedat, illicitumque non contineāt,
licita ſunt, *gloſ. Bal. Sali. in l. 3. C. de exercito
Bald. in rub. de conſt. pec. & in l. 2. C. de vſur.
rei iudi. & in c. 1. col. 5. de. plus peti. & in q.
incipien. Statuto cauetur poſt Archid. 13. q. 3.
cap. 1. Anan. in d. cap. nauiganti.* & hanc di-
cit eſſe communem reſolutionem *Iaſo. in
d. l. 1. C. de ſum. Trini. 2. lect. num. 39. & alibi.*

Quæ & coadiuuantur, ex his quæ tra-
du ntur *in l. at. qui natura. §. non tantum ff. de*
9 *nego. geſt.* qua in lege sācitur † quod ſi quis
alterius gerat negotium, dominiuè nego-
tia, citra eius mandatum, quod non tantū
à domino poteſt petere nūmos, quos pro
eo expendit, ſed etiā vſuras, quas pro illis
exoluit pecuniis, idem & conſtat *in l. ob
negotiū. C. eod. tit.* & idem tenent *Doct. in l. 1.
C. manda. vbi* tenent, etiā hoc procedere de
iure canonico, *ex text. in c. peruenit de vſur.*

Hæc etiam ex alio confirmantur, quia
10 quando tertio † non mutuanti intereſſe
eſt aplicandum, vt hic cōtingit, ſiquidem
cambiis perſoluitur, tunc creditor vltrà
ſortem recipere poteſt, vt tenēt *Scrib. in d.
c. 1. de uſur. & S. Ant. in tract. de uſur. qui repe
ritur in 6. p. §. 19.* & *Bal. in l. vſuras C. de vſur.*
11 Verùm & dicimus † quòd prædictum
intereſſe ex pacto taxari potuit.

Tum, quia hæc taxatio nō à principio,
ſed ex poſt facto fuit facta, vt tenent *docto.
in locis ſuperius citatis.*

Tum, etiam quia (vt eſt probatum) di-
ctus Inicus ſuis pecuniis illud intereſſe &
plus iuſtè fuerat ſuis negotijs lucraturus,
& quòd plùs dictis cambijs ſoluit.
12 Tum item † quia & ſi verum ſit, quòd
*pleriq;* teneant, quòd à principio non poſ-
ſit intereſſe taxari, ſi ſolutio tempore con-
ſtituto non fiat, temperandum eſt, niſi ap-
pareat id quod extimatum eſt intereſſe lu-
cri ceſſantis verum ſit intereſſe, & quòd
promiſſa quantitas eſt lucrum ceſſans, ſeu
damnum emergens, vt hic fuiſſe probatū
eſt, ita conſtat *ex Ioan. And. in d. c. ſalubri-
ter. & inibi Hoſtien. & Abb.* & inſigne in
noſtro propoſito *Deci.* hoc tenent *in c. cū
venerabilis col. 6. de excep. & in conſ. 113. col
fi. verſi. ſecundo non obſtat poſt Bal. in l. roga-
ſti. §. ſi tibi col. 2. ff. ſi cert. peta.* vbi inquit,
quòd ſi tibi decem mutuem quæ nummis
ſoluere promiſeris, & quòd ſi tunc non
reddideris, quindecim mihi intereſſe ratio
ne tradere obligaris, quòd verum eſſe in-
tereſſe profiteris. quòd hæc promiſſio iure
firma eſt, ſi eſſe verum intereſſe etiam cō-
iecturis conſtet. *ff. de actio. & obliga. l. Tra-
iectitiæ.* Quid plura, *& gloſ. in d. c. dilecti.*
13 *de for. compe.* ait † vtile eſſe à principio
certam pro intereſſe taxare ſummam, ex
eo quod talis intereſſe probatio difficilis
eſt, & iudex illud ſubtiliter perſcrutari de-
beat. *C. de ſenten. quæ pro eo quòd inte. pſe.
l. 1.* Proinde. *& Abb. in d. c. ſalubriter. & Ia-
ſo. in d. l. 1. C de ſum. trin. poſt Anch. in c. pec-
cati venia. 7. q. ad fin. de reg. iur. lib. 6.* dicunt,
ꝙ qn̄ lucrum veriſimile eſt, ab initio pacto
extimari pōt, nēpè vt pro dote nō ſoluta.
14 Cæterum contractus † in dubio licitus,
non verò vſurarius præſumitur. *l. ſi ea pa-
ctione. C. de vſur. cum alijs, quorum meminit
Aym. Cra. in conſ. 145. viſo proceſſu. num. 2.
& ſeq.* & facit *tex. in l. merito cum ſua ma-
teria. ff. pro ſotio.*
15 Et lucrum † prædictum ceſſans non tā-
tùm teſtibus probatum eſt, ſed vſus com-
munis ipſum probat. *ex l quod ſi nolit. §. aſ-
ſidua ff. de edil. edict. l. librorum §. quod tamen
Caſius ff. de leg. 3. c. illo. vos. de pignorib. dicta
l. 3. §. fin. ff. de eo quod cert. loc. & ibidem Iaſo
cum alijs de quibus meminit Raland. à Valle
in conſ. 75. primò quidem num. 43.*
16 Et cum de intereſſe conſtat † non debet
à iudice taxari vt traditur *in d. l. 3. §. fin. ff.
de eo quod cert. lo. & illic Iaſo. col pen.* & ha-
betur, *in l. 1. C. de colleg. illi. lib. 11.* & ſunt
aliæ concordan. de quibus meminit *Petr.
Rebuf. in d. l. vnica C de ſen. quæ pro eo quod
inte. profe. in gloſ. ſubtilitatem nu. 15. & ſeqq.*

Denique & conſtat, prædictum Inicum
ratione ſui laboris 57. nūmorum milia
percipere potuiſſe, ratione exactionis de-
bitorū *ex notiſſimus iuribus*, quæ diſponūt,
laborē eſſe remunerandū, & in proprijs ter
minis ita conſtat *ex Silu. in ſua ſum. verb.*
17 *vſura.* 1. §. 33. quo ait loco † mutantem ob
obſequia, quæ debitori citra mutuum fa-
cit, ſalarium habere poſſe dum tamen mu-
tui ratione non deferat.

Quibus liquet de d. Inici iure meliori
iuditio ſaluo, cui prædicta ſubijcimus.

Marcus Salon de Pace Legum Doct.

Sſ AD-

Digitized by Google

# ADDITIO

NVm.1. quod mercator poſſit recipere intereſſe ratione lucri ceſſantis, *& num.*3.4. 5.6. adde quod etiam in mutuo id, quod intereſt non habetur pro vſura, vt poſt *gloſ. & DD. l.* 1. *C. de ſum. Trin.* infinitos Doctores cumulans, declarat *Tiraq. de retract. lign.* §. 1. *gloſ.* 18. *nu.* 71. vbi in ſpecie probat, intereſſe etiam lucri ceſſantis deberi ſaltèm in ijs, qui negotiari ſolent, eandem regulam, quod intereſſe etiam omni iure ſit permiſſum, & peti poſſit, latè poſt alios declarat nouisſimè *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de regal. impoſit.* §. 4. *num.* 21. 22. 23. *cum ſeq.* & latiùs in §. *ſeq. nu.* 66. *verſ. nec pariter cum plur. ſeqq. vſque ad fin.* vbi loquitur tàm in mutuo, quàm in alijs caſibus, quam plures Doctores, tàm Legiſtas, & Canoniſtas, quàm etiam Theologos allegans.

Nu. 2. 11. 12. 13. quod cum huiuſmodi intereſſe licitum ſit poſſit in pactum deduci, vide eundem *Reg. de Ponte d.* §. 5. *n.* 68. vbi benè declarat quamplures allegans, & an creditor poſſit ab initio paciſci cum debitore pro certo intereſſe ratione retardatæ ſolutionis in tempore non faciendæ, vide *Reg. Rouit. in prag.* 1. *nu.* 44. *de uſur. & num. ſeq.* 45. *poſt alios*, tenet, quod etiam in mutuo non ſolùm poſſit aliquid recipi pro intereſſe poſt retardatam ſolutionem, verùm etiam pendente dilatione data ad ſoluendum poſſit paciſci de intereſſe, & ita per S. Conſ. ipſo referente iudicatum fuiſſe teſtatur, vbi quàplures DD. ita tenentes adducit, *& nu.* 61. *poſt Bim. conſ.* 127. *vol.* 2. iterum dicit poſſe intereſſe lucri ceſſantis ab initio inter contrahentes taxari abſque labe vſuraria ſuper prædictis tantùm, vide *Gaſp. Roder.* latisſimè de hac quæſtione, & materia agentem *in tract. de ann. reddit. lib.* 3. *q.* 5. *num.* 36. *cum ſeq.*

Nu. 8. de materia cambiorum, quæ cambia dicantur ſicca, & quæ realia, & quę ſint licita, quæ verò illicita, vide latisſimè per eundem *Gaſp. Roder. d. lib.* 3. *q.* 5. *nu.* 17. *verſ. ex quo infertur*, & vide *Bullam Pij V. poſitam per Quaranta in eius ſumma Bullarij in verb. vſura*, & quod cambia ſint illicita, vide *Reg. Rouit. in d. pragm.* 1. *de uſurar. nu.* 42. & in materia horum cambiorum, quot eius genera ſint, & quæ licita, quęuè illicita dicantur, latè declarat *Aloyſ. de Leo in l.* 3. *nu.* 4. *C. de inſtit. actione.*

Num. 9. adde, quod ſoluens pro alio non ſolùm poteſt repetere vſuras pro illo ſolutas, verùm etiam intereſſe alterius intereſſe per eum ſoluti, declarat *Praeſ. de Francb. dec.* 254. *in fin. num.* 15.

Num. 10. adde, quod quando creditor ob reſtitutionem pecuniæ ſibi in termino non factam tantundem ſub vſuris ab alijs accepit, poſſit hoc damnum recuperare à debitore, vide *Gaſp. Roder. ubi ſupra num.* 21.

Num. 15. quod lucrum ceſſans non tantū teſtibus probetur, ſed etiam vſu communi, concordat *Reg. Lanar. conſ.* 79. *num.* 8. *& 9.* verùm contrarium videtur probari, ex traditis per *Roder. ubi ſupra num.* 23. vbi poſt alios aſſerit non ſufficere aliquem conſuetum negotiari, & lucrari, vt ex mora prę ſtetur ei intereſſe lucri ceſſantis, niſi lucrum illud ſit certum ſit, quod illo tempore lucra tus fuiſſet ex re debita, ſi illam recepiſſet tamen poſtea *num.* 24. *cum ſeq.* declarat, & limitat prædicta non procedere, ſtantibus probabilibus coniecturis, ſecundum ſubiectam materiam, & alia, vt ibi latè *per eum*, imò in *d. nu.* 24. *uerſ. uerum*, allegat alios DD. quos dicit eſſe grauisſimos, & num. plures tenere, petentem huiuſmodi intereſſe non teneri probat prædictum lucrum fuiſſe in potentia certa, & propinqua, & ſatis eſſe ſi probet ſe fuiſſe, & eſſe negotiatorem eiuſmodi qualitatis, & conditionis, quod veriſimilitèr tantùm lucraretur.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia vt fundet intentionem ſuam de iure communi in decimis alicuius fundi, debet probare, fundum illum eſſe intra fines talis eccleſiæ.*

2 *Epiſcopus in decimis percipiendis quò ad quid fundet intenſionem ſuam.*

3 *Laicus etſi ſit incapax decimarum, tueri tamen poteſt præſcriptione immemoriali in exigendis & percipiendis decimis, & multis ſequentibus.*

4 *Immemorialis habet vim tituli, etiam ſi titulus non allegetur.*

6 *Sententiæ tranſactæ in rem iudicatam, pro veritate habentur.*

7 *Sententiæ inter alios latæ, quando in alia cauſa plenè probent.*

8 *Decimas percipiendi, qui habet poſſeſſionem de omni armẽto ſeu grege in aliquibus defenſis depaſcentibus, tuendus etiam eſt in in quaſi poſſeſſione percipiendi decimas de omni frumento, ſeu fructu in eiuſdem d. feſis collecto, poſtquam ad culturam redactæ fuerint, & ſequent. pleriſque.*

9 *Fundus & ſi qualitatem mutet (vt quia de vinario frumentarius fiat) nihilominus decima ſoluenda eſt, & præcedenti.*

10 *Priuilegium ſemel in aliqua re quæſitum non mutatur, etſi qualitas rei fructusuè varietur.*

11 *Priuilegium ex cultura ad non ſoluendum decimas retinetur, etſi rei mutatur qualitas.*

12 *Decimæ præſcriptio in aliqua terra ad aliã fructus ſpeciem extenditur.*

14 *Noualia quæ dicantur, vt decimæ non debeantur præſcribenti decimas.*

16 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*

17 *Præſcriptio non ita extenditur, ſicut conſuetudo.*

18 *Titulus non requiritur quod allegetur in cõſuetudine: etſi in præſcriptione requiratur eius allegatio.*

## ARGVMENTVM.

Decimarum exactio longiſſimo tẽpore peracta à laico, an impediri debeat ab Epiſcopo prætendẽte eas ſibi deberi, ſi nõ conſtet territoria, ex quibus debeatur non eſſe intra fines ſuæ Diœceſis, ampliſſimè omnia diſcutiuntur.

## CONSILIVM L.

Dei optimi maximi petito, eiuſquè genitricis Beatiſſimæ Mariæ. In lite quam Comes de Monte rey cõtrouertit cum Epiſcopo Pacenſi, dicendum eſt, q̃d dictus Comes abſolui debeat à petitione dicti epiſcop, & decani, & capituli ſuæ eccleſiæ: ſi quidem non conſtet defenſas ſuper quibus agitur ſub prædicti epiſcopi, & capituli parrochia eſſe: vt dictarum defenſarum decimas prętendere poſſint †

1 prout iure neceſſe eſt, vt ipſi ſuam intentionem quò ad dictas decimas iure communi fundent, *vt in capitulo fin. de parroch. & in capitulo ad decimas de reſtit. ſpoliat. lib. 6. cum alijs ſuis notiſſimis*. Quin & dicti epiſcopus, & decanus, & ſi intra dioceſim dictæ defenſæ extarent, non tamen quoad prædiales decimas, ſuam intentionem iure communi munirent, ſed tantùm eccleſia parochialis ſeu baptiſmalis, niſi in

2 quarta parte decimarum in qua epiſcopus ſuam fundat intentionem, *capitulo conquerente de offic. ordin. & in cap. quoniam, & illic DD. de decim.*

Quin, & ſi quæ diximus ceſſarent, conſuetudine immemoriali (qua dictus comes ſuique anteceſſores dictas perciperẽt decimas) tueri poteſt: etſi laici fuerint: cũ ante Concilium *Lateranenſe* ſibi conceſſas

3 allegauerint † quia, etſi laicus iure communi ſit dictarum decimarum incapax *capit. cauſamque de præſcript. cap. quamuis de decim. cum alijs* extante tamen conceſſione ante dictum concilium laicus decimas percipere (ſeu præſcriptione immemoria-

4 li allegata) poteſt † cum ipſum tempus immemoriale vim tituli habeat *de præſcriptio. cap. 1. in 6. & hoc iure § ductus aqua, ff. de aq. quotid. & æſti. cap. ſuper quibuſdam § præterea de verbor. ſignific.* quod etiam obtinet (& quòd tituli vim habeat) & ſi ipſe titulus non allegetur, (*Cyn. authore, & Ang. & Paul. Caſtren. in l. ſi certis annis C. de pact. Soccin. in conſ. 127. lib. 1.* quia ius talem præſumit titulum *Innoc. & Abb. in cap. ſi diligenti de præſcript.* eſtquè præſumptio iuris & de iure *ſecundum Felin. in cap cum nobis de præſcript* & inducit pręſumptionẽ conſenſus Summi Pontificis *Anton. in capit. continebatur de his quæ fiu. à Præl. ſi. conſen. cap Soccin. in conſ. 15. lib. 1. Dec. in conſil. 36. & in conſil. 135. poſt Ioan. Andr. Abb. Imola & DD. in cap. cum apoſtolica, de his quæ fiu. à Pręla.* & faciunt quæ ſupra citauimus



Digitized by Google

*in conſ.15.in hac lite num,12.cum multis ſe-
quentibus.*

Vnde in noſtris terminis, *Ioan.Andr.An
ton.Abb. & Imol.in d.cap.cum Apoſtolica,*
5 dicunt † laicis decimas tempore imme-
moriali percipientes, poſſe eas deinde exi-
gere, non ex vi præſumptionis; ſed quia ex
tanto tempore præſumitur, quòd fuerit
prædictas decimas adeptus tempore licito
ſcilicet, ante dictum cõcilium Lateranẽ-
ſe, ſiquidem non ſit cenſendum, eccle-
ſiam ipſas decimas tanto tempore perci-
pere aſſentiſſe ſi laicorum tituli illegitimi
eſſent. *ex l. cùm de indebito ff. de probat. &
ex tex.in capitulo ſi quis de reb.eccle.non alie.*
& confirmatur ex *doctrina Anton. in capi-
tulo literas.de reſti. ſpol.* quam ſententiam
tenent *doctores in dicto capitulo cùm apoſto-
lica, & Albericè. in ſuo dictionario. in verb.
decima. verſi. 6. & Cumanus in conſil. 83.
quia cauſa decimalis. column. fi. Alex. in
conſilio.6. column. penultima lib.1. Barba. in
conſilio.35. lib. 2. Feli.in d. cap.cauſam quæ
de præſcrip.Iacob.de ſancto Georg. in tracta.
feudor.in verb. cum mero & mixto imperio
in fin.* & eſt Doctorum communis opinio
*ſecundum Franciſc.Bald.in tracta.præſcript.
7.quæſtione 5.partis principalis,* quo in loco
abundè hanc fulgit ſententiam, eandem
ſententiam priùs tenuit *Bald.in conſ. 422.
præſuppoſito lib. 1. & Nicol Milis in ſuo in-
dice in. verb. decima. & Soci. Iuni.in conſil.
115.num.37.cum ſeq lib.2.& Pet.Reb.in ſuo
tract.decimarum quæſtione 13.num.76. poſt
Iaſo. plenè in conſ. 156.num.1. & ſequen.lib.
2. & Soci.Iuni. in conſ. 115.lib.2. & Grego.
Lup.in l.23.in verb.Tomen.diezmo. col. fin.
titi.20. part.1.* vbi ait, quod hæc opinio vi-
detur magis communis. cum igitur dictus
Comes prædictam conſuetudinem imme
morialem probauerit, in dictis decimis
percipiendis obtinere debet.

Prædicto Comiti proſunt exequutoria-
les producti (à Rota ementes) quibus pro-
nunciatum eſt, dictum Comitem dictas
decimas iuſtè percipere, in quibus adſunt
Rotę ſententię, in rem iudicatam transla-
6 tæ † quæ ob id pro veritate habendæ sũt,
*ff.de re iud.l.1.* & titulum præſtãt ad dictas
decimas exigendas, *l.iuſtè poſſidet.ff.de ac-
quir.poſſ.Bar.in l.ex hoc iure,ff.de iuſt. & iu.*
& licet dictæ ſententię inter alios latę fue-
7 rint † tamen cum agant de declaranda ca
pacitate dicti Comitis, dictas decimas
percipiendi, cum latæ fuerint cum legiti-
mo contradictore, & in iuditio plenario,
quoad omnes ius facere videntur, *ex l.in-
genium,ff.de ſta.homi.et illic Alberi.et Bald.
Anto.et Scribentes in cap.quamuis,de re iud.
Alex.in l.ſæpe num.56 cum ſequen.ff.eod.tit.*
vel ſaltem faciunt quale quale præiudi-
cium, & produ runt ad muniendas proba-
tiones dicti Comitis, *gloſ.in l.ſi duo patro-
ni,in princ.ff.de iur.iur.et illic Doctores, An-
gel.Aretin.in l.à ſententia,ff.de appell.* cum
alijs, de quibus meminit *Alex.in l.ſæpe,ff.
de re iud.num. 70.*

Et cum dictus Comes in poſſeſſione
8 fuerit † percipiẽdi dictas decimas de om-
ni armento, ſeu grege dictis defenſis de-
paſcentibus, conſequens erit, eſſe tuendũ
etiam in quaſi poſſeſſione percipiendi de-
cimas de omni frumento, ſeu fructu dictis
defenſis collecto, poſtquam ad culturam
redactę fuerunt, *ex tex.expreſſo in cap.com-
miſſum de decim.* ibi, *Et ſicut etiã de paſcuis
olim decimæ perſoluebantur, ita et de eiſdem
ad frugum fertilitatem translatis decimas
volumus, ſine diminutione, perſolui,* & ita
inibi tenent *Hoſtien.*Card. *Anton.et idem
Hoſtienſ.in rub.de decim.in ſumma, verſ.de-*
9 *cimo quæro,* quo in loco firmat † quod & ſi
terra qualitatem mutet, nempè ſi de vina-
ria, frumentaria fiat, decima nihiloſecius
exoluenda eſt, prout ante ſolui conſueue-
rat; & his accedat *text.in cap.fin. de priuil.*
10 vbi † priuilegiũ ſemel aliqua in re quæ-
ſitum, non mutatur; & ſi qualitas rei, fru-
ctusuè varientur, & ob id, ibidem ſanci-
11 tur † quod priuilegium ex cultura ad nõ
ſoluendum decimas retinetur, & ſi rei mu
tetur qualitas. His & additur ſententia
*Ioan.And.in addit.ad Specul. tit.de loca.§.1.
verſ.quid ſi colonus.* cui adſtipulatur *Iaſ. in
l.ſtipulatio iſta,§.in ſtipulationibus ff.de ver.
obligat.*

Prędicta & ſuadentur ex *tex. expreſſo in*
12 *c.cum in tua,de decim.* vbi habetur † quod
præſcriptio decimæ in aliqua terra ad aliã
fructus ſpetiem extenditur, & inibi notãt
*Anchar.Abb.col.1.et cæteri DD.*quod *Alber.*
tradit *in l.certo generis,ff.de ſerui. ruſt.pręd.*
quam ſententiam firmat etiam *Nicol.Mi-
les in ſuo Indice,in verb.decima,verſ.an tepe.
Card.Pariſ.in conſ.73.licet ius commune,col.
2.num.12.& ſeq. lib.4.* abundè *ibidem* pro-
13 bans † quod ſi ex prædio aliquid cum
eſſet incultum, percipiebatur (vt quia erat
paſcuum vaſſallis, ſeù ſimile) & exindè ad
culturã reducitur, quòd ex dicta cultura,
decimæ debẽtur, ſicut & de antiquis præ-
ſcriptis, quibus etiam cõſentit *Pet.Rebuff.
in d.eius tract. decimarum q.14. num.22.* &
probatur *in cap.ſtatuto de decim.lib.6. & in
cap.cùm contingat,in fin.eod.tit.et inibi Ant.
num.4.& in d.cap.commiſſum,* cum alijs, de
quibus

Digitized by Google

quibus meminit *Aym. Crau. conſ.* 55. *reuocatur, nu.* 1. *verſ. ſed reſpondeo, & ſeqq.*

Nec dicere oberit, noualia fructus frumenti nouè redacti ex cultura, non ideò ſub dicta quaſi poſſeſſione comprehendi. Nam cùm compertum ſit, ante culturam ex dictis defenſis herbarum fructus perci-
14 pi, & eis decimas † non quidem noualia dici poſſunt, quæ ex agricultura proueniunt, vt conſtat in *d. cap. commiſſum, & ſimilibus, & ex Ioan. And. & Anthar. in eod. c. commiſſum:* † noualia enim illa tantum ſunt, ex quibus nulli fructus ante culturã percipiebantur, *de verb. ſignif. cap. quid per noualia, & illic Innoc. & Doct.* Rurſus cùm tàm herbarum fructus, quàm frumenti ſit eiuſdem agri, & terræ diuerſo iure cenſeri non debent, *ff. de vſucap. l. eum qui ædes.* tẽ
15 & ſi ex cultura † mutetur qualitas (non verò ſubſtantia) eademq; res iudicatur, *l. pacta conuenta, ff. de contrah. empt. l. quæſitũ, §. illud, ff. de leg.* 3. & conſtat ex traditis *à Paulo de Leaz. in clem.* 1. *de decim. & inibi Card. q.* 23. quos refert *Socin. in conſ.* 297. *lib.* 2. quo in loco optimè ad prædicta loquitur. Prædicta & fouet regula generalis
16 † qua habetur, ſubrogatum naturam ſubrogati ſapere, *l. certi conditio, cum gloſ. ff. ſi cert. pet. l. parabolani, C. de epiſcop. & cler. & text. in l. ſi cum §. iniuriarum, ff. ſi quis cautio.*

Et ſi dicta iura in præſcriptione obtinent, à fortiori in conſuetudine procedẽt, quæ ex ſui natura ius in vniuerſo quærit (hoc eſt in omni fructu) ſecundum *Abb. in c. cum dilectus, col. fin. et in c. fin. col. antep. de conſuet. Hoſtien. & Abb. in c. cum Eccleſia Sutrina, de cau. poſſeſſ.* Et propriè *Dominic. in conſ.* 123. *Alex. in d. conſ.* 6. *col. fin.* Namq;
17 præſcriptio † non ita extenditur, ſicut conſuetudo, ſecundum *Innoc. in cap. fin. de*
18 *offi. archi.* in qua † non requiritur titulum allegari, & ſi in præſcriptione neceſſaria fuiſſet allegatio, ſecundum *Archid. in d. c.* 1. *de præſcript. in* 6. *et in c. ſeruitium* 18. *q.* 2. *et in cap. quia cognouimus* 10. *quæſt.* 3. tradit *Florian. in l. ſeruitutes in magna, ff. de ſeruitutibus.*

Ex quibus dicti Comitis iuſtitia patentiſſima eſt, *et ita poſtea pronunciatum fuit.*

Marcus Salon de Pace, Legum Doctor Burgenſis nominatus.

# ADDITIO.

NVm. 1. Quod Eccleſia Parrochialis habeat intentionem fundatã pro decimis de fructibus, qui colliguntur intra fines eius Parrochiæ, latè alios allegans, declarat nouiſsimè *D. Præſul Ricc. in eius praxi Archiepiſc. in verb. praxis Parrochorum deciſ.* 231. *Reg. Valenz. conſ.* 8. *num.* 2. *vol.* 2.

Num. 3. 3. & 5. quod etiam laicus, qui per tempus immemorabile poſſedit decimas, tuendus ſit nõ tantùm vigore præſcriptionis, ſed præſumptæ conceſsionis, cùm ex tanto tẽporis curſu præſumitur conceſſio ſibi per Summum Pontificem facta, adde *Reg. de Ponte conſ.* 8. *nu.* 3. *verſ.* 2. *præſuppoſita, & num. ſeqq. uol.* 2. vbi latè poſt alios probat ſufficere allegationem tituli ſtante curſu temporis immemorabilis abſque alia probatione famæ priuilegij, de eodem articulo latè etiam differit *Peregr. in tract. de iure fiſci lib.* 6 *tit.* 8. *de præſcriptionibus fiſcalibus nu.* 18. *uerſ. & in terminis cum num. ſeqq.* vbi licet priùs adducat plures DD. quod laici poſſidenres per ſe, & ſuos authores decimas prædiales, quamuis per tempus immemorabile non ſint tuti, niſi doceant de priuilegio Papæ, aut de conceſſione facta ante Concilium Lateranenſe, tamen poſtea *num.* 22. adducit plures alios tenentes, laicos decimas poſſidentes probato vſu temporis immemorabilis, ac probata fama de cõceſsione priuilegij à Summo Pontifice, ſeù de conceſſione facta eorum authoribus ante prędictum Concilium Lateranenſe obtinere debere, vbi tãdem alios allegat tenentes, ſtante probatione poſſeſsionis immemorabilis ſufficere allegationem priuilegij, cum per talem curſum tempus præſumatur, in qua opinione reſidere videtur, de his tamen vide *Rebuff. in tract. de decim. q.* 13. *num.* 64

*cum*

*cum ſeq.* vbi latiſſimè tractat de prædicta quæſtione,& *Ant.Gab.commun. concluſ.lib.5.tit.de præſcript.concl.* 1. *nu.* 22.23. *Rota deciſ.*215.*p.*2.*in nouiſſ.*

Poſſet etiam moueri,& diſputari quæſtio,an Prælatus decimas ante prædictum Concilium concedi ſolitas, & ad Eccleſiam reuerſas, poſſit iterum laicis in feudum concedere,in quo articulo licet multi DD.teneāt opin. affirmatiuam,contrariam tamen opin. negatiuam communem, & veriorem eſſe,probat *Facbin. controuerſ.iur.lib.*7.*cap.*72.

Num.4.*Reg.Valenz.conſ.*79. *nu.*93.

Num.6. vbi Author dicit ſententiam latam pro poſſeſſore decimarum præſtatione titulum ad eas percipiendas, adde in ſimili *Rebuff. in tract.de pacifico poſſeſſore num.* 193. vbi tractat, an ſententia præſtet titulū poſſidenti beneficium, & allegat multos tenere, quod in petitorio non ſufficiat,ſecus tamen in poſſeſſorio, licet ipſe dicat non videre rationem diuerſitatis, niſi diceret ſe perdidiſſe titulum, & probaret, quia tunc ſufficeret oſtendere ſententiam de titulo mentionem facientem, *Reg.Valenz.conſ.*68. *num.* 16.

Num.7.adde,quod ſententia lata etiā in cauſa ſtatus non præiudicat aliis eque principalia iura habentibus, *Præſ.de Franch.in deciſ.*523. *nu.* 18.19. *& ibi addentes, Regens Valenz.conſ.*91. *num.*61.

Quatenus verò fundat ſe in ſententia lata per Rot. Rom. pro poſſeſſore decimarum,adde, quod quando nō ageret de articulo Iuris decimarū, qui dicitur ſpiritualis, ſed tantùm de facto,ſcilicet an quis plus,vel minùs ſolito exegerit,vel quod ad aliū ſpectet per priuilegium,tunc poſſet ſuper his iudicare etiam Iudex laicus, prout poſt alios declarat *Reg.de Ponte in d.conſ.*8.*nu* 32.33.*uol.*2.

Num. 8. & 9. quod decima debita ex paſcuis territorij nemoroſi debeat ex fructibus eiuſdem territorij poſtea ad culturam redacti, concordat *Io. Vinc.de Anna alleg.*94. *nu.*1. 2. 3.*& ibi Fabius eius filius* allegat hunc Authorem his, & alios *Reg. Valenz. conſ.*33.*num.*51.

Num. 10. An mutatione rei, vel perſonæ priuilegium,ſiuè iuris diſpoſitio mutetur, vide *Pereg.in tract. de iure fiſci lib.*6 *tit.*4.*num.*46. *Reg.Valenz. ubi ſupra num.* 60.

Num.12. quod etiā ſi mutetur ſpeties fructuum adhuc debeatur decima de noua ſpecie fructuum, adde *D. Epiſcopum Ricc in praxi Archiepiſcopali in uerb praxis Parochorum deciſ.*731.

Num.17. & 18. An in præſcriptione immemorabili,vel in conſuetudine tanti temporis requiritur ſaltim allegatio tit. vide *Anton. Gabr. in d.tit. de præſcriptionibus concluſ.* 1. *num.* 45. *cum ſequent.*

Laus Deo, Beatæq; ſemper Virgini Mariæ, ac Diuo Ioſeph.

Digitized by Google

# INDEX
## RERVM, ET VERBORVM,
### Quæ in hoc Volumine continentur.

A


ABſens condemnari poteſt, conſ. 12. n. 10.
Abſenti quis poteſt obligari, conſ. 33. nu. 12. & ibi quid erit in remisſione.
Abſens, vide verb. approbatio.
Abſolutionem à iuramento non tenetur petere minor enormisſimè læſus, conſ. 28. num. 17.
Abſoluendus vide verb. æquabilia ſunt.
Acceptans ſcripturam, eam cenſetur acceptare cum omnibus ſuis qualitatibus, clauſulis, & conditionibus, conſ. 14. num. 33. & conſ. 26. num. 28.
Acceptatio donationis requiritur, etiam ſi donatio fuerit iurata, conſ. 14. num. 21. & ſequen.
Acceptare quis videtur ſcripturam, cùm aliquid ex contentis in ea adimplet, conſ. 26. nu. 31.
Acceptatio ſcripturæ inducitur ex receptione ipſius ſcripturæ, ibid. num. 32.
Acceptatio tacita ſufficit, vt non habeat locum doct in a Bart. in l. qui Romæ, §. Flauius Hermes, de verb. oblig. ibidem num. 33.
Acceptatio non poteſt fieri poſt mortem donantis, conſ. 33 num. 14.
Acceptatio, vide verb. approbatio, verb. donans, verb donatio, verb. electio, verb. hæres, verb. inſtrumentum, verb. legatum, verb. maioricatus, verb. pater donans, & in verb. ſcriptura priuata.
Acta proceſſus conſtat non interueniſſe, ex quo in proceſſu non reperiuntur, conſ. 14. num. 65.
Acta, vide verb. ſententia.
Actio oritur ex arbitrorum ſententia emologata, conſ. 33. num. 21.
Actio, vidè verb. præſcriptio.
Actor, vide verb. ordinaria via, & ver. probatio.
Actus, qui ſequitur, declarat intentionem in præcedentibus, conſ. 26. num. 39.
Actus, qui non valet reſpectu aliorum, valet reſpectu minoris, conſ. 38. num. 21.
Actus validitatis præſumptio alijs præſumptionibus præfertur, conſ. 39. num. 17.
Actus geſtus ita videtur, vt minus lædat ius gerentis, conſ. 43. num. 30.
Actus, vide verb. clandeſtinus, verb. clauſula ſic extantibus, verb. errans, & ver. iuramentum.
Aditio, ſeù emptio non probatur ex verbis, volo adire hæreditatem, vel emere, conſ. 3. num. 87.
Aditio hæreditatis probatur verbis enunciatiuis ob aliud emiſsis, conſ. 24. num. 29.
Aditio hæreditatis, ex quo capite cenſeatur facta, ibid. num. 48.
Aditio hæreditatis probatur per teſtes ſingulares, ibid. num. 53.
Adminiſtratio bonorum ſi alicui ſit interdicta, tanquam vero prodigo, valet, & tenet, & ſi verè prodigus non ſit, conſ. 38. num. 10.
Adminiſtratio, & adminiſtrator, vide verb. curator, & verb. prodigus.
Aduocatus non poteſt eſſe teſtis in cauſa, in qua fuit aduocatus, conſ. 11. num. 14.
Agnatio, vide verb. conſeruatio.
Alarde, vide verb. miles.
Allegari, vide verb. præſcriptio, ver. præſumptio, & verb. tertij ius.
Alienatio eſt nulla, cum quis alienat rem contra expreſſam prohibitionem, conſ. 44. nu. 3.
Alienationis prohibitioni verba indifinita æquipollent vniuerſali, & extenduntur ad omnes ſucceſſores, ibid. num. 6.
Alienationem cùm teſtator indefinitè, & imperſonalitèr prohibet, prohibitio iudicatur perpetua, ibid. num. 7.
Alienari ſi res ſit prohibita, donari tamen poteſt ex cauſa remunerationis, conſ. 3. num. 32.
Alienatio, vide verb. commiſſi pœna, verb. licentia, verb. maioricatus, verb. præſcriptio, verb. princeps, verb. ſubſtitutus poſtremò, & verb. vſufructuarius.
Alienationem reuocare, vide verb. pater.
Alienatio rei dotalis, vide verb. vxor, & ſi ſit hæres.
Alienatio rei minoris, vide verb. minor.
Alienatio rerum Eccleſiæ, vide verb. iudicis decretum, & verb. licentia Epiſcopi.
Alimenta ex quibus congrua dicantur, vt regiæ facultati ſatisfactum eſſe dicatur, conſ. 1. nu. 10. & inibi quid erit in dote, ſtante dicta regia facultate, ſeù renunciatione.
Alimenta ſunt præſtanda de fructibus bonorum, non verò pro illis præſtandis debet vendi proprietas bonorum, conſ. 9. num. 17.
Alimenta ſunt præſtanda iuxta perſonæ dignitatem, & quantitatem patrimonij, ibid. num. 34. & conſ. 28. num. 29.


Ali-

Alimenta præſtanda ſunt augenda ratione maiorum ſumptuum, & expenſarũ, d.conſ.9.n.35.
Alendi prior eſt cauſa patris, ibid.num.37.
Alimenta, vide ver. habitatio, verb. læſio enormiſsima, & ver.pater.
Alternatiuæ pars explicat aliam partem eiuſdem alternatiuæ, & quando, conſ.3. num 81.
Alternatiua quando reſoluatur in coniunctam, ibid. num.82.
Animus, vide in ver.mutatio.
Antidoralis obligatio etiam inter patrem, & filium conſideratur ibid.num.29.
Antiquitas, vide verb.contractus, ver.dominium, & ver. ſolemnitas.
Appellari debet à ſententia contra aliquem lata intra tempus à lege ſtatutum ad appellandum à tempore ſcientiæ, conſ.12.nu.13.
Appellatio producenda eſt coram iudice, à quo appellatur, ibid.num.14.
Appellari quando poſsit ab executore, conſ.40. num.5.
Appellatio, vide ver.contumax, ver.nominãdus, ver.ſententia, ver.ſucceſſor, & verb.Vniuerſitas.
Approbare quis videtur alterius teſtamentum, faciendo diuiſionem bonorum ſecundum contenta in ipſo teſtamento, conſ.14.num.30. & uide ver. hæres.
Approbatio probatur per declarationem extraiudicialem, ibid.num.47.
Approbatio, quod per aliquem fuerit facta probatur teſtibus ſingularibus, ibid.num.52.
Approbatio fieri poteſt per approbantem, etiam in abſentia eius, in cuius fauorem fit approbatio, in eod.conſ.14.nu.58.
Approbatio, vide ver.acceptatio, & ver.hæres, et ver.producens, & ver. teſtamentum.
Arbitri pro ſententia ordinarij, conſ.33.nu.4.
Arbitria redacta ſunt ad inſtar iuditiorum, ibid. num.24.
Arbiter, & arbitrium, vide in ver.actio oritur, et ver.emologatio, & ver. ſententiæ antiquæ. & ver.conſueta fieri.
Arbitrium licet quis in re liberum habeat, eo vti non poteſt, ſi actus ab eo geſtus æquitati aduerſetur, conſ.20. num.9.
Argui licet de maioricatu ad feudum, conſil.9. num.20.
Argumentum à contrario ſenſu non habet locum contra legem, conſ.19. num.14.
Argumentum validum eſt de officiali perpetuo ad officialem ad beneplacitum creatum, conſ. 21.num.4.
Argumentum de ſimilibus ad ſimilia in conditionibus voluntarijs non procedit, conſ.27.nu. 19.& conſ.29.num.59.
Argumentum de ſimilibus ad ſimilia non procedit in contractibus, ibid.num.60.
Argumentum de ſimilibus ad ſimilia fallax eſt, ibid. num.62.
Argui licet ab ordine literæ, conſ.43.num.32.
Argumentum, vide in ver.leges.quæ agunt.
Arma, vide in ver.conditio, & ver.conſuetudo.
Arra, vide ver.donatio propter nuptias, & ver. vxor per totum.
Aſſertio. vide ver.contractus, & ver.feudalia, & uer.iudici, & ver.Princeps, per totum, & uer. tabellionis aſſertio.
Aſſeſſoribus ſalaria ſunt præſtanda à partibus litigantibus, conſ.48.num.2.& ſeqq.
Aſſeſſor, vide uer.dominus temporalis, & ver. iudices ordinarij, & ver.ſalarium.
Auditus, vide in verb.teſtes,

B

Bellum, vide ver.nobilitatis priuilegium.
Blanditiæ, vide ver.metus.
Bona fides, ex quibus conſtare dicatur in præſcriptione, conſ.41.num.13.
Bona fides, ex quibus cauſetur, ibid.num.15.
Bona fides, vide verb.coniectura, & verb.immemorialis.
Bona futura, vide verb.donatio.
Bonæ fidei contractus, vide verb.contractus.

C

Caducitas, vide ver.ſubſtitutus.
Cambia quando ſint licita, conſ.49.nu.8.
Cambia, vide ver.intereſſe, & verb.pacto.
Cancellatio, vide in ver.prothocollum, & verb. teſtamentum.
Cappellanus, vide verb.laicus.
Capituli conſenſu ſi aliquid ſit ſtatutum, nihil graue ſine eius aſſenſu expediri poteſt.conſ.17 num.15.
Capitnlum generale, vide verb.ſtatuta.
Carceratus quis dicitur in illo loco, in quo ſtare tenetnr, conſ.12. num.7.
Caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis, conſ.2.num.1. & conſ.29.nu.19.
Caſus ſimilis, qui dicatur, & qui diſsimilis, ad hoc, vt dicatur comprehendi ſub diſpoſitione teſtatoris, vel non: & quando extenſio permittatur de vno caſu ad alium, conſ.9.num.14.
Caſus præter ordinationẽ diſponentis contingẽs, ſub diſpoſitione nõ comprehenditur, & ſi in eo non ineat maior ratio diſponendi, ibid. nu.63.
Caſus cum omittitur de eo non idem, quod de expreſſo eſt iudicandnm, etiam ſi in caſu omiſſo adſit maior ratio diſponendi, conſ.34.n.33.
Caſus, vide verb.deciſio, & verb.diſpoſitio, & verb. Verba vniuerſalia.
Cauſa qualibet etiam iniuſta excuſat à dolo, conſ. 7.num.22.

Cauſa

Digitized by Google

*Cauſa non præſumitur in Principe veniente contra eius contractum,conſ.15.nu.52.*
*Cauſa qualibet etiam beſtialis excuſat à pœna conſ.46. nu.7.*
*Cauſa vide verb.diſpoſitio, & verb.maioricatus, & verb.verba.*
*Cauſa ſuperueniens, vide verb. exceptio rei iudicatæ,& verb.libellus,& ver.ſatisdatio.*
*Cauſæ cognitio neceſſaria eſt in contractu ciuitatis, conſ.10.num.14.*
*Cautela nimia dolum,fraudemque probat, in conſ.37.num 4.*
*Cedens alteri actiones ſuas, an poſſit debitum exigere,conſ.18.nu.5.& per totum conſiliũ*
*Cedens actiones ſuas, poteſt eas intentare, quando ceſsionarius ex parte ſua non adimplet contractum ceſsionis,ibid.num.31.*
*Ceſsio, & cedere, vide verb. hypothecaria, & verb.patronatus.*
*Ceſſante cauſa, vide verb.ſententia.*
*Cancellarius,vide verb.examen.*
*Citatio non requiritur, quando proceditur cõtra officialem fugientem ſine ſindicatu,conſ. 12.num.4.*
*Citatio non eſt neceſsaria in extractione inſtrumentum de prothocollo, conſ 14.num.8. Et ibi quomodo hoc intelligatur.*
*Citatio non præſumitur,quod fuerit factá,ibid. num. 67.*
*Citatus ad aliquam litem quis non dicitur, & ſi citatus ſit ad audiendam ſententiam, ibid. num. 68.*
*Citatio eſt de iure diuino,conſ.25.num.40.*
*Citatio,vide verb.iudex poteſt, & verb.Iudici aſſerenti,& verb.Princeps per totum, & verb.ſchedula regia, & verb.ſententia.*
*Ciuis vnus quando poſſit contradicere contractui facto per maiorem partem populi,conſ. 10. num.20.*
*Ciuis,vide verb.gabellæ,& verb.diuiſio.*
*Ciuitatis regimen apud nobiles tantùm eſſe debet,conſ.10. num.5.*
*Ciuitatis in contractu debent interuenire omnes ciues,tàm nobiles, quàm plebei,aut ſaltem duæ partes ex tribus, aliàs contractus eſt ipſo iure nullus,ibid.conſ.10.nu.9.& 10.*
*Ciuitatis contractus ſicut non valet in præiudicium eorum,qui non conſenſerunt: ita nec valere debet in præiudicium ſuorum ſucceſſorum, ibid.conſ.10.num.13. & 19.*
*Ciuitas,vide ver.cauſæ cognitio,& ver.locus, & ver. Vniuerſitas per totum.*
*Clandeſtinus actus ſemper interpretatur in peiorem partem,in conſ.20.num.29.*
*Clam,vide verb.dolus.*
*Clauſula ſequens non eſt referenda ad ea, quæ habent ſpecialem determinatienem,conſ.27. num.14.*
*Clauſulæ appoſitæ in inſtrumentis de ſtilo tabellionum,non ſunt conſiderandæ. conſ.28. num.19.*
*Clauſula vna declaratur ex clauſulis alijs ipſius ſcripturæ,in conſ.44.num.12.*
*Clauſula in fine appoſita ad omnia præcedentia referri debet, ibid.conſ.44.nu.13.*
*Clauſula, vide verb.acceptatio.*
*Clauſulæ de plenitudine poteſtatis,& ex certa ſcientia non operantur in tertij præiudiciũ, conſ.25.num.45.*
*Clauſula ex certa ſcientia, vide ver.clauſula non obſtante tali lege.*
*Clauſula de plenitudine poteſtatis, vide verb. Princeps.*
*Clauſula ſic extantibus ſubintelligitur in omni diſpoſitione ſententia,& actis, conſ.40. num.19.*
*Clauſula non obſtante tali lege,quando requiratur in priuilegio,ſeu actu ſequenti, conſ. 45. num. 8.*
*Clauſula non obſtante tali lege,non requiritur in priuilegio, quod apponatur, etiam ſi neceſſaria fuerit, quando conſtat de Principis voluntate,quod voluerit eius priuilegium in omni caſu valiturum,ibid.num.12.*
*Clauſula,nõ obſtante tali lege &ſi requiratur in reſcripto Principis nõ tamen requiritur in regali priuilegio,ibid.num.14.*
*Clauſula,non obſtante tali lege,non requiritur, quando in principis priuilegio apponitur ſecunda iuſsio,ibid.num.17.*
*Clauſula,non obſtante tali lege,non eſt neceſsaria cum reſcriptum conceditur proprio motu, ibid.num.21.*
*Clauſula,non obſtante tali lege,non requiritur, cum princeps ponit clauſulam, ex certa ſcientia, ibid.num.22.*
*Clauſula,non obſtante tali lege,nõ requiritur, quãdo lex à Rege prædeceſſore edita eſt,ibid. num.23.*
*Clauſula, proprio motu, uide ver.non obſtante tali lege,& ver.donatio remuneratoria.*
*Clauſula executiua,vide uerb.donatio regia.*
*Clauſula derogatoria,in cuius fauorem, cenſeatur appoſita,conſ.2.num.82.*
*Clauſula derogatoria, vide ver.iuramentum.*
*Clauſula omni meliori modo, vide uerb.iuramentum.*
*Clauſula,conſtituti, uide ver.poſſeſſio.*
*Clericatus,& tonſuræ cognitio ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum,non verò ad iudicem laicum,conſ.22.num.2.& 3.per tot. conſilium.*
*Clericus primæ tonſuræ vnicæ uirginis matrimonio copulatus, gaudet priuilegio fori, conſ 22.num.1.*
*Clericorum coniugatorum habitus decens, an ſit determinatus, & qualis dicatur habitus*



Digitized by Google

*clerici coniugatis conueniens, ibid. n. 5. & per totum conſilium.*

*Clericus non perdit priuilegium clericale, etſi qu buſcunque enormitatibus ſe immiſcuerit, ibid. n. 20.*

*Clericus, vide verb.* conſuetudine, *& verb.* filius Sacerdotis, *& verb* patronatus.

*Collegium, vide verb.* fraternitas.

*Colonus vide verb* dominium.

*Commendatores, vide, verb.* magiſter, *& verb.* milites.

*Commiſſi pœna vtens non poteſt petere penſiones prætexitas, conſ. 24. n. 1. & per totum conſilium.*

*Commiſſi pœna quis agere poſſit, cùm dubium eſt inter duos dominos, conſ. 44. n. 1.*

*Commiſſi pœna non habet locum, quando alienatio eſt nulla, ibid. n. 4.*

*Commiſſi pœna ceſſat ex penſionis receptione, ibid. n. 15. & ſeq.*

*Commiſſi pœna locum non habet, etiam ſi dominus ignorantèr penſionem recipiat, ignorando rem in commiſſum incidiſſe, ibid. n. 6.*

*Commiſſi à pœna excuſat qualibet cauſa colorata, ibid. num. 22.*

*Commiſſum vide verb.* licentia, *& verb.* reſtitutio.

*Commiſſio expirat morte cōmiſſarij, conſ. 31. n. 3.*

*Comitatus, vide, verb.* fœmina.

*Commune, vide verb* meum.

*Compenſandi animus ex quibus coligatur, conſ. 3 num. 4. & ſeq.*

*Compenſandi animus, vide verb.* curator.

*Compromiſſum tantum nocet compromittentibus, conſ. 10. num. 26.*

*Compromiſſum, vide verb.* locus ſubiectus.

*Concordia, vide verb.* interpræpatio, *& verb.* ſcriptura, *& verb.* verba.

*Condemnatus, vide verb.* abſens, *verb.* æquabilia, *verb.* exceptio rei iudicatæ, *verb.* iuramentum, *& verb.* præſumptio maxima.

*Condemnatio contra plures hæredes fieri debet proportionibus hæreditarijs, conſ. 4. n. 1.*

*Condemnatio fieri non poteſt ſuper non petitis ibid. num. 5.*

*Conditio appoſita in prima ſcriptura cenſetur repetita in poſteriori ſcriptura. conſ. 2. num. 77. & ſeq.*

*Conditio ſumendi nomen, & arma teſtatoris, adimplenda eſt, & non dicitur grauamen, nec onus conſ. 3. n. 47. & ſeq.*

*Conditio in forma ſpecifica adimplenda eſt, in conſ. 9. num. 11.*

*Conditionem ſemel fuiſſe adimpletam ſufficit, vt euentus eius purificet actum, ac ſi à principio fuiſſet purus, ibid. num. 12. & vide infra verb.* ſubſtitutio.

*Conditio non dicitur impeditiua matrimonij, ſi ad matrimonium contrahendum alicuius licentia requiratur conſ. 20. n. 6.*

*Conditio de matrmonio contrahendo, intelligitur de vero matrimonio, non de nullo ibidem numer. 12.*

*Conditio ſeù modus non poteſt apponi donationi perfectæ conſ. 26. num. 3. & vide infra verb.* intellectus l. perfecta donatio.

*Conditio vel modus an poſſit apponi in tertij præiudicium, cur antea erat ius in ſpe quæſitum ibid. num. 8.*

*Conditio voluntaria in forma ſpecifica eſt adimplenda, conſ. 27. nu. 18. & conſ. 29. n. 55.*

*Conditio quando poſſit per æquipollens adimpleri conſ. 32. n. 16.*

*Conditio, vide verb.* argumentum, *verb.* poſſidentis, *verb.* Principes, *verb.* priuilegij verba *verb.* ſubſtituto, *per totum.*

*Conductor, vide verb.* dominium.

*Confeſſio non nocet, quando confitens ſe refert ad aliquod inſtrumentum, in quo contrarium conſtat, conſ. 25. n. 63.*

*Confeſſio extraiudicialis facta, abſente parte, non eſt potens ad obligandum. conſ. 43. num. 23.*

*Confeſſio extraiudicialis duobus teſtibus debet probari ibid. num 24.*

*Confeſſio interpretanda eſt, vt minus confitentem obliget, ibid. num. 44.*

*Confeſſio, vide verb.* error *verb.* fugiens *verb.* maioricatus *verb.* minor.

*Confirmatio generalis non porrigitur ad id, quod eſt ſpecialitèr claſſatum, conſ. 2. num. 54. & ſeq.*

*Confirmanti ius antè reſeruatum, non tollitur per eius vltimam, & generalem confirmationem, ibid. num. 57.*

*Confirmatum in confirmante ineſſe videtur, ibid. num 69.*

*Confirmatio non extendit confirmatum, nec eius naturam mutat, ibid. num. 93.*

*Confirmatio, vide verb* domini temporales.

*Confraternitas, ſeù collegium quando à laico erigitur, confratres nihil agere, aut ſtatuere poſſunt ſuper confratribus recipiendis, ſine ipſius laici conſenſu, nec minùs contra eius voluntatem, conſ. 47. n. 1. & per totum conſilium.*

*Confraternitates, ſeù collegium non poſſunt ſtatuere, quod quidam ad collegium, ſinè confraternitatem, admittantur, & alij excludantur, ibid. n. 2. & ſeq.*

*Confratres non poſſunt facere iniquum ſtatutum ſuper receptione confratrum, ibid. n. 5.*

*Confratres, ſeu collegiati nihil ſtatuere poſſunt in tertij præiuditium ibid. n. 7.*

*Confraternitates diſolui debent propter iniqua ſtatuta, ibid n. 10.*

*Ad confraternitates homines facilitèr recipi debent, ibid. n. 11.*

*Confra-*

Digitized by Google

*Confratrum ſtatutum quo conſtituerunt, vt nullos ad confraternitatem recipiant, niſi certo pretio ſoluto, non eſt licitum, ibid. n. 12.*
*Confraternitas faciliùs cogitur recipere in confratres filios confratrum quàm alios extraneos, quibus præponuntur, ibidem num. 14. & ſequent.*
*Coniectura ſufficit ad probationem bonæ fidei, conſ. 35. n. 6.*
*Coniectura, vide verb.* dolus, *& verb.* malæ fides.
*Conſcientiæ alicuius cum aliquid committitur, ad hæredes non tranſit, conſ. 31. n. 2.*
*Conſanguinitatis probatio minimè fieri poteſt contra poſſeſſorem per teſtes de auditu, etiam ſi deponant cùm qualitatibus* cap. licet ex quadam de teſtib. *conſ. 29. nu. 70.*
*Conſanguinitas, vide verb.* teſtes deponentes.
*Conſanguineus, vide verb.* metus, *& verb.* retractus.
*Conſenſui nihil ita contrarium eſt, quàm error, conſ. 25. num. 66.*
*Conſenſus, vide verb.* capitulum, *verb.* diuiſio, *verb.* filius, *verb.* ſpoliatus, *verb.* tacens, *ver.* infans, *verb.* maior pars, *& verb.* Princeps.
*Conſeruatio familiæ, & agnationis inducitur ex diuitus, & ſucceſſione, conſ. 3. n. 44. conſ. 9. n. 6 & conſ. 26. num. 11.*
*Conſeruatio, vide verb.* familia.
*Conſiderandum, vide verb.* euenire.
*Conſuetudo plebeyorum, ſeu eorum pactum non nocet nobilibus eiuſdem populi, conſ. 10. num. 25.*
*Conſuetudo non requirens ſubſcriptionem in prothocollo tabellionis, valida eſt. conſ. 14. num. 4.*
*Conſueta fieri non cadunt ſub arbitrio, conſ. 21. num. 7.*
*Conſuetudo valet, qua fœmina ad ſucceſſionem feudi admittitur, conſ. 29. n. 13.*
*Conſuetudo valet, quod fœminæ maritorum nomen, & arma portent, ibid. n. 78.*
*Conſuetudine an induci poſſit, quod clericus coniugatus non portet habitum clericalem, nec tonſuram apertam, conſ. 22. n. 6.*
*Conſuetudo conſideranda eſt in ſucceſſione maioricatus, conſ. 29 n. 12.*
*Conſuetudo generalis non debet probari, conſ. 48. num. 3.*
*Conſuetudo, vide ver.* domini temporales, *ver.* legatus *verb.* officiales, *verb.* priuilegium, *verb.* iudex poteſt, *verb.* præſcriptio, *& ver.* titulus.
*Conteſtatio litis, vide verb.* præſcriptio.
*Contractus ſecundus cenſetur factus forma prioris contractus, conſ. 2. n. 79.*
*Contractus quando dicatur perfectus, et conſummatus, conſ. 3. n. 92.*
*Contractus non debet extendi de re ad rem conſ. 14. num. 60.*
*Contractus præſumitur praceſſiſſe ex antiquiſſima præſtatione, conſ. 15. num. 4.*
*Contractus in vtilitatem vniuerſitatis probatur geſtus ex aſſertione facta per ipſam vniuerſitatem in ipſo contractu de tali vtilitate ibid. num. 25.*
*Contractus præſumitur factus in fauorem Eccleſiæ, & in eius vtilitatem pretium fuiſſe conuerſum propter antiquitatem temporis, ibid. num. 28.*
*Contractus, & ſi aliquo modo nominetur, non attenditur hæc nominatio, ſed contractus effectus conſideratur, conſ. 19. n. 6.*
*Contractus cum Principe factus eſt bonæ fidei, ibid. num. 9.*
*Contractus ſi eſt ipſo iure nullus, ipſum faciens aduerſus eum venire poteſt. conſ. 10. n. 18.*
*Contractus principalis ab vniuerſitate factus, ſicut non valet, ita nec pœna in eo appoſita, ibi. num. 22.*
*Contractus innominatus ſtipulatione munitus, nõ poteſt reuocari, conſ. 26. num. 16.*
*Contractũ quis ſeruare nõ tenetur, quãdo aduerſarius, quæ promiſſit ex parte non adimplet conſ. 28. num. 30.*
*Contractus ſi prohibetur, ne alteri ſit nociuus, iuramento non firmatur conſ. 32. n. 3.*
*Contractus venditionis fraudulentus præſumitur, ex loci qualitate, & quia fit coram perſonis certis, & ſuſpectis, conſ. 37. n. 7.*
*Contractus, vide verb.* argumentum *verb.* dolus *verb.* ciuitas, *verb.* locus ſubiectus *verb.* cauſæ cognitio, *verb.* metus, *verb.* pater, *verb* æqualitas, *verb.* Princeps *verb.* maſculinum, *verb,* ſolemnitas, *verb* variatio, *ver.* vaſal. *verb.* teſtes, *verb.* immemorialis, *& verb. delictum.*
*Contrahens, vide verb.* interpretatio
*Contradictor legitimus quis dicatur conſ. 39. num. 14.*
*Contradictor, vide verb.* miſſio in poſſeſſionem *& verb* poſſeſſor.
*Conradictio, vide verd.* ſcripturæ verba, *verb.* tacem, *verb.* teſtator, *& verb.* teſtamentum.
*Contrarietas, ſcripturarum euitanda eſt conſ. 2. num. 60.*
*Contrafaciens, vide verb.* contractus ipſo iure.
*Contributio, vide verb* diuiſio, *& verb.* miles.
*Contumax, ſi compareat, non poteſt allegare contra proceſſum factum contra eum in eius abſentia: ſed debet ſumere litem in eo ſtatu, quo eam inuenerit, conſ. 12. num. 11.*
*Contumax non debet audiri, niſi priùs ſoluerit expenſas, ibid. nu. 12. Et ibi an teneatur ſatiſdare, antequàm audiatur.*
*Contumax verus in criminalibus non auditur* appel-



Digitized by Google

*appellans;ibid.num.*16.
*Contumax,vide verb.*abſens,*verb.*officialis.
*Corrigere,vide verb.*declarare,*verb.*Princeps. *verb.*tabellio,*& verb.*verba.
*Credendum eſt nuncio,conſ.22.n.19.*
*Creditor ſuccedens ſuo debitori, viſus eſt ei remittere ſuas actiones, pro ea parte pro qua eſt hæres: etiam ſi talis creditor velit poſteà agere actione hypothecaria,conſ.4.n.4.*
*Creditor quando poſſit aliquid recipere vltrà ſortem principalem,conſ 49.n.10.*
*Creditor,vide,verb.*debitor,*verb.* intereſſe, *& verb.*pactum.
*Crimen,vide verb.*probationes.
*Crimen læſæ Maieſtatis,vide verb.*officialis.
*Culpa lata,vide,verb.*minoribus,*verb.*officialis,*& verb.*tutor.
*Culta,& cultura, vide verb.* poſſeſſionem habere,*verb.*præſcriptio,*verb.*priuilegium,*et verb.*terræ cultæ.
*Curator, vel adminiſtrator quidquid dederit ſuo minori,animo compenſandi id dediſſe videtur, conſ.3.n.1.*
*Curator negotium faciens, ſuo pupillo tangens, dicitur illud feciſſe nomine ſui pupilli, ibid. num.2.*
*Curatoris licentia non requiritur quando minor iurat contractum,ibid.n.17.*
*Curator aliquid emens, vel poſſidens,præſumitur nomine proprio id feciſſe,& non curatorio nomine, & de bonis proprijs, non verò de pecunia minoris, & contrarium dicenti, incumbit onus probandi,ibid.n.73.& multis ſequen. Et ibi.n.75.& 82.& 84.tractatur,quid erit, ſi curator emat de pecunia minoris.*
*Curator quando contrahere poſſit cum ſuo minore,ibid.n.50.& ſeq.*
*Curator,vide verb.*inuentarium,*verb.minor.& verb.*proteſtatio.

## *D*

DEbet,*vide verb.*dictio *debet.*
*Debitor non liberatur,alicui ſoluendo poſt prohibitionem ei factam à ſuo creditore, conſ.* 28.*num.*1.
*Debitor,vide verb.*pactum.
*Debitum vide,verb.*cedens, *verb.* minoribus, *& verb.*tutor.
*Decimæ præſcriptio in aliqua terra ad aliam fructuum ſpetiem extenditur,conſ.50.n.12.*
*Decimæ,vide verb.*Eccleſia, *verb.* Epiſcopus, *verb.*fundus,*verb* laicus,*verb.* noualia,*ver.* poſſeſſionem habens, *& verb.*priuilegium.
*Deciſio caſus in terminis præfertur caſui in alia ſpetie loquenti conſ.27.n.17.*
*Declaratio,ſeù expoſitio teſtatoris præfertur omnibus alijs interpretationibus,conſ.2.n.7.& ſeq.*
*Declarandi poteſtatem habens, poteſt variare, conſ.20.num.19.*
*Declaratio,vt dicatur,requiritur,quod res ſit dubia conſ.25.num.60.*
*Declarare qui poteſt,nō poteſt corrigere ibi.n.61.*
*Declarationi teſtatoris ſtandum eſt indubijs cōſ. 27.num.32.& conſ.29.n.31.*
*Declaratio,vide verb.* actus qui ſequitur,*verb.* approbatio,*ver.*diſpoſitio,*verb.* Princeps, *verb.* ſcriptura,*ver.*tabellionis aſſertio, *& verb.*teſtator.
*Decretum Iudicis non facit ceſſare læſionem enormisſimam conſ.19.n.23.*
*Decretum,vide ver.*Iudex,*& ver.*minor.
*Defectus,vide ver.*Princeps.
*Decurio,vide ver.*officium.
*Delictum eſſe commiſſum,ante omnia probari debet, vt inquiſitio aduerſus aliquem formari poſſit conſ.13.n.2.*
*Delictum non dicitur committere,qui facit illud quod conſuetum eſt fieri ibid.n.8.*
*Delicti præſumptio,vide ver.*fraus.
*Delictum,vide ver.*falſitas,*ver.*fama, *verb.* fugiens,*verb.*iuramentum,*verb.*præſumptio *& verb.*probationes.
*Demens,ſeù mente captus ex quibus præſumatur,ſeu probetur, conſ.11. num.6. & multis ſequent.*
*Demens,ſeù mente captus quis probatur,ex quo talis reputatur à conſanguineis eius, ſeu ex quo aliquis communitèr demens reputatur, ibid.num.9*
*Dementia,vide verb.*furioſus,*ver.* teſtator,*& ver.*teſtes.
*Demonſtratiua verba, vide verb.*diſpoſitionis verba.
*Deſcendentium appellatione,omnes in infinitum comprahenduntur,etiam vltrà quartum gradum conſ.29.num.38.*
*Deſcendentium verbo,fœmina comprahenditur ibid.n.39.*
*Deſcendentes cùm vocantur, ordine ſucceſſiuè cenſentur ſubſtituti,ibid.n.40.*
*Deſcendentes,vide verb.*dictio,*ver.*fœmine, *& verb.*nobilitate.
*Deſtinatio,vide verb.*mercator.
*Dictio,* dellos, *ad omnes præcedentes refertur conſ.23 n.2.*
*Dictio* Deſcendentes, *etiam fœminas comprahendit,ibid.n.4.*
*Dictio* Deſcendentes, *omnes in infinitum comprahendit ibid.n.15.*
*Dictio* vſque,*non eſt reſtrictiua, ſed ampliatiua: & non ponitur incluſiuè,ſed excluſiue, conſ.25. num.25.*
*Dictio* Quodcunque *appoſita in regia donatione,quid ſignificet ibid.n.30.*
*Dictio* Segun. *appoſita in regia donatione, quid*
*ſignificet*

Digitized by Google

ſignificet, ibidem numero 36.
Dictio Linea qualitèr ſumatur conſ. 26. num. 40 & conſ. 29. num. 27.
Dictio de domo tali, vide verb. fœmina.
Dictio ſexus ità conuenit fœminæ, ſicut maſculis, ibid. num. 24.
Dictio per quid ſignificet, ibid. n. 28.
Dictiones hæ por la linea. ſunt explicandæ de recta linea, non verò de tranſuerſali, ibid. n. 71.
Dictio de cauſam proximam, & immediatam edocet, ibid. n. 72.
Dictio patrimonium, vide ver. patrimonium.
Dictio conducho, appoſitum in priuilegio, quid ſignificet, conſ. 33. n. 28.
Dictio vos impoſitum in aliqua diſpoſitione, reſtringit diſpoſitionem conſ. 34. n. 25.
Dictio però aduerſatur in iure, & in facto. ibid. num. 27.
Dictio maioricatus, vide verb. maioricatus.
Dictioni, prout ſi aliquid præteritum adijcitur, intelligitur limitatiuè, vt temperetur ſecundũ naturam eius, ad quod ſit relatio, conſ. 44. num. 14.
Dictio, debet, in lege impoſitum non importat neceſſitatem, ſed decentiam conſ. 46. n. 3.
Dictio, licentia vide verb. licentia.
Dies, vide verb. inſtrumentum.
Dignitas, vide verb. nominandus, & verb. vniuerſitas.
Dilectio ex dictis extra teſtamentum percipitur, conſ. 27. n. 23.
Dilectus magis potiùs cenſetur vocatus à teſtatore, quando dubitatur, quis ſit nominandus, ibid. nu. 25.
Dilectus magis, & omnes eius deſcendentes præferuntur in ſubſtitutionibus minùs dilectis, conſ. 29. n. 52.
Dilectus minùs in ſubſtitutione, quando ſit melioris conditionis, quam magis dilectus, conſil. 34. num. 23.
Dilectus magis, vide ver. iudicandum, ver. nominatus primò, ver. ſubſtitutio, & ver. teſtator.
Diſpoſitio generalis non trahitur ad id, quod in ſpetie prohibetur, conſ. 2. num. 55.
Diſpoſitionis declaratio ad diſponentem ſpectat, conſ. 2. num. 61.
Diſpoſitionis verba potius in dubio ſunt iudicãda demonſtratiua, quam reſtrictiua, conſ. 25. num. 24.
Diſpoſitio non ſubuertitur, quando alteri eſt ius quæſitum, & ſi ceſſet cauſa diſpoſitionis, conſ. 26. num. 36.
Diſpoſitio intelligi debet, vt minùs lædat ius cõmune, conſ. 29. num. 43.
Diſpoſitio vnam perſonam excludens, non trahitur ad aliam perſonam, ibid. num. 61.
Diſpoſitio quando ad certum limitatur gradum, perſonam, quæ ad ſucceſſionem admitti vult, illius gradus eſſe probari, neceſſum eſt, ibid. num. 65.
Diſpoſitio non debet extendi de perſona ad perſonam, nec de caſu ad caſum, conſ. 31. nu. 1. & priùs conſ. 9. nu. 13. & vide verb. ſubſtitutio.
Diſpoſitionis verba ſemper ſolent interpretari ex ratione in diſpoſitione appoſita, conſ. 34. num. 15.
Diſpoſitionis verba, vbi ad aliquem adaptari nõ poſſunt, ad illum diſpoſitio eſt trahenda, ibid. num. 30.
Diſpoſitio, an extendatur ex eadem ratione, ibid. num. 32.
Diſpoſitio, vide verb. caſus, verb. interpretatio, ver. ratio, ver. reſtrictiua uerba, & ver. Verba.
Diſponens non ſufficit, quod aliquid uelit, niſi diſponat, conſ. 34. num. 20. & uide uer. teſtator quod non loquitur.
Diſtributiuum non ſemper æqualitèr debet diſtribuere, conſ. 42. num. 13.
Diuiſio inter homines Vniuerſitatis facienda eſt pro ea parte, pro qua fuit in onere portio, pro modoquè contributionis, ibid. num. 8.
Diuiſionis actus ex conſenſu probatur, conſ. 14. num. 31.
Diuiſio, uide uer. approbare, uer. gabellæ, & uer. lucrum.
Diues, uide uer. uxor.
Diuitiæ, uide uerb. conſeruatio.
Doctor, uide uer. examen, & uer. opinio.
Dolus re ipſa adequatur dolo ex propoſito, conſil. 19. num. 2. & conſil. 28. num. 13.
Dolus non infertur ſcienti, conſil. 2. num. 41.
Dolus abijcitur etiam ex probatione inualida, & ex coniecturis, conſ. 4 num. 18.
Dolus, & fraus, coniecturis probari poteſt, conſil. 37. num. 2.
Dolus, uide uer cauſa qualibet, uer. cautela, uer. fraus, uer. iudex, uer. mulier, & uer. tutor.
Dominis temporalibus probatur dominium pertinere ex ſolutione eis facta per ſuos uaſallos, conſ. 15. num. 37.
Domini temporales uidentur probare dominium terminorum ad eos pertinere, ex licentijs ab eis conceſſis ſuis uaſallis fruendi talibus terminis, conſ. 16. num. 4. & ſequent.
Domini temporales ex conſuetudine poſſunt ſuis vaſallis piſcationem prohibere, ibidem num. 20. & meliùs, num. 21.
Domini temporales fundant intentionem ſuam in eis, quæ ad Regem concedentem pertinebant. conſ. 15. num. 23.
Domini temporales ex conſuetudine habent ius creandi tabelliones, ibid. num. 36.
Domini temporales ſi confirment Iudices à ſuis populis electos, ab eis non dicuntur creati, conſ. 48. num. 11.
Dominus temporalis non tenetur ſoluere ſalarium



Digitized by Google

*rium aſſeſſorum, qui electi fuerunt propter imperitiam, iudicum ordinariorum ab vniuerſitate.ibid.num.12.*

*Domini temporalis non eſt iuriſdictio, quam exercent officiales à ſuo populo creati, ibid. num.14.*

*Domini temporales,vide verb.*immemorialis, *verb.populus,verb.vaſalli per totum,verb. ſolutio,verb.vniuerſitas,& verb. tabellio.*

*Dominium qualitèr, & quomodo probetur ex locatione,conſ.16.num.8.*

*Dominium,aut poſſeſſio non tranſeunt in colonos,ſed remanent pœnes conductores, ibid. num.10.*

*Dominium in antiquis ſolis indicijs probatur, ibid.num.12.*

*Dominium in antiquis probatur per famam publicam,ibid.num.17.*

*Dominus,vide verb.commiſſi pœna, & verb. licentia.*

*Donans antè acceptationem donatarij remanet dominus rei donatæ,conſ.14.num.23.*

*Donans, vide verb. acceptatio, & ver. pater donans.*

*Donatarius ſecundus, cui res tradita eſt,præfertur primo donatario,cui res non fuit tradita,conſ.14.num.24.*

*Donatarius poteſt tertio ſtipulari, vt bona donata poſt eum tertius habeat,conſ.26.n.19*

*Donatarius,vide verb.*maioricatus.

*Donatio non præſumitur; & qualibet occaſio (etſi leuis) ſufficit ad excludendam præſumptionem donationis,conſ.2.n.5.& 65.& cōſ. 3.n.6.9.& 10.*

*Donatio omnium bonorum iure reprobatur conſ.2.n.44.*

*Donatio ſi non valet, vt donatio inter viuos, debet fieri interpratatio,quod valeat,vt donatio cauſa mortis,& è contra,ibid.n 48.*

*Donationis præſumptionem inducit antidoralis obligatio præcedens,conſ.3.n.40.*

*Donatio non comprahendit ea bona,quæ donās in futurum habuit,conſ.14.num.61.& ſeq. & vide verb.*melioratio.

*Donare non poteſt,qui habet generale mandatum,conſ.17.n 25.*

*Donatio non erit, etſi in contractu nominetur donatio, ſi conſideratis verbis non eſt donatio, ſed contractus alterius naturæ conſ. 19. num.7.*

*Donatio propriè non dicitur in qua pretium, vel modus interuenit,ibid.n.18.*

*Donatio eſt contractus nominatus, conſ. 26. num.14*

*Donatio antè acceptationem reuocari poteſt, etiam extante,* l.3.tit.8.lib:3 ordina.quæ habetur in noua recopil.lib.5.tit.16.l.1. *conſ.33.num.12.*

*Donatio,vide verb.*acceptatio, *verb.*conditio,*verb.*maſculinum,*verb.* mulieres, *& verb* renunciatio.

*Donatio propter nuptias in Hiſpania dicitur* Arra,*quæ ſponſæ conſtituitur,conſ.14.n.11.*

*Donatio inter virum, & vxorem, patrem,& filium, ſi non valet vt donatio inter viuos, valet tamen,vt donatio cauſa mortis conſ.2. num.49.*

*Donatio facta filio,niſi traditio rerum donatarum interueniat, non confirmatur emancipatione ſuperueniente,conſ.14.n.14.*

*Donatio facta filio in poteſtate etiam iurata nō valet,ibid.n.15.& ſeq.*

*Donatio,ſeù melioratio facta filio, ſi non fuerit acceptata,ante acceptationem reuocabilis iudicatur (etiam extante,*l.3.tit.8.lib.3. ordi. quæ habetur lib.5.nouæ recop.tit.16.l.2. *ibid.n.20.& ſeq.*

*Donatio inter virum,& vxorem, vide verb.* melioratio*& verb.*pater.

*Donatio inoffecioſa.vide verb.hæres filius,ver.* filij,*& verb.*pater non poteſt venire.

*Donatio regia amplianda eſt,non verò reſtringenda,conſ.25.nu.7.& multis ſequentibus.*

*Donatio regia qualiter facta intelligatur; & quid comprahendat,ibid.num.15.& per totum.*

*Donatio regia regulatur ex ratione in eius prohœmio expræſſa,ibid.n.19.*

*Donationis regia verba non debent eſſe ſuperflua,ibid.n.21.*

*Donationem regiam non extendunt, nec reſtringunt verba appoſita in clauſulis executiuis regiæ donationis,ibid.n.35.*

*Donatio regia remuneratoria (etiam ex cauſa ingratitudinis) non poteſt reuocari, ibidem num.49.*

*Donatio regia non diruitur prætextu erroris, conſ.46.n.23.*

*Donatio regia,vide ver.*dictio,*ver.* donatio remuneratoria,*ver.*filio,*ver.*ius,*verb.*merita *verb.*Princeps,*& ver.*reſeruatio.

*Donatio remuneratoria non eſt propriè donatio,ſed quidam contractus, conſ.3.nu.30.& conſ.25.num.50.*

*Donatio remuneratoria ſui natura fauorabilis eſt,conſ.25.n.10.*

*Donatio remuneratoria non poteſt dici,ſi ex ſeruitijs neceſſe debitis fiat,conſ.28.n.28.*

*Donatio remuneratoria à Rege alicui facta nō debet reſtringi,ſed in ea iuris regula deficere conſueſcunt,conſ.45.n.19.*

*Donatio remuneratoria cùm à Rege alicui fit, proprio motu facta videtur ibid.n.20.*

*Donatio remuneratoria,vide verb.*antidoralis *verb.*alienari,*verb.*inſinuatio,*verb.*legitima,*verb.*merita,*& ver.*Princeps.

*Dotis*

Digitized by Google

*Dotis cauſa non ſemper eſt pia, conſ.9.n.9.*
*Dos coſtituta de bonis ſubiectis reſtitutioni, vel maioricatus, tranſmittitur etiam in proprietate ad hæredes fœminæ dotatæ ad excluſionem perpetuam ſucceſſorum, ibid.n.15.*
*Dos non præſumitur inofficioſa: & an durante matrimonio poſſit reuocari, conſ.34.nu.2. & ſequentibus.*
*Dotis titulus eſt oneroſus, ibid.n.4.*
*Dos, vide verb.* emptio, *verb.* fœminæ, *ver.* litigioſi vitium, *ver.* maioricatus, *verb.* meliorandi, *ver.* pater ex magis communis, *ver.* vxor, & *ver.* iudicandum.
*Dos congrua, vide verb.* alimenta, & *verb.* filia.

E

*Ecceleſia ſuccedit clerico in acquiſitis intuitu Eccleſiæ; & in eis non poteſt ſuccedere Prælatus, conſ.17.n.8.& ſequent. & præcedentibus.*
*Eccleſia punit, matrimonium clandeſtinum, cōtrahentes, conſ.20.n.11.*
*Eccleſia iuſtitiæ cultrix eſſe debet: & non debet locupletari cum iactura aliena, conſ.44. num.23.*
*Eccleſia, vt fundet intentionem ſuam de iure communi in decimis alicuius fundi debet probare fundum illum eſſe intra fines talis Eccleſiæ, conſ.50.n.1.*
*Eccleſia, vide verb.* iudicis decretum, *verb.* licentia Epiſcopi, *verb.* patronatus, *verb.* præſcribi poſſunt, & *verb.* ſolemnitas.
*Ædificia vtilia, & neceſſaria ſunt habenda in conſideratione ad eorum ſolutionem, conſ.3. n.94. & vide verb.* expenſæ.
*Ædificans in ſolo alieno, vide verb.* expenſæ.
*Editio librorum, vide, verb.* mercatores.
*Electio datur teſtatori, & poſt eius mortem datur eius hæredi, conſ.2.n.4.*
*Eligendi ius habens, aliquem de certis ad ſucceſſionem maioricatus, poteſt variare, & mutare talem electionem, ſeù nominationem conſ.20.n.13.& ferè per totum conſilium.*
*Electus ad officium non habet ius conſiderabile durante tempore ſui prædeceſſoris, ibid.n.20.*
*Electio, ſeù nominatio facta in fauorem alicuius reuocari poteſt, maximè de eius conſenſu ibid.n.22.*
*Electio, verb.* domini temporales, *verb.* officialem, & præſcriptio, *verb.* reſtitutio bonorum, & *verb.* variatio.
*Emancipatio, vide verb.* donatio facta filio.
*Emologatio ſententiæ arbitrorum ſufficit, etſi aliquem haberet defectum, conſ.33.n.22.*
*Emologatio ſententiæ arbitri habet vim tranſactionis, ibid n.22. in fine.*
*Emologatio, vide verb.* actio oritur, & *verb.* laudi.
*Emphytheoſis, vide verb.* commiſſi pœna, *ver.* fœmina, & *verb.* licentia.
*Emptio cuius nomine dicatur facta, conſ.3.nu. 77. & ibi quid ſi emptio procedat ex pecunia aliena, & multis num. ſeq. & ibi etiam tractatur, quid ſi conſtante matrimonio emptio, & numeratio fiat per vxorem.*
*Emiſſe quis videtur de proprijs pecunijs, ibid. nu.73. & pluribus ſequen. & conſ.43.nu.2. cum ſequent.*
*Emptio, vide verb.* aditio, *ver.* curator, *verba* hypotechariam, *verb.* maritus *ver.* mulieri & *ver.* vidua.
*Enriqueña bona, vide, ver.* fœmina.
*Epiſcopus in decimis percipiendis quo ad quid fundet intentionem ſuam, conſ.50.n.2.*
*Epiſcopus, vide verb.* laicus, *verb.* licentia, & *ver.* patronatus.
*Epiſtola regis, vide ver.* lex.
*Equabilia ſunt, quòd quis ſit condemnatus, vel abſolutus, vel quòd ex proceſſu appareat, an ſit condemnandus, vel abſoluendus conſ.19. num.35.*
*Equalitas omnis debet eſſe in contractibus, nec contractus debet claudicare. conſ.25. nu.56.*
*Equalitas, vide verb.* diſtributiuum, *verb.* diuiſio, *ver.* opinio, & *verb.* paſcuis.
*Equitas, vide verb.* iudex.
*Error conſtare dicitur in conficiente duo inſtrumenta, quorum vnum ſe refert ad aliud, in quominus continetur, conſ.25.n.62.*
*Error conſtat, ſi rem aliter ſe habere appareat, ibid.n.64.*
*Error in facto proprio quando toleretur, ibid. num.65.*
*Errans non videtur ratificare actum, ibidem num.67.*
*Errans conſenſiſſe non videtur, conſ.19.nu.16.*
*Error manifeſtè conſtat, quando verba præcedentibus non conueniunt, conſ.27.n.2.*
*Error inditijs, & præſumptionibus probatur, ibid.num.5.*
*Error probatur ex verbis quæ teſtator dixit extra teſtamentum, ibid.n.6.*
*Error ſat conſtat ex prothocollo ſcripturæ, ib id num.8.*
*Error ſciptoris nemini nocere debet. ibid.nu.9.*
*Error non nocet, quando de corpore conſtat, ibid.n.10.*
*Error confeſſionis conſtat, quando alitèr conſtat ex inſtrumento, ad quod quis ſe refert, conſ.43.n.43.*
*Error non præſumitur in priuilegio Principis, conſ.46.num.19.& ſeq.*
*Error, vide verb. conſenſui, verb. donationis regia, verb. minor, verb. ſententia, verb. teſtatoris*

Digitized by Google

*toris,& ver.verba.*

*Euenire, quod poteſt, conſiderandum eſt, conſ. 28.num.25.*

*Examen ſcholarium, & ſi ad Doctores pertineat, cùm ad licentiam doctoratumuè aſcenddre apetunt, ſi Chancellarius videat, quod aliquorum Doctorum dolo fraudeuè non admittantur, iubate poterit, vt eos recipiant, conſ.47.n.13.*

*Exceptio hæc dolo facis, quia petis quod ſtatim reſtiturus eſt, ſemper opponi poteſt, conſ.39. num.4.*

*Exceptio rei iudicatæ non obeſt ex cauſa noua ſuperuenienti, conſ.40.n.21.*

*Exceptio rei iudicatæ, vt obſtet, quæ requirantur, ibid.num.22.*

*Exceptio rei iudicatæ ſublata videtur, quando Princeps iubet, condemnato iuſtitiam fieri. ibid.num.23.*

*Exceptio rei iudicatæ, quod non obſtet, in dubio eſt iudicandum, conſ.19.n.25.*

*Exceptio rei iudicatæ, vide ver.iudicandum.*

*Exceptio per emptoria, vide ver.tertius.*

*Excluſus ſemel perpetuò durat excluſus, conſ. 29.num.50.*

*Excluſio, vide ver.diſpoſitio.*

*Excutio, vide verb.maioricatus, & verb.prætium.*

*Executio fieri poteſt contra hæredem, conſ.34. num.1.*

*Executio, vide ver.iudex laicus, ver. iudex eccleſiaſticus, verb.ordinaria via, & ver.ſententia.*

*Executori teſtamentario impedito, tempus ad exequendum non currit, conſ.17.num.27.& ſequent.*

*Executori teſtamentario non currit annus, ei datus à iure ad exequendum, niſi à die monitionis ibid.num.29.*

*Executor, vide verb.appellari.*

*Exemplum regulam non arctat, conſ.19. n.19.*

*Exemplum priuilegij, quando faciat fidem, conſ.38.n.2.*

*Exempti, vide ver.intellectus, & ver. priuilegium.*

*Exheredatio, vide verb.fœmina.*

*Expenſæ voluntariæ ſunt, quæ rem minimè augent. Et quæ dicantur expenſæ ad perpetuã rei vtilitatem factæ, conſ.3.num.96.& ſequ. & vide verb.edificia.*

*Expenſæ neceſſariæ ante omnia ſunt ſoluendæ eas facienti etiam in ſolo alieno, & etiam malefidei poſſeſſori, ibid.num.98.& 100.& 103.*

*Expeuſas in re aliena faciens, non videtur quis eas facere animo donandi, ibidem num.102.*

*Expenſæ, quæ fiunt in rebus maioricatus an efficiantur maioricatus, ibid.num.104. & ſeq.*

*Expenſæ vtiler ex re, & fructibus debucendæ ſunt, conſ.4.n.16.*

*Expenſæ vide ver.contumax, & ver. pacto.*

*Expendere nemo plus debet; quam eius facultates ſufficiant, conſ.9.n.26.*

*Explicatio, vide, ver.teſtatoris.*

*Expræſſum cenſetur, quod veriſimilitèr quis reſpondiſſet, conſ.2.n.70.*

*Expræſſum dicitur, cùm quid ad aliud refertur conſ 26.n.25.*

*Expræſſum, quod eſt in materia priuatiua, admiſsionem admittit, conſ.29.n.22.*

*Expræſſum, vide verb.iuramentum.*

*Extenſio in pœnalis locum habere non debet, conſ.24.n.12.*

*Extenſio, vide verb.caſus ſimilis, verb. diſpoſitio, verb.lex, & verb.rationis.*

*Extimatio rerum fieri debet viſis rebus extimatis ab extimatoribus, conſ.43,n.45.*

*Extimatio, vide ver.iudex.*

*Extimatores optimè res extimaturos iurare conſtringuntur, ibid.n.46.*

*Extrema, vide ver.media.*

F

*Facultates Regiæ ad vendendum bona maioricatus, per Regem non ſunt da facili cõcedendæ, conſ.9.n.7.& 28.*

*Facultas regia ſi duobus ſit conceſſa ad vendendum boua maioricatus, quilibet eorum poteſt ea vti etiam mortuo alio, conſ.41.n.3.*

*Facultas regia parenti conceſſa ad faciendum maioricatum, non extenditur ad vinculandum quintam partem bonorum ipſius patris cum de ea liberè ſecundum leges regias diſponere poterat. conſ.43.num.27.ſeq.*

*Facultas regia non eſt interpretanda contra eam impetrantem, ibid.nu.28.& ſequ.*

*Facultas regia, vide ver.alimenta, verb.legitima, & verb.maioricatus, per totum.*

*Falſitas libri, delictum non arguitur ex diuerſitate papiri, nec ex mutatione chartarum, conſ.13.n.3.11.& 12.*

*Falſitatis ſuſpitio, habetur pro falſitate conſ.20 num.24.*

*Falcitas, vide verb.mercatores, & verb.tabeljio.*

*Fama bona alicuius ſemper conſideratur in delictis, conſ.13.n.15.*

*Fama vide.verb.dominium, ver.feudalia, ver. mala fides, & verb.deponentes.*

*Familiæ conſeruatio non poteſt ia primis dari, conſ.2.n.76.& conſ.14.n.2.*

*Familia genuſquè conſeruantur per conſtitutionem maioricatus, conſ.3.n.43.*

*Familia conſeruatur per fœminas conſilio 29. nu-*

Digitized by Google

*numero 73.& ſequent.*
*Familia, vide verb. conſeruatio, & ver. fœmina per totum.*
*Fatus plerumque non fatua loquitur conſ. 11. num. 19. & 21.*
*Feudorum materia abſimilis eſt ſucceſſioni maioricatus, conſ. 29. num. 14.*
*Feudalia bona, ſeu maioricatus, probantur regia aſſertione, conſ. 43. n. 36.*
*Feudalia bona eſſe probantur per publicam vocem, & famam, ibid. n. 37.*
*Feudum teſtibus probari poteſt, ibid. n. 38.*
*Feudum, vide verb. argui licet, verb. conſuetudo. verb. fœmina, & verb. maioricatus.*
*Fideicommiſſum quibuſcunque verbis nedum diſpoſitis, ſed enunciatiuis inducitur, conſ. 44. n. 10.*
*Fideicommiſſum, vide, verb. fœmina, verb. ſubſtitutio, & verb. teſtator.*
*Fideiuſſores præſtare, vide, verb. ſatisdatio.*
*Fides bona præſumitur de iure, etiam in habente tantum titulum putatiuum; & etiam ex iuſtis, & iniuſtis cauſis, & rationibus, conſ. 3. n. 101. & conſ. 4. n. 17. & ſeq.*
*Fides bona etiam requiritur, in fructibus præſcribendis: etſi titulus non requiratur ad eos præſcribendum, ibid. nu. 13.*
*Fides bona vide, ver. bona fides, ver. coniectura & verb. venditio.*
*Fidem frangenti, non tenetur quis ſeruare fidem, conſ. 10. n. 21.*
*Fides mala, vide verb. mala fides.*
*Filia dicitur congruenter dotata, cum à patre dotatur, conſ. 1. nu. 11. & 12. & ibi quando dos congrua dicatur.*
*Filia aduerſus renunciationem iuratam venire non poteſt, conſ. 5. n. 1.*
*Filia ingreſſa Monaſterium poſt renunciationem, non poteſt dici læſa, nec allegare leſionẽ enormiſſimam cõtra talem renunciationem, ibid. n. 3.*
*Filia monialis ſi renunciat hæreditati paternæ vel maternæ, aliquid ſibi pro dote retinendo, perinde eſt, ac ſi in totum ſucceſſiſſet ſuis parentibus, ibid. n. 5.*
*Filiæ renunciatio antè ingreſſum Monaſterij facta, omnino ſeruanda eſt; & habetur pro eius vltima voluntate, ibid. n. 6.*
*Filia primogeniti præfertur ſecundogenito in ſucceſſione maioricatus, conſ. 29. n. 11.*
*Filia, etſi fœmina, tuenda eſt in poſſeſſione omnium bonorum defuncti, ibid. n. 87.*
*Filia, vide verb. meliorari non poteſt, & verb. pater per totum.*
*Filius non efficitur legitimus per ſubſequens matrimonium, quando non eſt habitus ex concubina in domo retenta, conſ. 6. n. 10.*
*Filius non legitimatur per ſubſequens matrimonium contractum in vltimo vitæ exitu, ad excluſionem ſubſtitutorum, ibid. n. 11.*
*Filius non legitimatur per ſubſequens matrimonium, quando vnus ex parentibus natus erat ex proſapia nobili, alter verò erat ignobilis, ibid. n. 12.*
*Filius non legitimatur per ſubſequens matrimonium, in præiudicium alterius filij legitimi primogeniti, cui pertinent bona maioricatus. ibid. n. 12. & 13.*
*Filius etiam patre viuente dicitur habere ius ad bona maioricatus ſatis conſiderabile, conſ. 9. n. 30. & conſ. 18. n. 5.*
*Filius conſentire poteſt grauamini maioricatus appoſito ſuæ legitimæ, conſ. 14. n. 55.*
*Filius non eſt legitimus ex mala fide parentum qui ſuam conſaguinitatem non ignorarunt, conſ. 20. n. 27.*
*Filius natus ex matrimonio putatiuo, non ſuccedit in maioricatu, cùm non ſit natus de legitimo matrimonio, ibid. n. 32.*
*Filius Sacerdotis non præſumitur genitus in Sacerdotio, conſ. 26. n. 44.*
*Filii poſiti in conditione, cenſentur poſiti in diſpoſitione, conſ. 29. n. 35. & ſeq.*
*Filii poſt mortem patris, an poſſint reuocare dotem inofficioſam, conſ. 34. n. 6.*
*Filio ſi aliquid conceditur per priuilegium Regis, eius patri non acquiritur, etiam ſi contemplatione patris filio fiat regia donatio, conſ. 38. n. 5. & 6.*
*Filius præſumitur bona patris titulo vtiliori poſſidere, ibid. n. 13.*
*Filius ſemper præſumitur eſſe præſens, vbi pater eſt præſens, ibid. n. 18.*
*Filius, vide, verb. antidoralis, ver. confraternitas, ver. hæres, verb. legitima, verb. melioratio, ver. metus, ver. mulieri, ver. opinio, ver. ſocietas, ver. ſententia, verb. ſubſtitutio, verb. ſucceſſio, ver. vidua, & ver. vxor.*
*Finis, vide, verb. medina.*
*Fœminæ dotem conſtituere non tenentur, conſ. 9. n. 27.*
*Fœminæ maritatæ gaudent priuilegio immunitatis, eorum patri conceſſo, conſ. 23. nu. 8.*
*Fœmina conditrix maioricatus, non cenſetur fœminas excludere ab eius ſucceſſione, ibid. num. 10.*
*Fœminis cùm aliquid conceditur, etiam maſculus ex fœminâ comprœhenditur. ibid. n. 11.*
*Fœminæ, etſi expreſsè ſint excluſæ à ſucceſſione maioricatus, Princeps poteſt eas, & ſuos deſcendentes habilitare ad ſucceſſionem talis maioricatus, ibid. n. 13.*
*Fœmina in maioricatu ſuccedit, & habet intentionem ſuam fundatam de iure communi, & regio, & conſ. 29. num. 1. & per totum conſilium.*



Digitized by Google

*Fœmina ſuccedit in comitatu,ibid.n.3.*
*Fœmina ſuccedit in bonis primogenitis debitis, ibid.n.4.*
*Fœmina ſuccedit in bonis à Rege Enrico donatis,ibid.n.5.*
*Fœmina ſuccedit in fideicommiſsis, ibidem num.6.*
*Fęmina ſuccedit in emphiteoſi,ibid.n.7.*
*Fœmina proximior vltimo poſſeſſori, proponitur maſculo remotiori, ibid. num. 8.& ſequentibus.*
*Fœmina, licèt regularitèr à ſucceſsione feudi excludatur, caſus aliqui ſunt, in quibus fęmina in feudo ſuccedit, ibid.nu.15. & conſ. 43. num.39.*
*Fœminarum excluſio eſt quædam exheredationis ſpities,ibid.conſ.29.n.20.*
*Fœminas vt excluſas iudicemus,verba expreſiſsima eſſe debent,ibid.n.66.*
*Fœmina deſcendens à teſtatore, dicitur eſſe de eius familia,ibid.n.74.& ſeq.*
*Fœminæ ſecundum conſuetudinem Hiſpaniæ, familiam, & arma, genuſquè tuentur,ibid. num.75.*
*Fœminæ comprehenduntur, ſub hoc verbo de domo tali,ibid.n.77.*
*Fœminas filias ſi diſponens excluſerit propter maſculos, an ex hoc videatur voluiſſe, per maſculos,neptes excludere,ibid.n.81.*
*Fęmina,etſi pro ſe habeat verba generalia ſententiæ (tranſacta in rem iudicatam) quòd habeat legitimam in bonis omnibus defuncti,eam habere non debet in bonis feudalibus,conſ 43.n.40.*
*Fœmina,vide ver.conſuetudo, ver.deſcendentium verbo,ver.familia,ver.filia,ver.dictio, ver.maſculi,ver.maſculinum,ver. notabilitate,& ver.ſtatutum.*
*Forma an poſsit per æquipollens adimpleri, conſ.32.n.17.*
*Forma,vide ver.ſolemnitas.*
*Fori priuilegium,vide ver.clericus.*
*Fortalitium rem auget, eamquè meliorem reddit,conſ.3.n.95.& 98.*
*Fratres etſi tranſuerſales,in recta linea dicuntur eſſe,conſ.26.n.42.*
*Frater,vide ver.ſubſtitutio.*
*Fraus excluditur,vt ceſſet præſumptio delicti, conſ.8.n.8.*
*Fraudem allegans, debet eam concludenter probare,conſ.13.n.14.*
*Fraus non præſumitur,conſ.34.n.3.*
*Fraus, & dolus probantur, cum contractus clàm fit.conſ.37.n.3.*
*Fraus, & dolus conſtat, cùm contractus fit in loco non conſueto,ibid.n.6.*
*Fraus, & dolus adhibitus in contractu, probatur ſolo dicto,& depoſitione venditoris, deponentis de ipſa fraude, & dolo, ibidem num.9.*
*Fraus,& dolus conſtat, quando quis non vult parere iudicis præcepto,ibid.n.16.*
*Fraus,quæ legi poteſt fieri, præcipuè euitanda eſt,conſ.39.n.20.*
*Fraus,vide ver. cautela, ver.contractus venditionis,ver.dolus.ver.iudicis præſentia, & ver.mutatio.*
*Fructus percipiens ex aliquibus rebus,ad onera ipſarum rerum tenetur, conſil. 28. numero 23.*
*Fructus,vide ver.bona fides, ver.decima, ver. expenſæ,ver.maioricatus,ver.poſſeſſio, ver. pretium, ver.priuilegium, ver.reſeruatio, ver.ſequaſtratio,& ver.vxori viduæ.*
*Frumentum,vide ver.fundus, & ver. poſſeſſion.m habens.*
*Fugiens à carcere cenſetur confiteri delictum, conſ.12.n.8.*
*Fuga,vide ver.officialis.*
*Fundus etſi qualitatem mutet, (vt quia de vinario,frumentarius fiat) nihilominùs decima ſoluenda eſt, conſilio 50. num. 9. & ſequentibus.*
*Furioſus quis debet probari tempore contractus,aliàs non ſufficit,conſ.7.n.6.*
*Furioſus,vel demens quod quis ſit,probari poteſt teſtibus ſingularibus,conſ.11.n.10.*
*Furioſus, ſeù demens non poteſt facere teſtamentum,etiam ad pias cauſas,ibid.n.12.*
*Furioſus habens dilucida interualla ſemper præſumitur furioſus, & feciſſe teſtamentum furoris,ſeu dementiæ tempore, ibidem num.13.*
*Furioſus,vide ver.demens, verb.fatuus,ver. matrimonium,& ver.tabellio.*
*Furor.vide ver.mandatum.ver.matrimonium & ver.teſtes.*

G

*Gabellæ non ſunt diuidendæ nec diſtribuendæ inter oppidanos alicuius villæ,& locorum tali villæ ſubiectorum,conſ.42. nu.7. & vide ver.paſcuis publicis.*
*Geminatio actus non tollit remedium enormiſſimæ læſionis,conſ.28.n.22.*
*Genus ab ſpetie abrogatur, conſ.2.n.56.*
*Genus,vide ver.interpretatio.*
*Gloſæ authoritas,ſeù opinio aliis excedit, conſ. 24.nu.7.*
*Gloſa,vide ver.opinio, & ver.teſtatoris.*
*Grauamen,vide verb.conditio, verb.filius,& verb.onus.*

Habi-

H

HAbilitare, vide ver. fœmina, & verb. infans.
Habitatio domus concedenda eſt alimentando, conſ.9.n.34.
Habitus, vide ver. clericus, & ver. conſuetudo.
Hæreditas, an præſumatur eſſe ſoluendo. conſ. 39.n.18. & vide ver. inuentarium.
Hæreditas dicitur, deducto ære alieno, conſ.4. num.7.
Hæreditas, vide ver. aditio, ver. filia, ver. renunciatio, & ver. vxor.
Hæres, quando non teneatur adimplere factum defuncti, conſ.2.n.36.
Hæres ſoluendo legata, ſeu recipiendo bona cõtenta in teſtamento, vel legatum in eo ei relictum, cenſetur approbare teſtamentum defuncti, conſ.14 nu.34. & pluribus ſequentibus.
Hæres ſcientiam teſtamenti ex quibus præſumatur habuiſſe, ibid.n.37.
Hæres tenetur ſtare facto defuncti, etiàm ſi ſit hæres in ſola legitima; maximè ſi nullum fecerit inuentarium. conſ.34.n.36 & ſequentibus, & priùs conſ.14.n.25.
Hæres ſucceſſor maioricatus an teneatur ſtare facto defuncti, & an tunc procedat, l.cùm à matre, C.de rei vend. conſ.34.n 38. & ſequ. & plenè conſ.40 nu.2. & priùs conſ.14.nu.71. & vide ver. melioratio.
Hæres filius quando poſſit facto patris aduerſari, conſ.38.n.14
Hæres filius poteſt agere de inofficioſa donatione alteri filio facta, ibid.n.15.
Hæres, vide ver. cõdemnatio, ver. creditor ver. conſcientia, ver. electio ver. executio, ver. inſtantia, ver. melioratio, ver. patronatus, ver. promittens, ver. ſoluendi, verb. teſtamentum, ver. teſtator, & ver. vxor.
Honor, vide ver. nominandus, ver. onus, & ver. vniuerſitas.
Honoratus, vide verb. oneratus.
Hortus, vide, ver. melioratio.
Hoſpites recipere, vide verb. vaſalli non tenentur.
Hypothecariam rem emens, priùs conueniendus, & condemnandus eſt, quàm venditor, et quomodo procedat, conſ.4.n.10.
Hypothecaria non competit, contra bona fide deſinentem poſſidere, ibid.n.22.
Hypothecaria actio eſt realis, ibid.n.23.
Hypothecaria actio, etſi fiat litigioſa, illud operatur, quòd ipſa actio durante lite cedi non poſſit, ibid.n.25. conſ.35.n.33.
Hypotechraria agens, non videtur ius ſuum remittere, conſ.41.n.21.
Hypothecaria actio, vide ver. litigioſa, per totũ

I

IGnoranti non currit tempus ad retrahẽdum conſ.37.n.8.
Ignorantia non præſumitur, cùm aliquid in Ciuitate eſt compertiſſimum, conſ.44.18.
Ignorantia, vide verb. reſtitutio.
Illatio bona non fit ex diuerſis, conſ.8.nu.1.
Illigitimas, vide verb. iudex laicus verb. Rota ver. ſententia, & ver. ſequeſtratio.
Immemorialis præſcriptio non tantùm teſtibus ſed etiam ſcripturis (maximè antiquis) probari poteſt, conſ.15.n.10.
Immemorialis tantùm poteſt, quantùm Princeps cum cauſa, ibidem num.13. & conſ.16. num.14.
Immemorialis habet vim legis, conſilio 15. num.14.
Immemorialis præſcriptione extante, nulla cauſa præſcriptionis alleganda, probandaue eſt ibid.n.17.
Immemorialis præſcriptio inducit præſumptionem iuris, & de iure, ibid.n.18.
Immemorialis præſcriptio non diruitur, etſi conſtet de initio, ibid.n.19.
Immemorialis præſcriptio nõ requiritur, quòd dominus eam probet, quando ei vaſſalli aliquid ſoluunt ex aliqua cauſa, nempe pro laborerio, ibid.n.20. & ſequ.
Immemoriali præſcriptione probata, præſumitur titulus, & bona fides: et purgatur quælibet præſumptio, quæ fuerit in contrarium, ibid. num.33.
Immemorialis præſcriptio non excluditur ex ſcriptura non obſeruata, conſ.33 n.17.
Immemorialis præſcriptio non ceſſat, & ſi in contrarium producatur inſtrumentum, per quod conſtet de aliquo initio, ibid.n.18.
Immemoriali ſi non excluditur, nec etiam reijcitur præſcriptio centum annorum, ibidem num.27.
Immemorialis præſcriptio nunquam cenſentur ſublata, conſ.40 nu.11. & ibi, quid erit in præſcriptione triginta annorum.
Immemorialis habet vim tituli: etiam ſi titulus non allegetur, conſ.50. num.4. & priùs dicto conſ.15.n.12. & conſ.16.n.14.
Immemorialis, vide ver. laicus, ver. præſcriptio ver. teſtes, ver. titulus, & ver. vaſſalli.
Immunitas, & immunis, vide verb. fœminæ, verb. miles armatus, & verb. priuilegium.
Impedito agere, non currit tempus, conſ.37. num.10.
Imperitus, vide verb. officialis.
Impoſitiones vaſſallorum, vide verb. intellectus legis madri.
Imbreuiatura ſignum non habens, efficax eſt, vt ex ea inſtrumentum ſumatur, conſilio



Digitized by Google

38. numero quarto.
Incluſio vnius eſt excluſio alterius, conſilio 2. num. 64.
Indicium, vide verb. dominium, & verb. ſcientia.
Indefinita, vide verb. alienationis.
Infanti quaritur plenum ius ex priuilegio Principis, conſ. 38. n. 16.
Infans conſentire videtur in his, quæ in eius fauorem geruntur, ibid. n. 17.
Infantis ratificatio ſufficit, vt actus valeat ex ipſius conſenſu non firmus, ibid. n. 24.
Infantis ratificatio tacita ſufficit, ibidem numero 25.
Infans, vide ver. Princeps.
Ingratitudo, vide, verb. donatio regia, & ver. Princeps.
Inimicitia capitalis ſuboritur ex iniurijs atrociſſimis, conſ. 22. n. 10.
Inimicitia capitalis ex quibus probetur, ibid. n. 11. & ſequentib.
Inimicitia, vide ver. proditio.
Inimicus, vide verb. teſtis.
Initium, vide, verb. immemorialis.
Inquiſitio, vide verb. delictum.
Inſinuatio non requiritur in donatione remuneratoria, conſ. 3. n. 66.
Inſinuatio non eſt neceſſaria, quando iuramentum interuenit, ibid. n. 67. & 71.
Inſinuatio non requiritur in renunciatione ibid. num. 68.
Inſinuatio non requiritur, cùm donatio fit apud acta iudicis, ibid. n. 69.
Inſinuatio eſt actus iuriſdictionis voluntariæ & non requirit cauſæ cognitionem; & vbicùnque fieri poteſt, etiam iudice non ſedente pro Tribunali, ibid. num. 70. Et inibi dicitur, quòd fieri poteſt in domo particularis perſonæ.
Inſinuationis remedio dicitur renunciatum, quando apponitur in inſtrumentum generalis renunciatio legum, ibid. n. 71.
Inſtantia capta cum defuncto, tranſit ad omnes hæredes; & etiam iu hæredem viuerſalem, quatenus ſunt hæredes, conſ. 4. nu. 2. & ſequentibus.
Inſtitutio hæredis, de inſtitutione hæredis facta per teſtatorem implicitè dicendo, inſtituo illum hæredem, quem ſcripſero in ſchedula per me depoſita apud guardianum, vide latè, conſ. 1. n. 6.
Inſtitutio in teſtamento facta, quod igne fuit peremptum, duobus teſtibus probari poteſt, conſ. 11. n. 3.
Inſtitutio, vide ver. promittens.
Inſtrumentum non extenditur vltrà in eo contenta, conſ. 3. n. 76. & 86.
Inſtrumentum eſt veritas apparens, & probatio probata, ibidem num. 86.
Inſtrumentum in parte acceptas, in totum ei ſtare tenetur, etiam contra ſe, ibid. nu. 93. & conſ. 14. n. 41.
Inſtrumentum pœnes ſe habens, præſumitur habere ſcientiam omnium contentorum in eo, ibid. n. 38.
Inſtrumentum veriſſimum præſumitur; & vbi eſt caſus inſtrumenti, non videtur dubitandum ſicut fit de caſu legis, conſ. 20. nu. 1. & conſ. 39. n. 6.
Inſtrumentum carens ſigno tabellionis, non probat, ibid. n. 2.
Inſtrumentum non habens diem, nec menſem, non valet, ibid. n. 25.
Inſtrumenta faciunt rem notoriam, conſ. 39. num. 5.
Inſtrumentum habens penes ſe, præſumitur illud legiſſe conſ. 44. n. 17.
Inſtrumentum. vide verb. citatio. & verb. clauſulæ. & in verb. confeſſio. & verb. error, & verb. immemorialis, & verb. in breuiatura. & verb. intellectus pragmaticæ Compluti editæ. verb. producens. verb. prothocollum. verb. ſcriptura. & verb. tabellio.
Intellectus legis. 3. Tauri. (quæ habetur lib. 5. noua recopil. tit. 4. l. 2) conſ. 1. nu. 2.
Intellectus opinionis Bal. in authen. quod ſine C. de teſta. & Ioan. Lup. in d. l. 3. Taur. ibid. nu. 5.
Intellectus. l. iubemus. C. de teſtam. & l. 6. tit. 3. parti. 6. ibid. nu. 7.
Intellectus. l. ſi. C. de dot. promi. ibid. nu. 14. & & ſeqq.
Intellectus. l. 17. Tauri. (quæ habetur lib. 5. nouæ recopila. tit. 6. l. 1. conſ. 2. nu. 15. conſ. 14. nu. 22. & conſ. 20. nu. 10.
Intellectus. l. 44. Tau. quæ habetur lib. 5. recopil. legum regni. tit. 7. l. 4.) ibid. num. 15. & 20.
Intellectus doctrinæ Bal. in l. pro hæreditarijs. col. fin. C. de hæred. act. ibid. nu. 47.
Intellectus. l. de hijs. ff. de tranſact. ibid. nu. 63. & conſ. 14. nu. 40.
Intellectus. l. pacta nouiſſima. C. de pact. ibidem nu. 67. & 81.
Intellectus. l. veteribus. ff. de pact. ibid. nu. 92.
Intellectus. l. 55. Taur. quæ habetur lib. 5. nouæ recopil. tit. 3. l. 3. ibid. nu. 96. & ſeq.
Intellectus auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. venditio. conſ. 3. nu. 15. cum plurib. ſeq. conſ. 5. nu 7. conſ. 28. nu. 11. & 14.
Intellectus, & materia. l. 2. C. de reſcin. vendi. d. conſ. 3. nu. 26. & plenius. conſ. 19. num. 3. & per totum conſilium.
Intellectus. l. 2. C. ſi aduer. dona. conſ. 3. nu. 38.
Intellectus. l. ſi ad reſoluendum. C. de præd. mino. ibid. nu. 39.

Intel-

Digitized by Google

Intellectus.l.ſi vnquam.C.de reuoc.dona.ibid. nu.61.& multis ſeqq.

Intellectus.l.ſi vt proponis.C.de rei vendi.ibi. nu.79.& 83.

Intellectus.l.49.tit.5.ibid.nu.80.

Intellectus doctrinæ Bal.in l.multum intereſt. C.ſi quis alterius ſibi.ibid.nu.91.

Intellectus.l.46.Tauri.(quæ habetur lib.5.nouæ recopil.tit.7.l.6.ibid.num. 99. & 104. ſeq.

Intellectus.l.ſi poſſeſſor.§.quòd ſi poſt petitam & in §.in bonefidei.ff.de peti.hæred.conſ.4. nu.26.

Intellectus cap. ſi. de procura. lib. 6.conſil.6. nu.8.

Intellectus cap. tanta eſt vis matrimonij, qui fil.ſint legi.ibid.nu.11.& ſeq.

Intellectus tituli.C.de his qui ſibi aſcrib.in teſtam.conſ.7 nu.16.

Intellectus legum regiarum loquentium. De carga y deſcarga conſ.8.nu.4.

Intellectus. l.cùm proponas.C.de nauti.fœno. ibid.nu.8.

Intellectus plures, & limitationes authen.res quæ.C.de commu.de leg.& fideicom.conſ.9. nu.10.cum pluribus ſeqq.

Intellectus.l.4.tit.15.parti.2.ibid nu.21.

Intellectus ad leges regias prohibentes extra regnum pecunias nō portari.remiſſiuè.conſ. 13.nu.17.

Intellectus pragmaticę Compluti editę circa ſolemnitatem inſtrumentorum (quæ habetur in noua recopil.tit.25.l.13.li.4.conſ.14. nu.4.

Intellectus.l.Pomponius Philadelphus.ff. de famil.hærc.ibid.nu.13.

Intellectus.l.3.tit.8.lib.3.ordina.quæ habetur lib.5.recopil.tit.16.l.2.ibid.nu.20.& ſeq.

